8.45.C.7

NAZIONALE
8
M
45 C
7
CENTRALE V.E. II
ROMA

~~S. 6. 1.~~

8-45-C-7

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES MARIANI SOCIETATIS IESV

Ab Anno 1521
vſque ad tempora hodierna.

E domeſticis Deiparam tenerè ſolideque
colentium, colique docentium
exemplis ac documentis,
conſcripti

A IOANNE NADASI
eiuſdem Societatis IESV.

ex libris PP. Doctrinae Xpianae Collegij Rom. S. Mariae in Monticellis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, Typis Vareſij. MDCLVIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

GOSVVINVS NICKEL SOCIETATIS IESV Præpoſitus Generalis.

CVm Opus, quod inſcribitur *Annales Mariani Societatis Ieſu*, à P. Ioanne Nadaſi eiuſdem Societatis Sacerdote conſcriptum, aliquot noſtri Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; poteſtatem facimus, vt typis mandetur, ſi ijs, ad quos pertinet, ita videbitur; cuius rei gratiâ has literas manu noſtrâ ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas damus. Romæ 25. Decemb. 1658.

Goſvvinus Nickel.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

M. A. Oddus Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raimundus Capiſucchus Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

Digitized by Google

A V T O R E S

Vita S. P. Ign. in hiſt. Soc. ab Orlandino, & aliàs à P. Ribadeneira, Maffeo, Andrea Luca, aliįſque deſcripta. M. S. de eadem in Archiuio ex varijs. M.S, item in hiſt. Prouinciarum Hiſpaniæ, Boeticæ, Aragoniæ, &c.

Vita M.S. quam ipſe S.P. Ign. Hiſpanicè dictauit P. Ludouico Gonzalez.

M.S. P. Oliuerij Manaræi, Valtrini, & aliorum in Archiuo Dom. Prof. Rom.

Elogia defunctorum, & literæ PP. Prouincialium, ac aliorum PP. ad A.R.P. Noſtrum.

Hiſt. Societatis impreſſa, & M.S.

Incitamenta mea Graecij impreſſa, & Diurnum, Pragæ.

Annuæ impreſſæ, & M. SS.

Pretioſæ occupationes morientium in Societate.

Annus dierum illuſtrium Societatis.

Eas quas exemplis interpono ſententias habeo ex ipſis SS.Patrum *Lat. & Græc. libris,* è Bibliotheca Patrum, è S.Thoma, S. Bonauentura, Idiota, è Mariana pietate Græcorum *à P. Simone Vvagnereck edita;* è codice M.S. S. Ioannis Damaſceni *quem è Monaſterii B. V. cryptæ Ferratæ ad Tuſculum, Bibliotheca eruit A.R.P. Hippolytus Marraccius è Congr. Cleric. Regul. Matris Dei, à R.P. Ludouico Marraccio Latinitate donatum, & propediem edendum in lucem. Et quia hic liber eſt rarior, idcircò excerpta ex illo quædam ſæpiùs adhibebo, adiectis ad marginem literis m. ſ.*

Digitized by Google

PROTESTATIO AVTORIS.

CVm Sanctiſs. D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in S. Congregatione S. Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunq; beneficia, tantum eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata; Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadūt ſuper perſonam, benè tamē ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionē cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes Auctorem: huic Decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt, inſiſtendo profiteor me haud alio ſenſu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab vllo velle quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanę Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

Ioannes Nadaſi Soc. Ieſu.

RE-

Digitized by Google

GEORGIO LIPPAI

ARCHIEPISCOPO STRIGONIENSI, PRIMATI HVNGARIAE, LEGATO NATO &c.

Ioannes Nadaſi Societatis Ieſu

felices annos tam hos, quàm æternos.

QVam *humani generis Primatem* vocat Græca Eccleſia, eius ego Virginis Matris Optimæ *Menæa 1. Ian. S. Sabbat.*

† 3 Ma-

Digitized by Google

PROTESTATIO AVTORIS.

CVm Sanctiſs. D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13.Martij anno 1625. in S. Congregatione S.Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit,idemque confirmauerit die 5.Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta,miracula,vel reuelationes,ſeu quæcunq; beneficia, tantum eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt,nullo modo vult cenſeri approbata; Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolutè,& quæ cadũt ſuper perſonam,benè tamẽ ea,quæ cadunt ſupra mores,& opinionẽ cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana,ſed fides tantùm ſit penes Auctorem: huic Decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi obſeruantia, & reuerentia,qua par eſt, inſiſtendo profiteor me haud alio ſenſu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab vllo velle quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanę Eccleſiæ,aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur,ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

Ioannes Nadaſi Soc. Ieſu.

RE-

Digitized by Google

GEORGIO LIPPAI

ARCHIEPISCOPO STRIGONIENSI, PRIMATI HVNGARIAE, LEGATO NATO &c.

Ioannes Nadaſi Societatis Ieſu

felices annos tam hos, quàm æternos.

QVam *humani generis Primatem* vocat Græca Eccleſia, eius ego Virginis Matris Optimæ *Menæa 1. Ian. S. Sabbat.*

Digitized by Google

PROTESTATIO AVTORIS.

CVm Sanctiſs. D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in S. Congregatione S. Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunq; beneficia, tantum eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata; Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadūt ſuper perſonam, benè tamē ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionē cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes Auctorem: huic Decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt, inſiſtendo profiteor me haud alio ſenſu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab vllo velle quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanę Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

Ioannes Nadaſi Soc. Ieſu.

RE-

Digitized by Google

GEORGIO LIPPAI

ARCHIEPISCOPO STRIGONIENSI, PRIMATI HVNGARIAE, LEGATO NATO &c.

Ioannes Nadaſi Societatis Ieſu

felices annos tam hos, quàm æternos.

QVam *humani generis Primatem* vocat Græca Eccleſia, eius ego Virginis Matris Optimæ *Menæa 1. Ian. S. Sabbat.*

† 3 Ma-

Digitized by Google

ANNALES MARIANI SOCIETATIS IESV

Ab Anno 1521
vſque ad tempora hodierna.

E domeſticis Deiparam tenerè ſolideque colentium, colique docentium exemplis ac documentis, conſcripti

A IOANNE NADASI
eiuſdem Societatis IESV.

Ex libris PP. Doctrinae Xpianae Collegij Rom. S. Mariae in Monticellis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, Typis Vareſij. MDCLVIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

GOSVVINVS NICKEL SOCIETATIS IESV
Præpoſitus Generalis.

CVm Opus, quod inſcribitur *Annales Mariani Societatis Ieſu*, à P. Ioanne Nadaſi eiuſdem Societatis Sacerdote conſcriptum, aliquot noſtri Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; poteſtatem facimus, vt typis mandetur, ſi ijs, ad quos pertinet, ita videbitur; cuius rei gratiâ has literas manu noſtrâ ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas damus. Romæ 25. Decemb. 1658.

Goſvvinus Nickel.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

M. A. Oddus Viceſg.

Imprimatur,
Fr. Raimundus Capiſucchus Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

Digitized by Google

AVTORES

Vita S. P. Ign. in hiſt. Soc. ab Orlandino, & aliàs à P. Ribadeneira, Maffeo, Andrea Luca, aliĳſque deſcripta. M. S. de eadem in Archiuio ex varĳs. M. S, item in hiſt. Prouinciarum Hiſpaniæ, Boeticæ, Aragoniæ, &c.

Vita M. S. quam ipſe S. P. Ign. Hiſpanicè dictauit P. Ludouico Gonzalez.

M. S. P. Oliuerĳ Manaræi, Valtrini, & aliorum in Archiuo Dom. Prof. Rom.

Elogia defunctorum, & literæ PP. Prouincialium, ac aliorum PP. ad A. R. P. Noſtrum.

Hiſt. Societatis impreſſa, & M. S.

Incitamenta mea Gracĳ impreſſa, & Diurnum, Pragæ.

Annuæ impreſſæ, & M. SS.

Pretioſæ occupationes morientium in Societate.

Annus dierum illuſtrium Societatis.

Eas quas exemplis interpono ſententias habeo ex ipſis SS. Patrum *Lat. & Græc. libris,* è Bibliotheca Patrum, è S. Thoma, S. Bonauentura, Idiota, è Mariana pietate Græcorum *à P. Simone Vvagnereck edita;* è codice M. S. S. Ioannis Damaſceni *quem è Monaſterii B. V. cryptæ Ferratæ ad Tuſculum, Bibliotheca eruit A. R. P. Hippolytus Marraccius è Congr. Cleric. Regul. Matris Dei, à R. P. Ludouico Marraccio Latinitate donatum, & propediem edendum in lucem. Et quia hic liber eſt rarior, idcircò excerpta ex illo quædam ſæpiùs adhibebo, adiectis ad marginem literis m. ſ.*

Digitized by Google

PROTESTATIO AVTORIS.

CVm Sanctiſs. D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in S. Congregatione S. Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunq; beneficia, tantum eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata; Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadūt ſuper perſonam, benè tamē ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionē cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes Auctorem: huic Decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt, inſiſtendo profiteor me haud alio ſenſu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab vllo velle quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanę Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

Ioannes Nadaſi Soc. Ieſu.

RE-

Digitized by Google

GEORGIO LIPPAI

ARCHIEPISCOPO STRIGONIENSI, PRIMATI HVNGARIAE, LEGATO NATO &c.

Ioannes Nadaſi Societatis Ieſu

felices annos tam hos, quàm æternos.

QVam *humani generis Primatem* vocat Græca Eccleſia, eius ego Virginis Matris Optimæ *Menæa 1. Ian. S. Sabbat.*

Maximæque Annales, Societatis IESV faſtis circumſcriptos, affero Tibi *Primati* Vngariæ MARIANæ; idque nomine dupliciter tibi charo: altero, quia ſunt *Annales* MARIANI; altero, quia *Societatis* IESV. DEI Matrem quantum ames, & maior Tirnauiæ, mea olim, Sodalitas teſtis eſt, cui tot annis præfuiſti, nec ſemel ipſe facundus hortator; & ego cùm aliàs, tum in Viuarienſi illo tuo contra Patriæ hoſtes præſidio potiſſimùm, ante annos ab hinc complures, coram exploratè introſpexi vſque ad delicias lachrymarum. Societatem autem quo loco habeas, vſque ad ingenuum ruborem noſtrum in publica ſæpè panegyri, ac non rarò inter Proceres alias, testata est tua illa lingua Eucharis, cordis optimi diſertiſſima elocutrix: & in Trencinienſi tuo Collegio, ac tua ibidē Probationis primæ Domo, velut *ex ore infantium*, & adhuc *lactentium* Tironum luculenter audiuimus: ac audietur Echo Tuorum erga nos meritorum factis loquentium, quæ futuris ætatibus immortaliter narrabunt non ingrati Societatis Annales. Atque etiamnum omnis quàm longè ac latè patet Societas, in triclinio vbique legit inclytum nomen *Georgij Lippai Archiepiſcopi, bis Fundatoris*. ideòque vſque ad aras tibi grata, Deo ac Dei Matri pro te ſupplex aduoluitur, ſacrificijs pro te, tanquā vnius Collegij, ac vnius Tirocinij Fūdatore, MARIANIſq; coronis millies, & millies ac ſæpiùs (nam numerū omnium inire quis poſſit?) repetitis, ac (olim) iterùm repetēdis. Eos qui magnas aliorum virtutes perſcribebat, ſancta vetuſtas *oculos Epiſcopi* appellabat. Quidni & ego hac vice *oculi* fungar officio, cùm tibi poſt Imitationem DEI, DEI Matrem

Baron. Martyrol. c. 1.

trem

trem fero, id eſt pupillam oculorum tuorum, atque noſtrorum? Nam etiam in amanda MARIA IESV (ita eam recepto tunc nomine vocat S. Ignatius Ep. M.) *Societas Ieſu Societas eſt amoris*, vt olim S. P. Ignatio ſcribebat Apoſtolicus ille fidei Atlas Xauerius; cui tu nobile templum nuper Trencinij & exædificaſti, & auguſtè dedicaſti. Sed & ego (licet enim mihi de me coram Te ita loqui) Illi Dominæ, ac Matri debeo quòd me in hac Societate *veſtimentis ſalutis*, aut (vt alij habent) veſtimentis IESV induerit bonus Deus. De Te autem quid? Certè ſi apud Boëtium, è veteri Græcorum prouerbio, *viri ſacri corpus virtutes ædificauere*; flagrans hic erga Dei Matrem amor videtur eſſe tuarum virtutum epitome, ac totius illius fabricæ architectus. *Tibi* ergò, tanquam eius beneficiario, *Illam* offero; qui & ipſe, tum hæreditariâ gentis *Hungaricæ*, tum religioſâ *Inſtituti* mei obligatione ſum totus in ære ipſius *atque familia*; de illa ſcribere aliàs, niſi me grati animi obligatio cogeret, non auſurus. quippe *grandes materias ingenia parua non ſuſtinent; & in ipſo conatu vltra vires auſa ſuccumbunt.* Succumbo & ego lubens ſub tam nobili mole materiæ, quæ me pondere ſuo ad reuerentiam inclinat; quam & *illi* facio quàm poſſum demiſſiſſimè atque ſubiectiſſimè, *de qua* ſcribo; & *tibi cui* eam offero dedicoque. Niſi, Domina, inquit MARIAnus ille pſaltes Bonauentura, ædificaueris domum cordis noſtri, non permanebit ædificium eius. Ipſe Archiepiſcopatus Tuus à S. Stephano Rege DEI Matri dicatus eſt; à quo Hungaria facta eſt, & paſſim dicta familia DEI Matris; & DEI Mater,

lib. 2. ep. 9.

Iſaia 61.

4. Conſol. Proſa 6.

S. Hieron. epiſt. 3. ad Heliod.

Pſ. 136.

Sur in vita S. Steph. 20 Aug. et alij paſſim

elo-

elogio celebri, Patrona Hungariæ, ac Regina; ipſa denique natio vniuerſa, Hungariæ MARIANæ, ſeu Regni MARIANI nomen accepit; quod vtinam ſeruet, ac augeat. Seruet Illa Te Patrem, ac genuinum Filium ſuo illi Regno, nunc certè, ſi vnquam, aut labanti (vt audio) aut ſurgenti, diu proſperèque incolumem.

Romæ in Domo Profeſs. Soc. Ieſu. 1661.
die DEI Matris ab Angelo ſalutatæ.

PRÆ

Digitized by Google

REVERENDIS PATRIBVS SOC. IESV

Nouitiorum Magiſtris, & Cœtuum MARIAnorum Præſidibus.

In Dei Matris obſequio, ac in omni virtutum exercitatione, ea quæ minima dicuntur aſpernanda non eſſe.

1 DVm ſolidam Deiparæ aſſuosè colendæ artem hiſce Annalibus eruo, ſtudioſi huius artis lectoris *& omnium eorum qui legerint hoc opus*, (id quod aiebat Ariſtoteles) erit *omiſſa quidem artis, venia dignari; inuenta autem, multa proſequi gratia*. Certè, teſte S. Gregorio Nazianz. *præclarum eſt mentem hiſtoriarum cognitione inſtructam, ac refertam habere. Hiſtoria enim, conglobata quædam, & coaceruata ſapientia eſt, hominumque multorum mens in vnum collecta*. Vnde quid multorum è Societate hominum mens de arte colendæ Virginis Matris quà exemplo, quà ſcriptis libris ſenſerit hîc vide, Lector; eritque hoc ipſum artis huius caput primum, ſiue induſtria, libenter ea legiſſe quæ alij honori & amori Deiparæ, vel exemplo ſuo, vel calamo poſteris tranſcripsêre: admirandis etiam non rarò inſertis. Audiamus hîc illud è S. Gregorio: *Ad voſmetipſos ergo, fratres chariſſimi, introrſus redite: Si Deum* (Si Dei Matrem) *verè amatis exquirite. Nec tamen ſibi aliquis credat, quicquid ſibi animus ſine operis atteſtatione reſponderit. de dilectione conditoris* (& eius Matris) *lingua, mens, & vita requirantur. Nunquam eſt Dei* (& Dei Matris) *amor otioſus. Operatur enim magna, ſi eſt; ſi verò operari renuit, amor non eſt.* Vt operetur legat hos Annales *Marianos*, & videat quid alij ſint operari.

2. Elench. in fine.

Ad Nicobulum pag. 799.

hom. 30. in Euang.

Erunt

Digitized by Google

2 **Erunt hæc veluti auri grana quæ abijci non** debent: & quemadmodum auro Indiæ occidentalis præfecti è decerpta auri particula eâque vndequaque examinatâ & exploratâ, de magna illa Regi Hiſpano mittendi auri maſſa pronunciant, an ſyncera ſit: ſic è tenuibus quandoque pietatis officijs licet pronunciare de vera germanitate amoris, & cultus, quo Dei Matrem proſequimur. Erunt hæ micæ de menſa Reginæ, Dominæ noſtræ, ac filiorum eius cadentes. Apud Surium
18. *Nou. mihi pag.* 411. in vita S. Odonis Abbatis, in manu cuiuſdam, *omnes micæ in Margaritarum ſpeciem ſunt conuerſæ.* Non dubito haſce annorum micas à me collectas, vbi *in bonas* hæc opere ipſo arrepturorum *manus* inciderint, margaritarum pretium accepturas ſuper aurum, & topazion. Ideò colligimus hæc fragmenta, ne pereant. Non admiratoribus enim, verùm imitatoribus perſcribuntur hæ artis *Marianæ* induſtriæ, & veluti familiaria elementa, in quibus vtile dulci, ac facili miſcent exempla, & documenta domeſtica; ideòque omne punctum ferunt. Quocirca, ſi ieiuna fortè cuipiam hæc, ac exilia videantur, ſciat quædam hîc dari proluſionis inſtar, dum vitæ illuſtrium ac geſta plus afferant: deinde meminerit in Philoſophia verè aſcetica *Mariana*, ex hiſce atomis conflari auguſtum exaggeratæ virtutis corpus, ex hiſce punctis conſtare pretioſam lineam rectæ virtutis; & in Gazophylacio benignæ Matris ac Dominæ, ex obolorum ac minutiarum aggeratione theſauros exaggerari. Hæ interea ſcintillæ imitatricem non tantùm Nouitiorum, ſed & veteranæ virtutis Heroum, qui verè amant, induſtriam acuent, dabunt incendia, incitabunt *Opere*, & *ſermone* ſociorum; vt ſuis & ipſi

Digitized by Google

ipſi exemplis hæc augeant. Eapropter nec ijs abſtinui quæ admiratione acuunt imitationem, dum attuli ea quę legi noſtros in B.V. honorem, & amorem *facere, & docere* in magnis & minimis.

3 Deus certè, qui reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, humilia hæc noſtra duo minuta non deſpiciet: vt nos qui Matris eius ſerui boni & fideles *ſuper pauca* ſumus, ſupra multa conſtituat: & è tenuibus hiſce *Marianæ* pietatis ſeminibus augeat incrementa frugum iuſtitiæ noſtræ. Habet hîc etiam locum illud Chriſti: *Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt*. Vnde patet, quod licèt *de minimis non curet Prætor* in iuris peritorum prouerbio, curet tamen Prætor ille cæleſtis. Milo à minoribus geſtatis ponderibus ad maius robur, & maiora portanda euaſit idoneus. *Breuis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius*. Granum ſinapis creſcit in arborem. Ait Plinius de minimis loquens: *Nuſquam alibi ſpectatiore artificio naturam eluxiſſe; cùm rerum natura nuſquam magis quàm in minimis tota ſit! Quapropter, quæſo, eiuſdem verbis, ne hæc legentes, quoniam ex his ſpernunt multa, etiam relata faſtidio damnent*.

Lucæ 16. 10.

Eccli. 11. 3.

Hiſt. Nat. lib. 11. *c.* 1. & 2. *cap.* 2.

4 Humana omnia minima, diuina verò maxima ſunt: & in diuinis, minimum maximi maius eſt noſtro maximo minimi, ſeu ijs omnibus quæ mundus admiratione adorat. Non ægrè legent hæc ij qui ad omnes Dei in Deipara colendi artes, & numeros intenti, volunt, vt *iota vnum, aut vnus apex* non transeat, quin, velut argumentoſæ apes, mel inde legerint, occaſione ex his acceptâ ad maiorum excogitationem. Parua ſunt quædam; ſed non ſunt vilia illis viris qui ſciunt ſeparare non ſolùm paruum à magno, ſed & pretioſum à vili. Nam ſicut

in

in cauendis periculis minora nefas eſt contemnere; ita in exercenda virtute non tanto ſupercilio eſt agendum, vt nulla harum (ſicuti contemptores illi vocant) minutiarum ratio habeatur. Qui ab his inchoare virtutem non fuerit dedignatus, merebitur: *Amice, aſcende ſuperius.* Præclarum eſt illud Baſilij: *Quæ ab animi elatione, faſtuque naſcitur indiligentiam metuito.* Et: *eorum quos rectè, atque ex virtute videris viuere inſtitutorum vitam, actionumque exempla deſcripta in animum tuum transferto. Operam ſedulò da, vt in ea mercatura quam in luculento vitæ genere, præclariſque muneribus vnà cum cæteris facis, ſeorſum tu quæſtus acceſſiunculam aliquam habeas.*

de abdic. rerum. mihi fol. 312. 313.

fol. 312.

5 Quis pictor, quis in mercatura, vel arte quacunque eximius, minima vnquam contempſit, quæ rem augeant, artem perficiant? Studendum ergò & ijs qui arti Matris Dei eximiè colēdæ operam dant, ne illos particula vlla boni huius doni prætereat, & vt reliquiæ cogitationum diem feſtum illis agant. Etiam in hac arte, ſeu Deiparæ colendæ ſtudio (id quod aliàs ait S. Gregorius) *quibuſdam gradibus ad altiora incrementa peruenimus. Nemo enim repentè fit ſummus; ſed in bona conuerſatione à minimis quiſque inchoat, vt ad magna perueniat.* Et poſtea: *Nec mirum ſi de virtute in virtutem gradus ſunt, quando vnaquæque virtus quaſi quibuſdam gradibus agitur; & ſic per incrementa meritorum ad ſummum perducitur.*

h. 15. in Ezech. propè init.

6 Quare qui parua magnis permixta (vt anni ferent) & quædam velut elementa ſeu rudimenta huius virtutis hîc viderit, meminerit eiuſdē Gregorij ſic dicentis: *Electus quiſque* (ſeruus nempe filiuſq; Deiparæ ſtudioſus) *à rudimenti ſui priùs teneritudine inchoans, ad robuſta poſtmodum, & fortia conualeſcit.* Experimento multorum diſcimus, & docemus,

lib. 22. in Iob c. 14. ferè init.

quòd

Digitized by Google

quòd quemadmodum in malis qui ſpernit modica paulatim decidat;ita in bonis qui accuratè agit,& æſtimat etiam modica, paulatim aſſurgat.nam,ſicut è peccatis minimis dāna nō minima; ita è minimis hiſce virtutis huius officijs, nō minima lucra naſcũtur.Quocirca religioſum idioma ſe parùm admodũ callere oſtendit qui minima quædã, ad ſpeciem,quæ Deus,quæ Dei Mater,quæ Sancti,quæ ſapientes æſtimant,putida vocat.Nec minorem puto Angelis noſtris Cuſtodibus accedere per hæc Reginæ illorum impenſa obſequia voluptatem, quàm dæmonibus placeat fluxa illa eorum indoles,& indiligentia qui minima errata contemnunt. Neque minori ſolatio opinor fore nobis in ſupremo agone hæc minima non neglecta, quàm terrori fuerint religioſo illi morienti oſtenſæ micæ illæ quas contra legis præſcriptum in menſa neglexerat. *Surius citſ 18.Nou. in vita S. Odonis.*

7 Angelus S.Franciſcæ errores minimos plectit inflictâ illi alapâ: S. Catharina (Senenſis illa Seraph) ob leuiſſimam culpam acerrimè è cælo reprehenditur. Pro venialibus peccatis magnæ hîc, maiores in purgatorio pœnæ infliguntur. Ecquid ergò ſperandumpro minimis hiſce bonis à Deo, qui liberalior eſt quàm ſeuerior; cuius citra condignum ſunt pœnæ, præmia verò longè ſupra condignum? S.Hieronymus in ſuo Nepotiano infima quęque laudat, particulatímque recenſet. Si Sabbato ligna colligens lapidibus obrutus eſt, licèt id exiguum peccatum fuiſſe dicant nonnulli; ſi Oza ob modicam quâ Dei arcam attigit reuerentiam, morte mulctatus eſt; & vtrumque hoc, atque hiſce ſimilia, Deus grauiſſimis diuinæ ſuæ ſcripturæ faſtis inſerere non eſt dedignatus; cur nos, minimos etiam Sabbato Mariano, & Deiparæ (quæ viua Dei arca

 eſt)

eſt) honores impenſos, noſtro calamo non dignemur? Apud Valerium Maximum Matri Deûm perſoluta vota, & minimi quique religionis neglectæ apices accuratè ſcribuntur: additque; *non mirum* eſſe *ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoque pertinax Deorum indulgentia ſemper excubuit, quod tã ſcrupuloſa cura, paruula quoq; momenta religionis examinare videbatur.* S. Vincentius, minima quæq; abſolutæ virtutis puncta præſcribere, non duxit eſſe infra vel ſui calami ſanctitatem; vel virtutis ſolidæ maieſtatẽ. An ideò excutiendũ eſt hoc Matris CHRISTI obſequiũ, quòd quemadmodum Chriſti eius filii iugum ſuaue eſt; ita illius etiam obſequiorum iugum ſit onus leue? Vbi leges magna, & difficilia; ne terreare: vbi minima, & in medio poſita; ne contemne. Nam ij qui ſolo Deiparæ colendæ nomine contenti; dicunt illi; *Domina*; putantque hanc virtutem in verbis non in actione conſiſtere; vbi arduum quodpiam Deiparæ ab aliquo cultæ exemplum occurrit; hoc verò aiunt communes vires ſupergredi; nec omnium eſſe adire Corinthum: vbi autem minora veniunt; ſupercilium tollunt, & hæc omnia putidam ſuperſtitionem vocant: quaſi alterum ſit ſupra vires, alterum verò infra dignitatem illorum quibus nulla pars virtutis ſatis arrideat. *Nihil in ſtudiis paruum eſt*, ait Quintilianus. Quocirca nobis in magno Deiparam colendi ſtudio lubet particulatim ad minima quæque deſcendere. Quemadmodum apud S. Thomam *omnis ſcientia operatiua tanto perfectior eſt, quanto magis particularia conſiderat in quibus eſt actus.*

lib. 1. c. 1. — *tractatu vita Spirit. c. 7.* — *lib. 10. inſtit. c. 3. prop. fin.* — *1 p. q. 1. a. 3 ad 1.*

8 Hæc tenuia ſint licèt, vt capilli, ſunt tamen ſolida ad ornamentum, ſinè quibus pietas eſt velut calua, & ſæpè infirma; vt raſum caput Samſonis, cuius, in tenuibus capillis erat robur, ac fortitudo.

Iudic. 16.

Et

Digitized by Google

GEORGIO LIPPAI

ARCHIEPISCOPO STRIGONIENSI, PRIMATI HVNGARIAE, LEGATO NATO &c.

Ioannes Nadaſi Societatis Ieſu

felices annos tam hos, quàm æternos.

QVam *humani generis Primatem* vocat Græca Eccleſia, eius ego Virginis Matris Optimæ *Menæa 1 Ian. S. Sabbat.*

Digitized by Google

Maximæque Annales, Societatis IESV faſtis circumſcriptos, affero Tibi *Primati* Vngariæ MARIANæ; idque nomine dupliciter tibi charo: altero, quia ſunt *Annales* MARIANI; altero, quia *Societatis* IESV. DEI Matrem quantum ames, & maior Tirnauiæ, mea olim, Sodalitas teſtis eſt, cui tot annis præfuiſti, nec ſemel ipſe facundus hortator; & ego cùm aliàs, tum in Viuarienſi illo tuo contra Patriæ hoſtes præſidio potiſſimùm, ante annos ab hinc complures, coram exploratè introſpexi vſque ad delicias lachrymarum. Societatem autem quo loco habeas, vſque ad ingenuum ruborem noſtrum in publica ſæpè panegyri, ac non raro inter Proceres aliàs, teſtata eſt tua illa lingua Eucharis, cordis optimi diſertiſſima elocutrix: & in Trencinienſi tuo Collegio, ac tua ibidē Probationis primæ Domo, velut *ex ore infantium*, & adhuc *lactentium* Tironum luculenter audimus: ac audietur Echo Tuorum erga nos meritorum factis loquentium, quæ futuris ætatibus immortaliter narrabunt non ingrati Societatis Annales. Atque etiamnum omnis quàm longè ac latè patet Societas, in triclinio vbique legit inclytum nomen *Georgij Lippai Archiepiſcopi ſibi Fundatoris*: ideòque vſque ad aras tibi grata, Deo ac Dei Matri pro te ſupplex aduoluitur, ſacrificijs pro te, tanquā vnius Collegij, ac vnius Tirocinij Fūdatore, MARIANiſq; coronis millies, & millies ac ſæpiùs (nam numerū omnium inire quis poſſit?) repetitis, ac (olim) iterùm repetēdis. Eos qui magnas aliorum virtutes perſcribebāt, ſancta vetuſtas *oculos Epiſcopi* appellabat. Quidni & ego hac vice *oculi* fungar officio, cùm tibi poſt Imitationem DEI, DEI Matrem

Baron. Martyrol. c. 1.

trem

trem fero, id eſt pupillam oculorum tuorum, atque noſtrorum? Nam etiam in amanda MARIA IESV (ita eam recepto tunc nomine vocat S. Ignatius Ep.M.) *Societas Ieſu Societas eſt amoris*, vt olim S.P. Ignatio ſcribebat Apoſtolicus ille fidei Atlas Xauerius; cui tu nobile templum nuper Trencinij & exædificaſti, & auguſte dedicaſti. Sed & ego (licet enim mihi de me coram Te ita loqui) Illi Dominæ, ac Matri debeo quòd me in hac Societate *veſtimentis ſalutis*, aut (vt alij habent) veſtimentis IESV induerit bonus Deus. De Te autem quid? Certè ſi apud Boëtium, è veteri Græcorum prouerbio, *viri ſacri corpus virtutes ædificauere*; flagrans hic erga Dei Matrem amor videtur eſſe tuarum virtutum epitome, ac totius illius fabricæ architectus. *Tibi* ergò, tanquam eius beneficiario, *Illam* offero; qui & ipſe, tum hæreditariâ gentis *Hungaricæ*, tum religioſâ *Inſtituti* mei obligatione ſum totus in ære ipſius *atque familia*; de illa ſcribere aliàs, niſi me grati animi obligatio cogeret, non auſurus. quippe *grandes materias ingenia parua non ſuſtinent; & in ipſo conatu vltra vires auſa ſuccumbunt.* Succumbo & ego lubens ſub tam nobili mole materiæ, quæ me pondere ſuo ad reuerentiam inclinat; quam & *illi* facio quàm poſſum demiſſiſſimè atque ſubiectiſſimè, *de qua* ſcribo; & *tibi cui* ea offero dedicoque. Niſi, Domina, inquit MARIAnus ille pſaltes Bonauentura, ædificaueris domum cordis noſtri, non permanebit ædificium eius. Ipſe Archiepiſcopatus Tuus à S. Stephano Rege DEI Matri dicatus eſt; à quo Hungaria facta eſt, & paſſim dicta familia DEI Matris; & DEI Mater,

lib.2.ep.9.

Iſaiæ 61.

4. Conſil. Proſa 6.

S. Hieron. epiſt 3. ad Heliod.

Pſ.136.

Sur in vita S. Steph. 20. Aug. et alij paſſim

elo-

Digitized by Google

elogio celebri, Patrona Hungariæ, ac Regina; ipſa denique natio vniuerſa, Hungariæ Marianæ, ſeu Regni Mariani nomen accepit; quod vtinam ſeruet, ac augeat. Seruet Illa Te Patrem, ac genuinum Filium ſuo illi Regno, nunc certè, ſi vnquam, aut labanti (vt audio) aut ſurgenti, diu proſperèque incolumem.

Romæ in Domo Profeſs. Soc. Ieſu. 1661. die Dei Matris ab Angelo ſalutatæ.

PRÆ-

Digitized by Google

Et quid ſuperbis, terra, & cinis? An non hæc cæleſtis imago hominis, è puluere, id eſt, è re minima, aſſurrexit?

9 Et certè quod de Oratore futuro dicit Quintilianus, idem ſibi prudens cultor Deiparæ, commutatis pauculis, applicabit: *Parua docemus, inſtituendum Oratorem* (Deiparæ cultorem) *profeſſi: ſed eſt ſua etiam ſtudys* (Marianæ pietatis) *infantia: vt corporum mox etiam fortiſſimorum educatio à lacte, cuniſque initium ducit, &c.* Iam ante in procemio dixerat: *Ad minora illa, ſed quæ ſi negligas non ſit maioribus locus, demittere me non recuſabo.* Inſtit. l. 1. c. 1.

10 Multifariam oſtendit Deus, & Dei Mater, hæc etiam ſibi eſſe in pretio: velleque ſe in obſequijs habere non ſolùm gigantes illos heroes; verùm & me, alioſque minorum gentium paruulos, ac velut mediaſtinos. *Mos enim diuinæ miſericordiæ eſt*, inquit S. Ioan. Chryſoſt. *vt ſi nos tenuia quædam, & vilia obtulerimus, ſed tamen obtulerimus; multa liberalitate nos remuneret.* Nolo ergo ego illa nihili ducere, quæ tanti æſtimat Deus. Sicut qui *timet Deum*, ita qui verè amat Matrem Dei, *nihil negligit*, licèt id minimum videatur. ideoque minima videri iſta non debent, ſi fiant honori & amori illius, cui fecit magna qui potens eſt. Illius Annales domeſticos hîc exequimur. Nam quemadmodum apud S. Greg. Nazianzenum, *Tempus Magiſtri vice hominibus eſſe omnes dictitant*; ita hæc veluti *tempora Mariana*, ſeu *annales Mariani* poterunt nobis eſſe inſtar Magiſtri, per domeſtica documenta, & verbo & exemplo docentis quomodo enixè colenda ſit illa quæ *Regis ſæculorum* immortalis eſt Mater. Si maiora quæpiam, & ardua illam colendi exempla occurrant, vt dixi; nec ibi deſpondendus eſt animus,

h. 26. in Gen. longè poſt med.

Eccl. 7. 19

ad Nicob. p. 799.

ve-

ad Nicobulum p. 799. verùm illud laudati Gregorij Naz. cogitandum: *Prudentis, & cordati viri eſt, magna menſura vitam ſuam metiri: atque ad excellentium virorum imitationem ſeſe componere.*

11 Aſpergo autem probatis, & ex ipſo quem laudo fonte hauſtis de Virgine Matre ſententijs ea, quæ narro; vt varietas piè delectet.

Documenta ex ijs quos ad manum habui libris petita vel eo anno colloco quo libri illi ſunt editi, vel eo quo eorum Autores deceſſerunt è vita.

12 Exempla etiam illi Anno addicuntur quo anno ſunt geſta, vel quo diem vltimum obijt is de quo illa narramus; Indice poſtea documentorum Elenchum ita daturo, vt & ſcribentium documenta, & agentium exempla ferè omnia in certos Artium Deiparæ colendæ titulos, (quemadmodum in Incitamentis colendi B.V. fecimus) digerantur.

N.B. *Omiſſa quædam in annis prioribus, poſt annum 1640. reperies à pag. 430. quò retuli omnia ea quæ aliàs in Incitamentis dixi.*

S. Bonauentura Pſalmo 125. v. 4.

Vernaculus Tuus ſum ego:

minimus in familia tua.

Cuſtodi me, Domina.

AN-

ANNALES MARIANI SOCIETATIS IESV.

Et ex illis collectæ MARIAM Deiparam variæ percolendi artes, atque induſtriæ.

ANNO MDXXI.

1 SY PATER IGNATIVS Societatis IESV proautor, hoc anno 1521. à felici illo in Pampelona tuenda vulnere æger, otij tædium vt falleret, vitam CHRISTI, MARIÆ Virginis Deiparæ, ac Sanctorum legebat intentiùs: & poſtea ſenſim robuſtior, aggreſſus eſt ex quibus inter legendum quàm maximè capiebatur, in libro in quartam maioris folij partem concinnato, eleganti in charta, charactere nobili, & accurato conſcribere: ijs quæ de CHRISTO, de Virgine Matre, deque ſanctis adnotârat ſe ad 300. eius libri folia porrigentibus. CHRISTI *acta colore rubro, viuo & accenſo, vel etiam auro; Deiparæ verò Matris exempla colore cyaneo, puniceo, ſeu cæruleo, adnotabat*: alio, ac vario colore Sanctorum decora excerpebat: oratione, ac lectione alternis perſapienter omnia occupante. Quiſquis in tenerrimo, ætatemque laturo erga Deiparam cultu, erga Matrem amore Patrem Ignatium imitari cupit, pro primis feliciſſimæ artis ele-

Ars prima:

Concinnare libellũ pro aduerſarijs MARIANIS.

clementis hoc agere incipiat, Spiritus ſancti ope impensè imploratâ, vt delecto ad id libello inſcribat ea quæ Deiparæ colendæ, ac imitandæ accomodata legit, vel audit; ſelectis ijs quæ ſunt ſolidiora pro noſtro, vel etiam aliorum vſu. Sit libellus ille deſtinatus artibus MARIANIS, velut imago, ſeu Gazophylacium DEI Matris. Sic faciliùs quilibet colore cæleſti MARIÆ imaginem in mente ſua *pinget æternitati*. *Sit vobis* (ait ad nos omnes MARIÆ ſtudioſos ſcribens Ambroſius de Virginitate) *ſit vobis, tanquam in imagine, deſcripta virginitas, vitaque B.* MARIÆ *Virginis: de qua, velut in ſpeculo, refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis*. Prouidendum hac arte, ne obliuione obtundatur in nobis cultus B.V. Quanta legimus de auguſtiſſimâ hac Virgine? Ecquid prohibet, quin adnotemus id quod ſcintillæ inſtar eſſe nobis poteſt ad cultum, ad colloquia, ad imitationem? Hàc iuit Ignatius: & quidem inter prima ſuæ aduerſus MARIAM pietatis rudimenta hoc illi primum fuit. Sic tibi quoque modicis licèt, frequentibus tamen acceſſionibus creſcet *Gazophylacium Marianum*, qui libello tuo titulus eſſe poterit, ſi ita velis. Ita Rationarium imperij, ſeu arcanum libellum à ſe conſcriptum ſecum geſtabat Auguſtus; faciuntque idem alij ad rerum geſtarum vel gerendarum rationes in aduerſarijs breuiter adnotandas. Ipſa, inter elogia MARIANA à Patribus dicitur *liber verè viuus, liber nouus, obſignatus; liber diuinæ munditiæ*. Sic eris Rationarius MARIANVS: & valebit is commentarius ad memoriam, & ad notanda ea quæ cultui ac imitationi Deiparæ poſſunt eſſe idonea; vt ſit ſtimulator, & concitator noſtræ induſtriæ.

lib. 2.

Suet. c. 28.

2. Eodem anno 1521. S.P. Ignatius nocte intempeſtâ ſe in terram, & preces è lecto dedit proſtratus

Digitized by Google

coram cæleſtis Matris effigie; ſupplexque poſtulauit, vt ſibi ad Filium adreptanti, ad eius famulatum aditus per illam aperiretur, ſeruo ad Filium. Cùm ergò ſe in MARIA, velut in ara pura, & altari miſericordiæ, in ſacrificium & holocauſtum offerret; ſub Ignatio, ita vexillo DEI, & famulatui ſe ſacrificante per DEI Matrem, terra & muri circùm à fundamentis, non ſinè fragore, contremuêre. Nulla hora eſt importuna ad adeundam DEI Matrem: & per hoc terretur dæmon. Nam vt in vita, & oraculis ſuis in fine, loquitur S. Franciſcus: *cùm dico Aue* MARIA *cæli rident, Angeli gaudent, mundus exultat, infernus contremiſcit*. Iſidorus Theſſal. Archiep. B. Virginis ex hac vita diſceſſu inſtante, *Quatiebatur*, inquit, *domus*: & *domus tota contremuit*. Benè Ignatio ad pedes Virginis proſtrato ſocium te adiunges, corde certè ſi non genu, ſi noctu ſomno ipſo ab oculis fugiente, veluti pro monitore vtaris, vt ad MARIAM pulchram vt lunam æterni ſolis Matrem euigilans, te, ſomnum tuum, & omnia, illi, & per illam DEO, impensè des, & perſanctè ſacrifices, ab illa, & per illam illuminatè victurus; ſeu lumen accepturus contra timores nocturnos; & exteriores tenebras noctis æternæ.

Etiam noctu ſe Deo dedicare per B. V.

Orat. 4.

Somnus ab oculis fugiens ſit monitor huius induſtriæ.

3 Anno 1521. ſub ipſa nouarum animi conceptionum, deliberationumque initia Ignatio IESVS in MARIÆ ſinu infans adfuit. Quo cæleſti aſpectu diutiùs perdurante, vberrimo hauſto ſolatio, tantâ vitæ vniuerſæ, ac rerum præſertim ſequiora phanthaſmata obiectantium, nauſeâ, odio, tædioque eſt captus Ignatius, vt puriſſimus ille IESV & MARIÆ aſpectus totum Ignatij animum ab id genus cogitationum illecebris, ac ſpectris immunem indemnemque reddiderit; Matre ſuâ illi datâ in cyno-

Cogitationibus ſuis Ieſum, & Mariam præficere.

 ſu-

ſuram fluctuantium cogitationum. Diu verò, ac multùm Ignatio ſe, ac Filium ſpectandum tunc exhibuit Mater: vt hoc illi cogitationum ceu thema daret, atque imprimeret. Quo facto, ita omnia vetera ab Ignatij mente abſterſit Virgo; vt in corde Ignatij, velut in dedicato ſibi altari, IESVM ſtatuens, nullam iſtic poſtea alienam imaginem vnquam comparere voluerit ſæpè implorata fida illa mentis cuſtos, & ſæpiùs poſtea Ignatium interuiſens MARIA. Nam, vt ibid. ait S. Franciſcus; *ſicut cera fluit à facie ignis, & puluis ante faciem venti diſpergitur; ſic ad inuocationem nominis* MARIÆ *totus malignorum ſpirituum exercitus ſeparatur*. Iuuabit in id genus turbamentis ad B. Virginem, & ſimul ad S.P.Ignatium ſeſe recipere; vt ille ab illa tunc adiutus, nunc adiuuet nos cum illa; doceatque nos ad illam ita vt ille confugit, confugere, vt iuuemur, & cum lucri acceſſione vincamus.

Cogitationū noſtrarum ſontes Jeſu & Mariæ dedicate.

ANNO MDXXII.

4 Ad Aranzazuanam Deiparam, & deinde ad Serrati montis ſanctuarium tendens S. P. Ignatius, à primo Loiolâ digreſſu, nocte quauis inclementer ſeſe diuerberabat: ſic ſe, tanquam malum hactenus MARIÆ ſeruulum, caſtigans, & in nouam eiuſdem ſuæ poſt DEVM ſeruatricis ſeruitutem redigens; ac ſic etiam de ſe, MARIÆ ſeruo, factis ipſis interpretatus illud: *Diſciplina, & opus ſeruo*.

Peregrinationes cum mortificatione obire. Eccli. 33. 25.

5 Non inuſitatum, neque tamen omnibus ſuadendum, eſt vigiliarum MARIANARVM nomen, cùm in templo, aut oratorio quopiam celebriore inter preces coram Deipara vigiles pernoctant MARIANI. Loiolâ Oñnatam vſque mulâ vectus Ignatius, comiti ſuo fratri germano perſuaſit, vt vnâ *vigiliam vnam* (vt iſthic vocant) in celebri Aranzazuana

Fratri perſuadet vigilias Marianas.

Noctes Marianæ.

Dei-

Deiparæ ſacrario celebrarent. In quo poſteaquam vnà cum Fratre flagranter orans vires nouas in iter reliquum enixiùs flagitaſſet, fratrem Onnaræ reliquit. Quippe hoc fraternæ germanitatis, humanitatíſque in Materno MARIÆ ſinu erga fratrem monſtrandæ ingenium fuit Ignatio, vt, pro vltimo valę facientis mnemoſyno, fratri diſcedens hoc relinqueret documentum, vt ex aſſe MARIÆ totus eſſet addictus. Vtinam ſub auguſto MARIÆ Matris nomine ſimus omnes fratres: *Ipſa enim eſt mater electorum quæ fratrem genuit eorum.*

In itinere viſere templa B. V.

S. Ambr. l.6. ſerm. de Puriſ. B.V.

6 Debebat auri ſummam quampiam Ignatio Naiaræ Dux. huius partem Ignatius liberaliter contulit in quandam quam iſthic neglectam dolebat Reginæ DEI Matris imaginem quàm exquiſitiſſimo nitore inſtaurandam: reſtituendo diuinæ Matris cultui etiam deinceps, vbi occaſio ſe dabat, attentè intentus. In Menæis 14. Febr. Græca Eccleſia: *Intaminatiſſimam,* inquit, *atque diuinam imaginem tuam ſaluto: adorationis illi debitæ cultum exhibeo, cum fidei & amoris actu coniunctum: ex qua quidem imagine animarum & corporum medicinæ ſcaturiunt.*

Reſtaurare vetuſtas imagines B. Virg.

7 Quemadmodum nonnullæ peregrinationes perſæpè magna ſuggerunt pericula caſtitati; ita contra Ignatius in ea quam ad montem Serratum adornauit, nuncupato caſtitatis voto ſe iterùm conſecrauit DEO per manus integerrimæ DEI Matris; cuius manu tectus, nullo deinceps vnquam, qui voto illi aduerſaretur, corporis vel animi ſenſu eſt infeſtatus: expertus id quod 5. Ianuarij de illa canunt Græci: *Tu peccati ſpinas venenata cuſpide pungentes remediorum quæ præbes inundatione obtundis, ò grauida* DEO *benedicta, & ſemper intacta.*

Hanc ſuæ præficere puritati, ne obfuſcetur.

8 Quia Virgo Mater fidele Ignatianæ caſtitatis

tuta-

Defendere B V honorem: decidâ periti colloqui.

ſtitan entum fuit, fuit reciprocatione fideli viciſſim Ignatius MARIANÆ Virginitatis defenſor egregius. Eodem itinere Saracenum equitem de intemerata Virginis DEI Matris poſt partum integritate iniurioſius differentem, ſeque repentinò proripientem, zelo ardens, vindice gladio fuiſſet aſſecutus, niſi mulæ, in biuio non in ſpacioſiorem fugientis Mauri viam, ſed in aliam ſe flectentis, iter pro diuinæ voluntatis argumento interpretatus, metu piaculi abſtitiſſet; aliàs gladio paratus conuincere illum, qui argumentis nolebat conuinci. Menæa 4. Ian. Deiparam *inſuperabilem tutelam* vocant. Decet ergò viciſſim illius honorem totis viribus tueri quà licet, & dicere: Da mihi virtutem contra hoſtes tuos. Sed ad montem Serratum cum Ignatio adeamus: vbi anno 1603. poſitum lapidem lego in hiſt. M. S. Prouinciæ Aragoniæ ſic inſcriptum: *B. Ignatius à Loiola hic multa prece, fletuque,* DEO *ſe, Virginique deuouit: hic, tanquam armis ſpiritualibus, ſacco ſe muniens pernoctauit; hinc ad Societatem* IESV *fundandam prodijt Anno* 1522. *Fr. Laur. Nieto Abbas dicauit Anno* 1603.

Cauere ne ardor nos in periculum adducat.

Lib. 1. c. 2 pag. 6. &c Andr. Lucas vitæ Hiſp. S. P. Ign. Granatæ an. 1633 impreſſæ lib. 1. c. 6 pag. 29.

9 S. Ignatius in monte Serrato voluit vniuerſæ vitæ ſuæ peccata expiare, præſide MARIA, refugio peccatorum, & miſericordiæ Matre. Ibi illâ ſuppliciter perſalutatâ, coram Ioanne Clanones ex Ordine S. Benedicti, per triduum vitæ ſuæ annos & noxas è ſcripto in amaritudine animæ ſuæ cum accuratione vndequaque perquiſitâ in exomologeſi recenſuit: diuinæque ſynaxi accubuit. Errat quippe qui DEVM tentare vult per ſuam erga MARIAM pietatem; audetque in DEVM ſcelerate quicquid vult; ab illo poſtea ſpretam toties, læſamque miſericordiam per MARIAM quæſiturus; adeoque DEI Matrem faciens ſuæ malitiæ inſtrumentum, & alimen-

Confeſſio generalis præmittenda Deiparæ ſtudioſo.

mentum. Hæc ſunt ſolidæ erga Deip. progymnaſmata pietatis, ſinè quibus vanę eſſent religiones noſtræ. Corde mundo colitur immaculata Deipara: & illos iuuat, qui amore MARIANO ad purgandam conſcientiam vtuntur, non verò ad ſordidandam confidenter, aut temerè abutuntur: S. Bonauentura ad B. V ita loquitur: *Conſcientia tua munda, & immaculata eſt locus propitiationis, & habitaculum ſanctum* DEI. Et: *Beati quorum corda te diligunt: peccata ipſorum à te miſericorditer diluentur.* Pſ.27. Pſ.31.

10 S. P. Ignatius eâ nocte quæ in Virginis ab Angelo ſalutatæ diem vergit, in MARIANO montis Serrati templo coram Deiparæ arâ, & imagine, pro more militum nobilium equeſtri militiâ initiandorum, *armorum vigiliam* celebrauit lachrymans; & nunc pronus in genua, nunc ſtans, peruigil, peregrini cultu, baculum tenens manu, arma ſua aræ, ſe Virgini, & per hanc DEO in militem dedicans, conſecrans, authorans, illam eligens in perpetuam conſultricem. Veterrimo elogio in Vngaria, tota olim MARIANA, militum nobiliſſimi dicebantur *milites Beatiſſimæ Virginis*. Certè Ignatius tunc incipiebat eſſe miles Beatiſſimæ Virgini authoratus in caſtrorum acie ordinata, nobis in præliarem MARIANÆ militiæ diſciplinam hoc inuitamento vocatis.

Dedicatione ſui in feſtis B.V celebrare.

11 *Templis, aliiſque B. Virgini dedicatis locis, in B. V. gratiam aliquid eleemoſynæ dandum eſſe ſuadet exemplo* S. P. Ignatius, qui MARIANO montis Serrati cœnobio mulam quâ vectus erat dono dedit. Iſidorus Theſſalon. Archiepiſcop. Beatiſſimam Virginem vocat *ſpecioſiſſimum, honorabiliſſimum, diuinumque donarium*. Neque tamen dedignatur illa etiã infimis quibuſq; donariis coli. Illi dabitur quod dabitur eius aris.

Eleemoſynas pro tẽplis B.V. dare. Orat. 1. Orat. 2.

Sub

12 *Sub feſta B. Virginis largiorem eleemoſynam dandam* eſſe exemplo eſt Ignatius, qui ſub idem Annunciatæ Deiparæ feſtum pecuniam omnem inter pauperes ad MARIANAM illam ædem mendicato viſitantes liberaliter diſtribuit: atque vt omne ſuæ militiæ inſtrumentum aræ Virginis; ita pretioſas veſtes, vſque ad lineam intimamque ſubuculam, obuio mendico donauit. MARIA eſt eleemoſynaria DEI, vt eſt vetus eius elogium, digna quæ liberali eleemoſynâ colatur, quâ non illa ſed minimi eius egent. Illa hortatrix, & mater eſt miſericordiæ: *Imitamini illam*, inquit S. Ildephonſus, *dum vacat, & tempus eſt. Qui imitantur illam, erunt ex parte eius.*

Feſta B. V. eleemoſynis celebrare.

Serm. 2. in Aſſum. B. V.

13 *Cilicio armatum aliquando ad celebrem aliquam B. Virginis imaginem viſendam abire*, eſt S. Ignatium imitari. Nam ille Manresâ ad mediâ ferè leucâ diſſitum Deiparæ de Viladordis templum religioſè itabat identidem, idque nouo cilicij genere armatus; quippe de hiſpido, aſperrimoque quopiam herbæ pungentis genere, ſibi faſciam ipſe texuerat; illâque accinctus viſebat DEI Matrem, velut inſtauratiuâ iterùm authoratione ſe illi dedicans, & per illam DEO; ad dignos fructus pœnitentiæ faciendos: quam faſciam aiunt inter MARIANÆ illius ædis decora honorificè aſſeruari. Saccus ipſe in quem ſe veluti condiderat erat rigidus, inſtarque diri cilicij. Olim Sacerdotes *altare Domini operuerunt cilicio*. ſic Ignatius, ceu nouum Domini Dominæque altare nuper dedicatum, cilicio ſe operuit. Sic veſtitus oſtendit è cuius Reginæ aulâ eſſet.

Cilicio cinctum adire B. V. imaginem.

Vid. And. Lucam l. 1. c. 7. p. 32.

Iudit. 4. 9

14 In cauerna quadam Manreſana operabatur ſeueræ pietati ſuæ ſeptem horis quotidie in preces proſtratus, & ieiunijs ad inediam vſque immitis in carnem ſuam Ignatius; præter quotidiana flagella fer-

Etiam abſens proſpectat, & ſalutat B. V. montis Serrati.

ſerrea, quibus ter, nec rarò ſæpiùs, quotidie ſe cædebat. Inde ad MARIANAM illam montis Serrati ædem, per feneſtram, MARIANVS hic Daniel, tanquam ad templum Dei, & ſanctum vitæ ſuæ melioris tyrocinium, & ſuſtentationem proſpectabat; vires, & animos integrabat; ſe ad ſacrum eius ductum applicabat. Nec ego miror illum tantâ cum reuerentiæ ac pietatis ſignificatione iſta frequentaſſe, vtpote qui ſummo loco eam duxerit infra Deum ſuper omnia, quam DEVS infra ſe ſuper omnia honorauit, & ſummo in pretio habuit. Pulchrum eſt illud S. Chryſologi: *Quantus ſit Deus ignorat ille qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur.*

Etiam è cubiculo, B.V. ſalutare.

Ser. 140. in fine.

15 S.P. Ignatius à dæmone adoleſcentis vultum cultumque eleganter mentito illecebroſè laudatus, ad defectionem ab inchoata vitæ ſanctimonia tentabatur; ſed ille agnitum veteratorem ne verbo quidem dignatus, proximum *Villadordianæ Deiparæ ſacellum*, tanquam aſylum, adijt: & iſthic ſub vmbra alarum illarum, ſeſe ad ſacram illam anchoram, vrgente tempeſtate colligens, fuſis affluenter lachrymis, vires petijt non abſiſtendi; decretumque repetijt, & nouo firmamento roborauit, fore vt è cruce nullis illecebris pellectus deſcenderet. Eapropter multam in noctem, ac poſtea in plures dies & noctes, ieiunus ibi ſub clypeo Virginis perſtitit; re nullâ quidem guſtatâ, ſed eximijs cæli delicijs recreatus. Ibidem defectis abſque ſenſu viribus repertus eſt iacens humi, laſſus inediâ; quam nempe ille cum precibus, ac fletu largo adhibuerat, ad opem Virginis contra hoſtem affluentiùs impetrandam; accipiendamque ex ipſa tentatione cumulatiſſimam acceſſionem eò incitatiùs experrectæ virtutis. *Eſt* MARIA, inquit Adam Perſenius, *refrigeratio congrega-*

In tentatione à B. V. opē petere.

Andr. Lucas lib. 1. c. 10. & 11.

Illam inuiſere.

In Romanâ editione p. 117.

B *tio-*

Digitized by Google

tionum ſanctarum, protectionis vmbraculum. Et Iſido-
orat. 2. rus Theſſal, *quam vt anchoram animæ tutam ac firmam habemus*. Hac ſe firmabat Ignatius cùm ſuis illis fluctibus æſtuaret.

16 Per idem tempus Ignatius cùm ære Mariano monitus, pro more publico, preces intenderet ad Virginem verbis Angeli perſalutandam, cæleſti Dei Iesv & diuinæ Matris aſpectu ſæpiùs totum ſe perſenſit inſtaurari, nouaſque vires accipere ad officia pietatis. S. Auguſtinus ait hanc ſalutationem eſſe *cælum ſidereum omnibus ſtellis virtutum, & gratiarum, & ſcientiarum, & meritorum adornatum; fontem quo conſcientiarum horti irrigantur*. Magno ergò in pretio eſt habenda, & vnà cum Eccleſia tunc Virginem vbique ſalutante attentè dicenda, non curſim.

Ad pulsũ Aue M. attentè recitare.

Apud Marrac. in fund. Mar. pag. 38.

17 Inter dira quibus carnem ſuã Manreſæ inſectabatur cruciamentorum exempla, & multas preces, nunquam intermittebat Ignatius, quin velut intercalariam in cultu Deiparę pietatem ſuam, Marianis religionibus intexeret: quòd educatam huius nutrimentis noſſet ſanctioris vitæ ſuæ velut infantiam. Officij ergò Auguſtæ cæli Reginæ debiti causâ, eandemque conſalutandi gratiâ ſolebat perſæpè ad cæleſtem illam ſuam, cui ſe nuper iſthic ex aſſe tranſcripſerat, Dominam, in montem Serratum ad tres leucas concedere; atque magnos ibi animos in ſinu Virginis inſtaurare. Nempè illuc reſpectabat cui ſe debere ſeipſum ſciebat Ignatius ceu ouis à Christo iſtic inuenta. Quam in rem pulchrè admodùm S. Petrus Chryſol. *Ouem perditam Christvs veniens quærere in mundum, in vtero Virgineã regionis inuenit*.

Breues peregrinationes ad B.V. ſuſcipere.

S. 168. propè finem.

And. Lucas lib. 1. c. 7.

18 Manreſæ in medio amœni montis ad vallem

lem paradiſi, vt vocant, antrum ad Cardinet riuulum ſitum, aſperrimo vitæ genere, ac orandi aſſiduitate celebrem fecit Ignatius. Ibi ille coram Beatiſſimæ Virg. Matris paruulum IESVM ſinu complexæ imagine ſacco hiſpido veſtitus, & catenâ cinctus ſpectatur, exempli documento præmonſtrans, orationem ſi mortificatione armetur fortiorem eſſe, vt magnetem ferro armatum; & efficacitatis apud apud Matrem ac Filium plus habere. Epigraphe imaginis ex Hiſpanico ad verbum ferè ductâ interpretatione ſic habet: *In hoc loco anno 1522. S. Ignatius compoſuit librum Exercitiorum; qui fuit primus eorum librorum, qui ſcripti ſunt in Societate* IESV; *& eſt approbatus per Bullam Pauli III. Pont.* *Oratione, & mortificatione illam colere.*

19 Cùm horarias Auguſtiſſimæ cæli Reginæ preces in templi Dominicani, vel cœnobij, gradibus diceret, viſus ſibi eſt mente excelsè eleuatâ videre quiddam luminis in Sanctiſſimæ TRINITATIS arcano: vnde illi perpetuæ illo die lachrymæ, ac tanta lux, vt de illo librum 80. folia complexum conſcripſerit. Heſychius de B.V. loquens: *Arca Noë,* inquit, *duas, & tres contignationes habebat: hæc autem vniuerſum Trinitatis complementum: quandoquidem & Spiritus S. adueniebat, atque hoſpitabatur, & Pater obumbrabat, & Filius vtero geſtatus inhabitabat.* Inde Ignatio MARIANAS horas dicenti arcanus ille de SSS. Trinitate per MARIAM ſplendor illuxit. Sic nempe recitandum eius officium, vt pectus hiſce ſplendoribus impleamus. Andr. Lucas lib. 1. c. 12. *Officiũ B. V. attentè recitare.* hom. 2. de B. V. t. 2. Biblioth. vet. PP.

20 Manreſæ vicies, (Andreas Lucas ponit plus quàm trigeſies lib. 1. c. 11.) idque non obiter, ſed longiore interuallo, viſâ CHRISTI ſanctiſſimâ Humanitate, iam cum Virgine Matre, iam ſinè illa ſibi oſtensâ, eſt recreatus. Id verò quod percipiebat,

 bat,

Digitized by Google

bat, erat inſtar corporis cuiuſdam candore pergrato lucidi; quâ in luce crebriùs Deiparam quoque iucundè ſpectauit. iiſdem temporibus tantum perſenſit in fidei myſterijs firmamenti, vt vel ſi nullæ diuinæ literæ fidem aſſererent, iam tum ſe pro fide Catholica ſenſerit vitam libenter poſiturum. Certè prima poſt laudes ab Angelo Beatiſſimæ Virgini datas, laus fuit ea quam S. Elizabeth Luc. 1. v. 45. illi dedit, exclamans: *Beata quæ credidiſti*! Vnde tantam fidei lucem à lumine vultus illius hauſit Ignatius, tanquam à fidei noſtræ Magiſtra, Deo nos per illam docente.

Fidei viuæ incrementum per illam petere.

21 Illud oculatorũ teſtificatione non dubiâ eſt conteſtatum quod referunt ij qui à Sabbati cuiuſpiam completorio, vt vocant, ad alterum vſque Sabbati alterius completorium (qui dies eſt Mariani, & ab Eccleſia in officio Sabbati ſolet Marianis laudibus impendi) Ignatio diuina mirabiliter patienti aſſiduè adfuêre; cùm eius vitam non tam ex interſpiratione quapiam colligerent, quàm è tenui motione cordis modicè palpitantis, aliàs omnino iam condendi. Hi verò affirmatè aſſeuerauêre, Ignatium eadem horâ quâ ſeu linqui animo, ſeu rapi ante octauum diem cœperat, poſt admirabile cæleſtis illius octidui myſterium, dum *Salue Regina* caneretur, ad ſenſuum vſum & humana iſta reuerſum, ſublatis in cælum ſuauiſſimè oculis *Ah* Iesv! dulciter ingeminaſſe, *Ah* Iesv! Ibi Sacellum eſt S. P. Ignatij nomini dedicatum, & *Sacellum raptus* quibuſdam dictum. Sabbato inchoata illa extaſis, ſabbato ſub *ſalue Regina* deſijt: vt noſtra etiam initia, & fines eorum quæ agimus, meminerimus Deo per Deiparam conſecrare. Vtinam aliquid ignis, luciſque concipiant noſtra quoque tam diuina

Sabbatum ſilentio, et oratione colere. And. Lucas lib. 1. c. 13.

Digitized by Google

na quàm humana quæ agimus; erudianturque ab illa Ignatij ſic tacentis hebdomadâ Mariana; vt ab illa & ſilere & orare ardenter & agere attentè, ac diuinè omnia cumulandis amoris lucris immortalibus condiſcamus. S. Ioannes Damaſcenus: *Frequens*, inquit, *ipſa ad famulos ſuos veniet, ac ſecum bonorum omnium agmen trahet.* orat. 2. de Aſſ.

ANNO MDXXIII.

22 S.P. Ignatius Hieroſolymam viſens, in ſingulis myſteriorum Iesv & Mariæ veſtigijs particulatim ore prono & lachymis volutatus, inclytam Dei Matris, vbi olim habitârat domum, & Bethlehemiticum Virginei partus tugurium religiosè eſt veneratus; auguſtè colens locum, vbi ſteterunt pedes eius. Montem item Caluarium, in quo ſub Cruce ſtabat Mater Iesv, nos à Christo ſibi veluti teſtamento donatos in Ioanne accipiens, & nobis in Matrem data. Omnia denique myſteriorum loca viſebat, in quibus Maria Iesvm olim vel paruulum pariebat, vel virum audiebat, vel moribundo adſtabat. Et verè illa Iſidoro Theſſal. dicitur; *Theſaurus myſteriorum*. In hoc tunc Theſauro verſabatur, & opes cæleſtes colligebat Ignatius, lautam filijs hæreditatem: cuius cretio tunc erit quando illam adibimus.

Vitæ B.V. myſteria expēdere.

orat. 2.

ANNO MDXXIV. XXV. XXVI.

23 S.P. Ignatius neſcio quo pietatis obtentu ſe Barcinonæ turbari in ſtudijs aduertit: ideòque Ardebalo Magiſtro ſuo ad vicinum Dei Matris *de mari* dictæ templum ſeuocato, ibi ſuſus in genua, velut in diuinæ Matris conſpectu ac domo, ſtudiorum ſuorum turbamenta enarrans, promiſit flagrantem diligentiam, & accurationem; paratus in pœnas, ni ſtaret pollicitis. Atque hac arte ſenſit ſe magis ido-

Tædia officij, illius ope ſuperare.

Digitized by Google

idoneum ſtudijs deinceps perattentè tractandis. *Eſt* MARIÆ *mens*, teſte Adamo Abbate Perſenio aliàs hîc laudato, *ſchola virtutum, quædam ſummi Regis cathedra*. Hîc erudiri, & ſtudia ſua hîc excitari voluit in hac ſapientiæ ſede Ignatius; vt nobis oſtenderet vbi calorem debeamus tam ſtudiorum, quàm omnis quod nobis incumbit muneris, ſi fortè elangueſcat, inſtaurare: vt illa ſit ſuſtentatio animi inter officij tædia ſubmoroſi.

Marialis pag. 141.

24 S.P.Ignatius *coram ſacratiſſima Virgine* MARIA ſtabilito negotio ſtudiorum, Virgine Matre, ac Magiſtro in conſilium adhibitis, id quod illi otij fuit ſuper, eius cultui impendit: vbique ſacra illi loca circumſpectans, illiſque intentus; ac eiuſdem officium, & coronam ritè cum ſingulari erga illam animi propenſione dicendi rationem, paruulos, & rudiores docens; nempe infimarum diſciplinarum in ſcholis diſcipulus, & foris Magiſter MARIANÆ pietatis. In primis Seruorum B.V. faſtis fertur, quòd Florentinam illam Beatiſs. DEI Matris imaginem pictor cùm pingeret, ac de capite illius pingendo eſſet ſolicitus, ſopitus ſit ſomno; & experrectus, caput Virginis, ac faciem, manu Angelicâ, cæleſti artificio pictam, adeoque illam à ſe inchoatam imaginem, ab Angelo abſolutam inuenerit. Incipiamus nos cum Ignatio veram Deiparæ colendæ, imitandæque artem, velut eius effigiem, pingere in teneris mentibus paruulorum: reliqua DEVS abſoluet. Benè dixit Quintilianus: *Natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ rudibus annis percipimus: vt ſapor quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt*. Ideò ætatem primam, & rudes annos, primamque velut lanam his artibus, ceu colore, imbuebat Ignatius: vt maturiùs

Rudes in cultu B. V. inſtruere.

lib.1.c.1. inſtit.

pare-

Digitized by Google

parereт vtilitatibus paruulorum, amoremque tantæ Matris extenderet.

ANNO MDXXVII.

25 S. P. Ignatius Sabbatum adeò habebat in veneratione, vt admirationem, & quæſtionem eâ re mouerit. vnde in carcere Complutenſi Vicarius illum, poſt alia plura, de Sabbato interrogauit: reſpondit Ignatius; *à ſe Sabbatum obſeruari debito* DEI *Matris honori, non verò Iudaicæ ſuperſtitioni.* Scribit & M.S. Hiſtoria Aragoniæ Prouinciæ, Ignatium ſupremæ huic Principi, per omnem vitam cordatiſſimâ, vt loquitur, ſeu è corde intimo ſapienter & ſanctè profectâ pietate, fuiſſe addictè dedicatum: eamdemque pietatem ab illo Societati vniuerſæ pro hæreditate relictam. Quiſquis DEI Matrem colere vis, *memento* etiam inter alia obſequia, vt aliquo pietatis officio *diem Sabbati ſanctifices*, & in eo ſanctificeris.

Sabbatũ in hon. B. V. reuereri. lib. 1. c. 2.

ANNO MDXXXIV.

26 Eius, quæ nunc tanta eſt, vniuerſæ Societatis fundamenta iacta ſunt in MARIANO illo Martyrum monte ad Pariſios: vbi in æde Beatiſſimæ DEI Matris ad Martyres dictæ anno 1534. 15. Auguſti, præmiſſis ante quotidianis ieiunijs, & oratione prolixâ, ſeptem primi de Societate, id eſt, Ignatius, & ſex Ignatij Socij, vota nuncupauêre, Paupertatis, Caſtitatis, quærendæ ſalutis animarum, & Hieroſolymitanæ, (ſi quidem id fieri certum intra tempus poſſet) nauigationis; vt ſe Aſſumptæ in cælos Virgini comites adderent, ſeque ipſos vnà cum illa in cælum præmitterent hac ſponſione vitæ cæleſtis. Quo ipſo anno Henricus VIII. Angliæ Rex funeſtus, publicum contra fidem Catholicam vexillum erexit. Quemadmodum S. Brigittæ dixerat olim

Ad magna inchoanda locum, & diem B.V. ſacrum diligere. Aſſumpt. B.V.

Bea-

Reuel. extrauag. c.69.

Beatiſſima Virgo; MATER DEI *vult eſſe pro Matre liberis Brigittæ*: ita ſuos filios hoc die ad illam duxit, & Societatem in eius velut ſinu naſci voluit Ignatius, vt illa eſſet pro Matre filijs Ignatij.

ANNO MCXXXV.

Coram B.V. ſpiritum renouare. Aſſumpt. B.V.

27 Vota coram Beatiſs. Virgine inſtauranda. Ita fecit, ita docuit ſuos Ignatius, vt quæ vota anno 1534. 15. Auguſti MARIANO in templo ad Martyres nuncupârant, vertente anni curriculo inſtaurarent: vt quæ primæ voluntatis teſtis fuit Virgo, eadem auxiliaria eſſet eiuſdem in eiuſdem decreti firmitate manentis; atque ambulatoriam, quam dicimus, voluntatem illa firmaret, labantem erigeret, ſocordem incitaret, ſitu torpidam excitaret, frigidã ſinu materno foueret, ac pulchriùs inſtauraret; denique à MARIA præſidium expectaret, ſi quid ſe offerret pro CHRISTO patiendum. Primas enim cunas in ſinu MARIÆ CHRISTI Matris, & in monte Martyrum habuit iam tum naſcens ſub benigno ſtellæ huius aſpectu Societas, iam tunc ad patiendum initiata Virgini Matri à Patre Ignatio & primipilaribus ſuis. MARIA in hymno Eccleſiæ Græcę dicitur *autor reformationis intelligibilis*. hæc eſt inſtauratio noſtra, & renouatio ſpiritus noſtri, vt referueſcat.

Nomencl. Raynaudi pag. 245.

Mariana ſolitudini ſtudere.

28 Per hoſce annos quibus Pariſijs verſatus eſt S.P. Ignatius, ne relangueſceret illa vis ardentis animi acriore in diſciplinas Philoſophicas ac Theologicas contentione ingenij hebetata, propè S. MARIÆ ad Martyres in cauernæ cuiuſdam adyta penetrabat, vel ad S. MARIÆ *de Campis* dictæ ſacram ædem, ſolitudinis captandæ gratiâ, ſeſe condebat ſolitarius: quò iſtic in ſuauiſſimo MARIÆ Matris ſinu ſe inſtaurans accenderet, ac pietatis damna, ſeu ſtudiorum interualla, penſaret; ſique quis languor irrepſiſſet,

redin-

Digitized by Google

redintegratâ pietate pectus expergeſaceret, hauſtâ nouâ de illo ſinu, animi flagrantiâ, neruoque virtutis. Adeò Ignatio MARIANA pietas, etiam inter diſciplinas literarum cos erat ad virtutem, ac velut interſpiratio ſtudiorum. Cherubini ſunt pleni ſcientiâ. Benè ergò Ignatius MARIAM elegit, in qua à ſtudijs quieſceret, ſeque recrearet, quam S.Epiphan. *thronum Cherubicum* vocat, in cuius ſinu eſt CHRISTVS, qui dicitur *cithara Cherubinorum*. Ibi feſſo à ſtudijs animo reperies in throno cherubico quietem, in cherubinorum citharâ dulciſſimum laxamentum. c.2.orat. de laudibus S. Mariæ.

29 S. P. Ignatius Aſpeitiam appulſus feriâ VI. eam noctem humi egit, ne ſplendidum lectum ſibi è Loyolæa domo miſſum attingeret. Sequenti die, qui Sabbathi dies erat, in humillimæ DEI Matris honorem eximium humilitatis exercitium in patria inchoauit nullo metu reſpectuum humanorum, ſeruauitque deinceps, dum iſtic moratus eſt, vt domeſticatim ſtipem cogeret in oculis ciuium, quicquid contra conſanguinei niterentur. Humilitas eſt *virtus filiorum B. V.* ſicut ſabbatum eſt *dies filiorum B. Virginis.* imò ipſa humilitas eſt requies quædam, & ſabbatum animarum, tum quia ſuperbi nunquam ſunt quieti, tum quia humiles veram requiem habent, iuxta illud CHRISTI: diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: id eſt, velut ſabbatum quietis. *Sabbatum humilitate colere.* Matth. 11. 9.

ANNO MCXXXVI.

30 Nouembri menſe anni 1536. Pariſijs Venetias ad Ignatium magnis, & difficillimis per infeſta hæreticis loca itineribus pedites contendêre Faber, Xauerius, Laynez, & reliqui Societatis naſcentis primogeniti. Hi memores coram qua Virgine ſe DEO, die Aſſumptæ Deiparæ authoraſſent,

C vt-

vtque publicam fidei Catholicæ teſſeram geſtarent, quilibet MARIANAM coronam ſibi de collo appendit ad pectus, velut Bullam; vt illud patrocinio Virginis tegeretur; & ne Deiparam à mente dilabi ſinerent, hanc eius coronam præ oculis geſtauêre, peregrinorum aſylum; vt denique illo memoriæ adiumento commoniti de illa ſuauiùs inter ſe identidem conferrent, pro itineris leuamento; eandemque de coronæ ritu verbis Angelicis ſalutare non omitterent, illo ad ſpem & contra obliuionem velut amuleto inſtructi: denique vt etiam inter hæreticos citra metum ſic torquati pro Deiparæ clientibus haberentur, in cuius fidem ſe toti tranſcripſerant, amore timorem longiſſimè ſupergreſſo: *Inijce pedem tuum in compedes illius: & in torques illius collum tuum.* Optimè id fiet ſi cum aliqua etiam corporis afflictatione coniungatur. Ita tunc è collo Xauerij pendebat corona B. Virginis, corpore illius arctè interea funiculis adſtrictò ad dolorem. Sic benè corona MARIANA è globis funiculoque inſerto confecta, pendet è collo vel cingulo dum vicinus funis cilicinus collum aut lumbos præcinctos tenet, velut captiuos in vinculis DEI Matris: *Ne acedieris in vinculis eius.*

In itinere, ſe vt clientem B.V. gerere.

Eccli. c. 6. v. 25.

Eccli. 6. 26.

31 S. P. Ignatius Aſpeithiæ piam illam quæ Catholicum orbem latè obtinuit MARIÆ Deiparæ ter pulſu ſolenni quotidie ſalutandæ conſuetudinem ijs qui loco præerant perſuaſit, ac ritè firmauit: addito etiam meridiano pro ijs qui peccato mortali tenentur, & veſpertino pro ijs, qui in expiatorio igne à DEO adhuc exulant animabus æris campani ſono: quæ tria magni omninò ſunt momenti, nempe DEI Matris, peccatorum à DEI gratia exulum, & animarum purgatorij meminiſſe, atque nobile ſi...

Pias conſuetudines in honorẽ B.V. ſtabilire.

apud

apud DEVM, per DEI Matrem præſidium parare contra lethale peccatum: imò & contra veniale, cuius pœna purgatorium eſt. Hoc nempe ſic orantes agimus quod olim DEO dicebat Dauid: *Veſpere, & manè, & meridie narrabo & annuntiabo*. Annuntiamus tunc Virgini ſalutationem, quam ab Angelo in Annunciatione accepit. pſal. 58. 18.

ANNO MDXXXVII.

32 Exeunte hoc anno S. P. Ignatius in eo quod cum Petro Fabro, & Iacobo Laynez Romam habebat itinere diuinitùs multa didicit. Particulatim id agebat apud DEI Matrem flagrantiſſimis precibus, vt cùm ipſe in familia IESV eſſe vellet, illa apud Filium ſibi conditionem inueniret, adeoque per Matrem eius totus fieret Filij, quicquid poſſet, quicquid eſſet: id quod apud illam, & per illam apud Patrem ac Filium, vt efficacitate maiore ageret, ſanctiſſimo CHRISTI corpore quotidie reficiebatur. Non vanas fuiſſe preces Matris apud æternum Patrem expertus eſt, quando in vicino Vrbi templo in preces effuſus æternum Patrem vidit, qui Ignatium & Socios CHRISTO crucis baiulo, & iſtic ſpectabili commendabat, CHRISTO benignè Ignatium intuito, & blandè dicente: *Ego vobis Romæ propitius ero*: & tunc Ignatio IESV nomen altiùs adhuc atque profundiùs impreſſum hæſit in corde: ita vt IESV, non ſuam, hanc eſſe ac dici Societatem voluerit. Sic nos vel hoc nomine reddidit magnæ Matri amabiles, quam S. Ignatius Ep. vocat MARIAM IESV.

Petere ad Ieſu familiā per Mariam admitti.

Vide Marracci Antiſtit. 1 pag. 292.

ANNO MDXXXVIII.

33 Auſpicatò id vniuerſæ Societati hoc anno eueniſſe dici poteſt, quòd Romam appulſo Ignatio & ſocijs, ad proſeminandam diuini verbi ſementem, cùm alijs alia Vrbica templa, tum Igna-

tio *Beatiſſimæ Virginis Matris de monte Serrato* (quod propè Anglorum Collegium eſt) templum obtigerit. Nempè Romæ vbi erat Societas naſcitura, primæ ab illius Patre habendæ conciones debebant fieri auſpicijs DEI Matris; vt ſcirent quò oculos referre deberent Ignatij Filij ſuggeſtum conſcenſuri: nempe ad Patrem Ignatium primas Romæ conciones habentem in templo, velut in ſinu, Matris; in cuius ille monte Serrato iam olim arma pro aris ac tholo, ſe verò Virginis Matris gloriæ dedicârat. Confluebat ad Ignatium nobilis, ac frequens auditor è primæ notæ viris: alius beatum ſe putabat quòd à nulla Ignatij concione abfuiſſet: alius dicebat nullum à ſe auditum qui tantâ cum poteſtate, tamque appoſitè ad perſuadendum diſſereret. Certè S. Dominico Prædicatorum Patri ad concionem dicturo, & oranti Beatiſſima Virgo librum porrexit, è quo optimam diſceret concionem. Ab hac diſcendum.

Ad conciones opē B. V. adbibere.

34 Cùm anno ſuperiore die S. Ioannis Baptiſtæ Venetijs ſacris fuiſſet initiatus S. P. Ignatius, non niſi hoc anno ſacris eſt operatus, adiutricem, præſidemque inæſtimabili ſpiritus dulcedine implorans MARIAM ſacrificandi IESV Matrem. Videbatur ſibi eſſe iterùm Minoreſſæ, tantâ voluptatis liquidiſſimæ, per DEI Matris opem, dulcedine perfundebatur. Quare in eo quod offerre in primo ſacrificio parabat, rerum ſuarum omnium, vt vocant, primitias è Bernardi conſilio, puriſſimis illis MARIÆ *manibus* offerendas oblaturus, vt illâ duce introiret ad altare DEI, S. MARIÆ *Maioris* ad Niues ædem Romæ ad ipſum IESV præſepe pro primo ſacrificali ſanctuario, & arâ prima elegit, cùm Romæ loca alia non deeſſent: quò ſuos documento exempli expergefactos

Sacro ſe per B. V. præparare.

Serm. de Aquęductu.

ctos cohortaretur, vt religioſam ad ſacrificium apparationem, & quicquid primitiarum nomine vocari ſolet, illi agro primitiarum, DEI Matri, & per hanc DEI, ac MARIÆ Filio, & per hunc Patri offerrent; inde proſpera accepturi. Quicquid ergo in diuinis aut humanis primum eòque gratius eſt, MARIÆ amori, & per hanc DEI honori, ſacrum eſto. In apparatione ad ſacrificandum, nec pietati parendum, nec tempori, nec omittenda Deiparæ nos pro Filio præparaturæ auguſta & pia reuerentia. Id Ignatius pro primo ſacro, vt apud illam apparatè ageret, anni ferè vnius interuallum impendit, quò per illam ad Filium haberet acceſſum. Nec abs re fuerit, diuino ſacrificio, vel etiam Synaxi, ſe per B. Virginem cum Ignatio parare, per illam acceſſum petere, per illam cum Ignatio introire ad altare DEI, & cum Bernardo meditatè pronunciare verba illa: *Per te acceſſum habeamus ad Filium, ò benedicta inuentrix gratiæ, Genitrix vitæ, Mater ſalutis; vt per te nos ſuſcipiat qui per te datus eſt nobis.* S. 2. de Adu. in fine.

ANNO MDXL. Soc. confirmatæ 1.

35 S. Franciſcus Xauerius miſſu Ignatij, ſeu Summi Pontificis, in Indiam ad grandia illa patranda profecturus 21. Martij Laureti DEI Matrem religioſè inuiſit: in ſacroſancto illo ſanctuario diuino ſacrificio eſt operatus: Legatum, & ſocios itineris diuino Sacramento muniuit: & vbi ex MARIA Verbum caro factum fuerat, ibi ad eiuſdem verbi ſementem longè lateque proferendam, & ad aſpera tolleranda flagrantiam nouoſque ardores concepit. Noluit id ille inſalutatâ MARIA DEI Matre aggredi; qui tamen poſtea, vt per iter Matrem ſuam, cùm propè abeſſet, inuiſeret, licèt tam procul profecturus, adduci non potuit. Benè tanti momenti negotium

Dum magna aggredimur, Deiparã adire.

au-

S. B. in die Pent.

auſpicatò à Deipara voluit inchoare: *Ad quam, vt* ait S. Bernardus, *ſicut ad medium, ſicut ad arcam* DEI, *ſicut ad negotium ſeculorum reſpiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis*. Benè itaque Xauerius illius ope aggredi voluit iter Indicum, acturus in India negotium animarum, id eſt negotium æternitatis, ſiue omnium ſeculorum.

Socios habere Dei Matri valdè addictos.

36 P. Simon Rodriquez vnus è primis illis & verè MARIANIS Societatis IESV decemuiris, calamo teſtatum reliquit, quòd cùm Societas eſſet concepta in domo Matris DEI die dierum Deiparæ celebratiſſimo, Patres primi voluntariâ omnium animorum conſenſione illam in Matrem Protectricemque delegerint; adeòque vnà ſecum ſuas ſpes in manu illius depoſuerint; benè ſperantes di illius ope ad proſperos rerum pro eius Filij gloriâ ſuſceptarum ſucceſſus. De appenſis ad collum roſarijs, velut teſſeris Marianis, per iter infeſtum militibus, atque hæreticis, dixi. Nobis reſtat vetus illud: *Hac proceres iuere pij*. Omnes Ignatij Socij fuêre Deiparæ enixè addicti. Hoc ipſum amoris veri eſt indicium erga Deiparam, velle vt illam etiam illi enixè ament quos amas. Hæc eſt verè amicitia *vſque ad aras*, quod ait prouerbium. Nam Deipara verè ara eſt purior Pythagoricâ illâ arâ immaculatâ: *Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes*. Ara eſt MARIA, quæ te, omneſque ſocios tuos, & amicos tuebitur.

Virgil. Æneid. l. 2.

In hac ara omnis noſtræ amicitiæ ſequeſtra, dedicanda ſunt amicorum omnium corda DEO autori omnis Societatis, & amicitiæ immortalis, olim perficiendæ in cælo.

37 Naſcebatur Romæ Societas incertâ ſede ho-

hoſpes ac tecto carens hactenus: tandem in ſalubri & celebri Vrbis loco, non ſinè admiratione multorum, ad S. MARIÆ *de ſtrada* (quod *viam* ſonat) recepta eſt; quaſi obuiæ DEI Matris primam Societati IESV hoc anno à Paulo III. confirmatæ ſedem, ſeu veluti primas cunas, maternâ curâ offerentis, complexu ſolido ac tenero; quem nunc etiam experimur in diuinæ huius Matrisfamilias Domo habitantes; vbi verè ſicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te, Sancta DEI Genitrix. Antiqua illa Deiparæ imago etiamnum anguſtè colitur in Sacello templi IESV, & noſtris adnitentibus æri inciſa circumfertur ad propagandam Deiparæ venerationem: in cuius medio ipſa cum paruulo IESV Deipara eſt, & circa illam hinc atque inde SS. Patres Ignatius atq; Xauerius, cum hac epigraphe: S. MARIÆ *de Strada quæ in templo Farneſiano nominis* IESV *colitur vera effigies, ante quam S. Ignatius S. I. Fund. & eius Socij ſacrum ſæpiùs fecerunt*. Quapropter ipſa Domus nos admonet, vt in Societate ita nos habeamus quemadmodum decet bonæ mentis ac indolis filium in Matris cubiculo, ſinu, oculis habitantem: vt quemadmodum nos illa domo ſuâ dignata eſt de ſtrada ſeu via; ita eadem admittente, in ea domo in qua verè lætantium habitatio eſt, vnà cum illa habitemus in patria, in triumphante Societate IESV. Anno deinde 1544. etiam domum ipſam ædi Marianæ iunctam ingreſſus eſt cum ſuis Ignatius. Tybure quoque anno 1546. prima Societati ingredienti ædes S. MARIÆ *à paſſu* donata eſt, vt Romæ *à via*, ita hîc *à paſſu* dicta; vt nobis data Virgo, noſtros paſſus *in via*, & itineribus æternitatis proſperè ſoſpita vbique dirigeret, ac ſingulos noſtros *paſſus* diuinæ gloriæ offerret. Sic habitamus in adiutorio altiſſimi,

Inter bonos degere vt in Domo Matris Dei.

Vita lib 1. c.9. tiſſimæ DEI Matris templum elegit, ac formulam chirographo ſuo firmatam Ignatio miſit. Sic iam tunc omnibus quibus poterat modis ad Deiparæ

Viſit. B.V. cultum Societas exemplo & imitatione mutuâ conſpirabat. Ita S. Bonauentura ſocios ad hanc vnà colendam inuitans ait: *Magnificate eam mecum omnes*

pſal 33. & 34. *qui impinguati eſtis melle recreationis eius. Curramus ergo, Chariſſimi, & ita nobilem, ac dulciſſimam Virginem ſalutemus, vt in ſuæ dulcedinis gremio quieſcamus.* Sic ille; ſic nos.

41 Sæpè inter orandum totis præcordijs aiebat P. Petrus Faber: *Pater cæleſtis, da mihi ſpiritum bonum*: vt hunc ſpiritum, & decem illa quæ petebat pro DEI & Sanctorum gloria, pro ijs qui in anguſtijs, in peccato, in agone, in purgatorio, in progreſſione virtutum, in morbo, in diffidijs ſunt, impetraret; denique vt mentem fluxam in DEO ſtabiliret, hac arte vtebatur, vt inter ſingulas horas canonicas flagranti ſenſu pro interſpiratione ſancta, & expeditiſſimâ mentis ad DEVM, (velut IESV hinc & hinc MARIA ſuccollantibus) eleuatione, auguſtiſſima & cordi expergefaciendo aptiſſima IESV ac MARIÆ nomina decies repetita appellaret, pronunciatione piâ & attentâ. Hac arte efficiebat, vt quemadmodum è petra Moyſes aquam etſi non primo, repetito certè ictu elicuit; ſic & ipſe (ac fortè illius exemplo plures) per eadem auguſtæ pietatis theſauris plena, & dum piè pronuntiantur ſe aperientia nomina, perennes teneræ pietatis aquas vel è ſaxeo corde eliceret; orandi Magiſtris IESV & MARIA: vt ne ex frigida tantùm conſuetudine, verùm ſpiritu quoque ac mente oremus. Ita apud Surium 27. Sept. S. Elzeario comiti ſe pro arte orandi MARIAM dediſſe Magiſtram dixit IESVS. Pronunciato ergò

Ieſum & Mariam pro induſtrijs ad benè orandum habere.
Vita lib. 1. c. 7.

de-

decies IESV nomine illum rogamus, vt MARIAM nobis det Magiſtram benè orandi; & MARIÆ nomine repetito illam rogamus vt nos docere, dociléſque atque capaces reddere ipſa dignetur.

42 Cùm veterum Societatis IESV primatum manu ſcripta varia introſpicerem, ad res quę ſcribendæ ſunt è fonte hauriendas; aduerti hanc praxim tunc in vſu fuiſſe, vt ſæpè vel ſolum IESV, vel etiam adiunctum MARIÆ nomen pro chartæ in qua ſcribebant fronte ſcripſerint, tanquam teſſeram ſcriptionis IESV & MARIÆ dicatæ. Ita P. Iacobus Laynez 4. Aprilis anni huius 1541. in ſua pro Ignatio in Societatis IESV Superiorem eligendo ſuffragatione, IESVS MARIA, præfixit. idem fecerat anno 1540. 5. Martij Ioannes Codurius Româ deſcedens: idem Alphonſus Salmeron 4. Aprilis 1541. Simon autem Rodriquez ita incipit: *ad laudem* DEI *& Virginis Matris*. Quæ res vbi dextrè, ac piè adhibetur; ita vt ſi calamo certis de cauſis id facere non expediat, corde certè, aut etiam linguâ, IESVM & MARIAM pronuncies, eique, quod ſcribendo vel aliud agendo aggrederis, operi illos præficias, vt illi opus illud ad ſummam DEI gloriam offerant, prouehantque; non contemnendo hæc minima, paulatim ad altiora virtutis aſcendes. Ita per MARIÆ manus facies id quod ſuaſit Apoſtolus: *Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine D.N.* IESV CHRISTI. quod nempe nomen ipſa CHRISTO dedit, iuxta illud Angeli Lucæ 1. & vocabis nomen eius IESVM.

Omnia quæ ſcribimus Chriſto per B.Virginem dedicare.

Coloſſ.3.17

43 Eodem exemplo documentum datur ad hæc particulatim attentis, vt in graui, aut etiam in quotidianâ quapiam electione, Iacobi Laynez, Rodriguez, & aliorum exemplum ſecuti, audiant quid

Ad bene eligendū B.V. adhibere.

Digitized by Google

Vita lib. 1. c. 9.

tiſſimæ Dei Matris templum elegit, ac formulam chirographo ſuo firmatam Ignatio miſit. Sic iam tunc omnibus quibus poterat modis ad Deiparæ cultum Societas exemplo & imitatione mutuâ conſpirabat. Ita S. Bonauentura ſocios ad hanc vnà colendam inuitans ait: *Magnificate eam mecum omnes qui impinguati eſtis melle recreationis eius. Curramus ergo, Chariſſimi, & ita nobilem, ac dulciſſimam Virginem ſalutemus, vt in ſuæ dulcedinis gremio quieſcamus.* Sic ille; ſic nos.

Viſit. B. V.

pſal 33. & 34.

Ieſum & Mariam pro induſtrijs ad benè orādum habere.

Vita lib. 1. c. 7.

41 Sæpè inter orandum totis præcordijs aiebat P. Petrus Faber: *Pater cæleſtis, da mihi ſpiritum bonum*: vt hunc ſpiritum, & decem illa quæ petebat pro Dei & Sanctorum gloria, pro ijs qui in anguſtijs, in peccato, in agone, in purgatorio, in progreſſione virtutum, in morbo, in diffidijs ſunt, impetraret; denique vt mentem fluxam in Deo ſtabiliret, hac arte vtebatur, vt inter ſingulas horas canonicas flagranti ſenſu pro interſpiratione ſanctâ, & expeditiſſimâ mentis ad Devm, (velut Iesv hinc, & hinc Maria ſuccollantibus) eleuatione, auguſtiſſima & cordi expergefaciendo aptiſſima Iesv ac Mariæ nomina decies repetita appellaret, pronunciatione piâ & attentâ. Hac arte efficiebat, vt quemadmodum è petra Moyſes aquam etſi non primo, repetito certè ictu elicuit; ſic & ipſe (ac fortè illius exemplo plures) per eadem auguſtæ pietatis theſauris plena, & dum piè pronuntiantur ſe aperientia nomina, perennes teneræ pietatis aquas vel è ſaxeo corde eliceret; orandi Magiſtris Iesv & Maria: vt ne ex frigida tantùm conſuetudine, verùm ſpiritu quoque ac mente oremus. Ita apud Surium 27. Sept. S. Elzeario comiti ſe pro arte orandi Mariam dediſſe Magiſtram dixit Iesvs. Pronunciato ergò de-

Digitized by Google

decies IESV nomine illum rogamus, vt MARIAM nobis det Magiſtram benè orandi; & MARIÆ nomine repetito illam rogamus vt nos docere, dociles que, atque capaces reddere ipſa dignetur.

42 Cùm veterum Societatis IESV primatum, manu ſcripta varia introſpicerem, ad res quę ſcribendæ ſunt è fonte hauriendas; aduerti hanc praxim, tunc in vſu fuiſſe, vt ſæpè vel ſolum IESV, vel etiam adiunctum MARIÆ nomen pro chartæ in qua ſcribebant fronte ſcripſerint, tanquam teſſeram ſcriptionis IESV & MARIÆ dicatæ. Ita P. Iacobus Laynez 4. Aprilis anni huius 1541. in ſua pro Ignatio in Societatis IESV Superiorem eligendo ſuffragatione, IESVS MARIA, præfixit. idem fecerat anno 1540. 5. Martij Ioannes Codurius Româ deſcedens: idem Alphonſus Salmeron 4. Aprilis 1541. Simon autem Rodriquez ita incipit: *ad laudem* DEI *& Virginis Matris*. Quæ res vbi dextrè, ac piè adhibetur; ita vt ſi calamo certis de cauſis id facere non expediat, corde certè, aut etiam linguâ, IESVM & MARIAM pronuncies, eique, quod ſcribendo vel aliud agendo aggrederis, operi illos præficias, vt illi opus illud ad ſummam DEI gloriam offerant, prouehantque; non contemnendo hæc minima, paulatim ad altiora virtutis aſcendes. Ita per MARIÆ manus facies id quod ſuaſit Apoſtolus: *Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine D.N.*IESV CHRISTI. quod nempe nomen ipſa CHRISTO dedit, iuxta illud Angeli Lucæ 1. & vocabis nomen eius IESVM.

Omnia quæ ſcribimus Chriſto per B.Virginem dedicare.

Coloſſ.3.17

43 Eodem exemplo documentum datur ad hæc particulatim attentis, vt in graui, aut etiam in quotidianâ quapiam electione, Iacobi Laynez, Rodriguez, & aliorum exemplum ſecuti, audiant quid

Ad bene eligendũ B.V.adhibere.

Digitized by Google

Vita lib. 1. c. 9. tiſſimæ Dei Matris templum elegit, ac formulam chirographo ſuo firmatam Ignatio miſit. Sic iam tunc omnibus quibus poterat modis ad Deiparæ cultum Societas exemplo & imitatione mutuâ conſpirabat. Ita S. Bonauentura ſocios ad hanc vnà colendam inuitans ait: *Magnificate eam mecum omnes qui impinguati eſtis melle recreationis eius. Curramus ergo, Chariſſimi, & ita nobilem, ac dulciſſimam Virginem ſalutemus, vt in ſuæ dulcedinis gremio quieſcamus.* Sic ille; ſic nos.

Viſit. B. V.

pſal 33. & 34.

Ieſum & Mariam pro induſtrijs ad benè orãdum habere.

Vita lib. 1. c. 7.

41 Sæpè inter orandum totis præcordijs aiebat P. Petrus Faber: *Pater cæleſtis, da mihi ſpiritum bonum*: vt hunc ſpiritum, & decem illa quæ petebat pro Dei & Sanctorum gloria, pro ijs qui in anguſtijs, in peccato, in agone, in purgatorio, in progreſſione virtutum, in morbo, in diſſidijs ſunt, impetraret; denique vt mentem fluxam in Deo ſtabiliret, hac arte vtebatur, vt inter ſingulas horas canonicas flagranti ſenſu pro interſpiratione ſanctâ, & expeditiſſimâ mentis ad Devm, (velut Iesv hinc, & hinc Maria ſuccollantibus) eleuatione, auguſtiſſima & cordi expergefaciendo aptiſſima Iesv ac Mariæ nomina decies repetita appellaret, pronunciatione piâ & attentâ. Hac arte efficiebat, vt quemadmodum è petra Moyſes aquam etſi non primo, repetito certè ictu elicuit; ſic & ipſe (ac fortè illius exemplo plures) per eadem auguſtæ pietatis theſauris plena, & dum piè pronuntiantur ſe aperientia nomina, perennes teneræ pietatis aquas vel è ſaxeo corde eliceret; orandi Magiſtris Iesv & Maria: vt ne ex frigida tantùm conſuetudine, verùm ſpiritu quoque ac mente oremus. Ita apud Surium 27. Sept. S. Elzeario comiti ſe pro arte orandi Mariam dediſſe Magiſtram dixit Iesvs. Pronunciato ergò

de-

Digitized by Google

decies IESV nomine illum rogâmus, vt MARIAM nobis det Magiſtram benè orandi; & MARIÆ nomine repetito illam rogamus vt nos docere, dociléſque atque capaces reddere ipſa dignetur.

42 Cùm veterum Societatis IESV primatum manu ſcripta varia introſpicerem, ad res quę ſcribendæ ſunt è fonte hauriendas; aduerti hanc praxim tunc in vſu fuiſſe, vt ſæpè vel ſolum IESV, vel etiam adiunctum MARIÆ nomen pro chartæ in qua ſcribebant fronte ſcripſerint, tanquam teſſeram ſcriptionis IESV & MARIÆ dicatæ. Ita P. Iacobus Laynez 4. Aprilis anni huius 1541. in ſua pro Ignatio in Societatis IESV Superiorem eligendo ſuffragatione, IESVS MARIA, præfixit. idem fecerat anno 1540. 5. Martij Ioannes Codurius Româ deſcedens: idem Alphonſus Salmeron 4. Aprilis 1541. Simon autem Rodriquez ita incipit: *ad laudem* DEI *& Virginis Matris*. Quæ res vbi dextrè, ac piè adhibetur; ità vt ſi calamo certis de cauſis id facere non expediat, corde certè, aut etiam linguâ, IESVM & MARIAM pronuncies, eique, quod ſcribendo vel aliud agendo aggrederis, operi illos præficias, vt illi opus illud ad ſummam DEI gloriam offerant, prouehantque; non contemnendo hæc minima, paulatim ad altiora virtutis aſcendes. Ita per MARIÆ manus facies id quod ſuaſit Apoſtolus: *Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine D.N.* IESV CHRISTI. quod nempe nomen ipſa CHRISTO dedit, iuxta illud Angeli Lucæ 1. & vocabis nomen eius IESVM.

Omnia quæ ſcribimus Chriſto per B.Virginem dedicare.

Coloſſ.3.17

43 Eodem exemplo documentum datur ad hæc particulatim attentis, vt in graui, aut etiam in quotidianâ quapiam electione, Iacobi Laynez, Rodriguez, & aliorum exemplum ſecuti, audiant quid eli-

Ad bene eligendũ B.V. adhibere.

D 2

Digitized by Google

Vita lib 1. c.9. tiſſimæ DEI Matris templum elegit, ac formulam chirographo ſuo firmatam Ignatio miſit. Sic iam tunc omnibus quibus poterat modis ad Deiparæ cultum Societas exemplo & imitatione mutuâ conſpirabat. Ita S. Bonauentura ſocios ad hanc vnà colendam inuitans ait: *Magnificate eam mecum omnes qui impinguati eſtis melle recreationis eius. Curramus ergo, Chariſſimi, & ita nobilem, ac dulciſſimam Virginem ſalutemus, vt in ſuæ dulcedinis gremio quieſcamus.* Sic ille; ſic nos.

Viſit. B.V. pſal 33. & 34.

41 Sæpè inter orandum totis præcordijs aiebat P. Petrus Faber: *Pater cæleſtis, da mihi ſpiritum bonum*: vt hunc ſpiritum, & decem illa quæ petebat pro DEI & Sanctorum gloria, pro ijs qui in anguſtijs, in peccato, in agone, in purgatorio, in progreſſione virtutum, in morbo, in diſſidijs ſunt, impetraret; denique vt mentem fluxam in DEO ſtabiliret, hac arte vtebatur, vt inter ſingulas horas canonicas flagranti ſenſu pro interſpiratione ſancta, & expeditiſſimâ mentis ad DEVM, (velut IESV hinc & hinc MARIA ſuccollantibus) eleuatione, auguſtiſſima & cordi expergefaciendo aptiſſima IESV ac MARIÆ nomina decies repetita appellaret, pronunciatione piâ & attentâ. Hac arte efficiebat, vt quemadmodum è petra Moyſes aquam etſi non primo, repetito certè ictu elicuit; ſic & ipſe (ac fortè illius exemplo plures) per eadem auguſtæ pietatis theſauris plena, & dum piè pronuntiantur ſe aperientia nomina, perennes teneræ pietatis aquas vel è ſaxeo corde eliceret; orandi Magiſtris IESV & MARIA: vt ne ex frigida tantùm conſuetudine, verùm ſpiritu quoque ac mente oremus. Ita apud Surium 27. Sept. S. Elzeario comiti ſe pro arte orandi MARIAM dediſſe Magiſtram dixit IESVS. Pronunciato ergò de-

Ieſum & Mariam pro induſtrijs ad benè orãdum habere. Vita lib. 1. c. 7.

decies IESV nomine illum rogamus, vt MARIAM nobis det Magiſtram benè orandi; & MARIÆ nomine repetito illam rogamus vt nos docere, dociſeſque atque capaces reddere ipſa dignetur.

42 Cùm veterum Societatis IESV primatum manu ſcripta varia introſpicerem, ad res quę ſcribendæ ſunt è fonte hauriendas, aduerti hanc praxim tunc in vſu fuiſſe, vt ſæpè vel ſolum IESV, vel etiam adiunctum MARIÆ nomen pro chartæ in qua ſcribebant fronte ſcripſerint, tanquam teſſeram ſcriptionis IESV & MARIÆ dicatæ. Ita P. Iacobus Laynez 4. Aprilis anni huius 1541. in ſua pro Ignatio in Societatis IESV Superiorem eligendo ſuffragatione, IESVS MARIA, præfixit. idem fecerat anno 1540. 5. Martij Ioannes Codurius Româ deſcedens: idem Alphonſus Salmeron 4. Aprilis 1541. Simon autem Rodriquez ita incipit: *ad laudem* DEI *& Virginis Matris*. Quæ res vbi dextrè, ac piè adhibetur; ita vt ſi calamo certis de cauſis id facere non expediat, corde certè, aut etiam linguâ, IESVM & MARIAM pronuncies, eique, quod ſcribendo vel aliud agendo aggrederis, operi illos præficias, vt illi opus illud ad ſummam DEI gloriam offerant, prouehantque; non contemnendo hæc minima, paulatim ad altiora virtutis aſcendes. Ita per MARIÆ manus facies id quod ſuaſit Apoſtolus: *Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine D. N.* IESV CHRISTI. quod nempe nomen ipſa CHRISTO dedit, iuxta illud Angeli Lucæ 1. & vocabis nomen eius IESVM.

Omnia quæ ſcribimus Chriſto per B. Virginem dedicare.

Coloſſ. 3. 17

43 Eodem exemplo documentum datur ad hæc particulatim attentis, vt in graui, aut etiam in quotidianâ quapiam electione, Iacobi Laynez, Rodriguez, & aliorum exemplum ſecuti, audiant quid eli-

Ad bene eligendũ B. V. adhibere.

Digitized by Google

S. 2. in die Pent.

auſpicatò à Deipara voluit inchoare : *Ad quam, vt* ait S. Bernardus, *ſicut ad medium, ſicut ad arcam* Dei, *ſicut ad negotium ſeculorum reſpiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus,& qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis.* Benè itaque Xauerius illius ope aggredi voluit iter Indicum, acturus in India negotium animarum, id eſt negotium æternitatis, ſiue omnium ſeculorum.

Socios habere Dei Matri valdè addictos.

36 P. Simon Rodriquez vnus è primis illis & verè Marianis Societatis Iesv decemuiris, calamo teſtatum reliquit, quòd cùm Societas eſſet concepta in domo Matris Dei die dierum Deiparæ celebratiſſimo, Patres primi voluntariâ omnium animorum conſenſione illam in Matrem Protectricemque delegerint; adeòque vnà ſecum ſuas ſpes in manu illius depoſuerint; benè ſperantes di illius ope ad proſperos rerum pro eius Filij gloriâ ſuſceptarum ſucceſſus. De appenſis ad collum roſarijs, velut teſſeris Marianis, per iter infeſtum militibus, atque hæreticis, dixi. Nobis reſtat vetus illud: *Hac proceres iuere pij.* Omnes Ignatij Socij fuêre Deiparæ enixè addicti. Hoc ipſum amoris veri eſt indicium erga Deiparam, velle vt illam etiam illi enixè ament quos amas. Hæc eſt verè amicitia *vſque ad aras*, quod ait prouerbium. Nam Deipara verè ara eſt purior Pythagoricâ illâ arâ immaculatâ : *Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes.* Ara eſt Maria, quæ te, omneſque ſocios tuos, & amicos tuebitur. In hac ara omnis noſtræ amicitiæ ſequeſtra, dedicanda ſunt amicorum omnium corda Deo autori omnis Societatis, & amicitiæ immortalis, olim perficiendæ in cælo.

Virgil. Æneid. l. 2.

37 Naſcebatur Romæ Societas incertâ ſede ho-

hoſpes ac tecto carens hactenus: tandem in ſalubri & celebri Vrbis loco, non ſinè admiratione multorum, ad S. MARIÆ *de ſtrada* (quod *viam* ſonat) recepta eſt; quaſi obuiæ DEI Matris primam Societati IESV hoc anno à Paulo III. confirmatæ ſedem, ſeu veluti primas cunas, maternâ curâ offerentis, complexu ſolido ac tenero; quem nunc etiam experimur in diuinæ huius Matrisfamilias Domo habitantes; vbi verè ſicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te, Sancta DEI Genitrix. Antiqua illa Deiparæ imago etiamnum anguſtè colitur in Sacello templi IESV, & noſtris adnitentibus æri inciſa circumfertur ad propagandam Deiparæ venerationem: in cuius medio ipſa cum paruulo IESV Deipara eſt, & circa illam hinc atque inde SS. Patres Ignatius atq; Xauerius, cum hac epigraphe: S. MARIÆ *de Strada quæ in templo Farneſiano nominis* IESV *colitur vera effigies, ante quam S. Ignatius S. I. Fund. & eius Socij ſacrum ſæpiùs fecerunt*. Quapropter ipſa Domus nos admonet, vt in Societate ita nos habeamus quemadmodum decet bonæ mentis ac indolis filium in Matris cubiculo, ſinu, oculis habitantem: vt quemadmodum nos illa domo ſuâ dignata eſt de ſtrada ſeu via; ita eadem admittente, in ea domo in qua verè lætantium habitatio eſt, vnà cum illa habitemus in patria, in triumphante Societate IESV. Anno deinde 1544. etiam domum ipſam ædi Marianæ iunctam ingreſſus eſt cum ſuis Ignatius. Tybure quoque anno 1546 prima Societati ingredienti ædes S. MARIÆ *à paſſu* donata eſt, vt Romæ *à via*, ita hîc *à paſſu* dicta; vt nobis data Virgo, noſtros paſſus *in via*, & itineribus æternitatis proſperè ſoſpita vbique dirigeret, ac ſingulos noſtros *paſſus* diuinæ gloriæ offerret. Sic habitamus in adiutorio altiſſimi,

Inter bonos degere vt in Domo Matris Dei.

Apud Raynaud. in Nomencl.

in protectione DEI cæli commoramur in domo MARIÆ quæ Græcis dicitur *Domus ſanctitatis*. S. Bern. *Virgo regia ipſa eſt via per quam Saluator aduenit. Tenentes ergò viam, ſtudeamus & nos, dilectiſſimi, ad ipſum per eam aſcendere, qui per ipſam ad nos deſcendit; per eam venire in gratiam ipſius, qui per eam in noſtram miſeriam venit.*

S. 2. in Adu.

ANNO MDXLI. Soc. 11.

38 Anno 1541. 19. Aprilis vniuerſæ Societati ritè Præpoſitus inuitus, licèt nequicquam, Ignatius feriâ ſextâ poſt Paſcha, omnibus in proximam 6. feriam, id eſt 22. Aprilis diem indixit, vt vnà ſecum ſeptem ſanctiſſima Vrbis templa inuiſerent. Præſtituto ergò die, itum ad S. Pauli extra muros, vbi coram ea quæ iſtic etiamnum religiosè monſtratur, & colitur MARIÆ IESVM ſinu complexæ imagine, fuſis ſocijs omnibus in genua, Ignatius, coram SS. Euchariſtiæ Sacramento (quod ibi tunc aſſeruabatur) diuino ſacrificio pro arâ Virginis religiosè operatus, cùm ſe ad ſumendum SS. Sacramentum pro more ſacrificij diſponeret, priùs conuerſus ad ſocios, & prouolutus in genua, læuâ deſcriptam profeſſionis formulam, dextrâ verò ſanctam in patena proferens hoſtiam, primus vota ſua quatuor clarâ voce prænunciat, collachrymante illâ coronâ toto corde coram DEI Matre proſtratæ nouæ Societatis IESV familiæ: *Ego Ignatius, &c. coram eius Virgine Matre, &c.* quæ Ioannes Codurius poſt Ignatium primus Sacramento pronunciauit; & conſtitutionum parti quintæ, c.3. inſeruit, ad perpetuam eius authoramenti formam ſeruandam Ignatius. Tum templa reliqua mirabili Patrum voluptate viſitata, & inter hæc S. MARIÆ MAIORIS ad Niues, dilectus Ignatio locus; vbi quemadmodum ſe pri-

Se, ac ſuos illi ſiſtere, vt filios.

mùm

mùm ſacrificantem dederat in fidem Virginis : ita nunc ad idem præſepe Virginis parientis, & cunas IESV, ad pictam à Sancto Luca diuinæ Matris effigiem, ſe, Generalis Præpoſiti munus, naſcentem Societatem, Socios omnes, vnicè ac tenerè commendauit, ac in æternum anathema religiosè dedicauit. Hinc duxit auſpicata exordia ab illa quam Græci eleganter *proœmium bonæ voluntatis* DEI *erga mortales* vocant. In Nomẽcl. Raynaud. pag. 518.

39 Mariano tecto receptus, & DEO, cum ſuis, per MARIAM Sacramento votis religiosè authoratus Ignatius, vt Societati locum aliquem primùm ingreſſæ ſuo exemplo benè conſuleret, ac Deiparæ domo dignum modeſtiæ, atque demiſſionis ſpecimen daret, per ipſos 46. dies precem dominicam, ſalutationem Angelicam, fideique myſteria, & pœnitentię ac Euchariſtię frequentem vſum ita docuit, ita explicauit, & populum incitauit, vt multi conſcientiam certatim poſt catechiſmum, ad ſacerdotis pedes ſingultu lachrymiſque pleni, atque vix præ exuperantiâ fletus ad loquendum expediti deponerent, mirabili Ignatij lætitiâ; qui ſe tum dignum probabat ædibus quibus erat à diuinâ Matre ſuſceptus; vt boni inquilini ſe probant Patri, Matrique familias à quibus liberaliter domo accepti ſunt. MARIA, vt illam vocat Theodorus Laſcarus Imperator, *eſt thearchiæ lucis caſtum habitaculum.* Huius thearchicæ lucis primi velut radij aluntur primis hiſce ſtudijs tenerę in paruulis pietatis, vt creſcant vſque ad perfectum diem. *Rudes in templo B. V. docere.* ode 9.

40 Imitatus Romanam ſociorum erga Deiparam pietatem Petrus Faber, hoc anno Ratisbonæ ad nuncupanda profeſſionis ſolennis vota diem à ſalutante Eliſabetham Deipara octauum, & Bea- *Imitari ſocios in cultu B. V.*

D tiſ-

Vita lib 1. c.9. tiſſimæ Dei Matris templum elegit, ac formulam à chirographo ſuo firmatam Ignatio miſit. Sic iam tunc omnibus quibus poterat modis ad Deiparæ Viſit. B.V. cultum Societas exemplo & imitatione mutuâ conſpirabat. Ita S. Bonauentura ſocios ad hanc vnà colendam inuitans ait: *Magnificate eam mecum omnes* pſal 33. & 34. *qui impinguati eſtis melle recreationis eius. Curramus ergo, Chariſſimi, & ita nobilem, ac dulciſſimam Virginem ſalutemus, vt in ſuæ dulcedinis gremio quieſcamus.* Sic ille; ſic nos.

41 Sæpè inter orandum totis præcordijs aiebat P. Petrus Faber: *Pater cæleſtis, da mihi ſpiritum bonum*: vt hunc ſpiritum, & decem illa quæ petebat pro Dei & Sanctorum gloria, pro ijs qui in anguſtijs, in peccato, in agone, in purgatorio, in progreſſione virtutum, in morbo, in diſſidijs ſunt, impetraret; denique vt mentem fluxam in Deo ſtabiliret, hac arte vtebatur, vt inter ſingulas horas canonicas flagranti ſenſu pro interſpiratione ſancta, & expeditiſſimâ mentis ad Deum, (velut Iesv hinc & hinc Maria ſuccollantibus) eleuatione, auguſtiſſima & cordi expergefaciendo aptiſſima Iesv ac Mariæ nomina decies repetita appellaret, pronunciatione piâ & attentâ. Hac arte efficiebat, vt quemadmodum è petra Moyſes aquam etſi non primo, repetito certè ictu elicuit; ſic & ipſe (ac fortè illius exemplo plures) per eadem auguſtæ pietatis theſauris plena, & dum piè pronuntiantur ſe aperientia nomina, perennes teneræ pietatis aquas vel è ſaxeo corde eliceret; orandi Magiſtris Iesv & Maria: vt ne ex frigida tantùm conſuetudine, verùm ſpiritu quoque ac mente oremus. Ita apud Surium 27. Sept. S. Elzeario comiti ſe pro arte orandi Mariam dediſſe Magiſtram dixit Iesvs. Pronunciato ergò de-

Ieſum & Mariam pro induſtrijs ad benè orandum habere. Vita lib. 3. c. 7.

decies IESV nomine illum rogamus, vt MARIAM nobis det Magiſtram benè orandi; & MARIÆ nomine repetito illam rogamus vt nos docere, docilesque atque capaces reddere ipſa dignetur.

42 Cùm veterum Societatis IESV primatum manu ſcripta varia introſpicerem, ad res quę ſcribendæ ſunt è fonte hauriendas; aduerti hanc praxim tunc in vſu fuiſſe, vt ſæpè vel ſolum IESV, vel etiam adiunctum MARIÆ nomen pro chartæ in qua ſcribebant fronte ſcripſerint, tanquam teſſeram ſcriptionis IESV & MARIÆ dicatæ. Ita P. Iacobus Laynez 4. Aprilis anni huius 1541. in ſua pro Ignatio in Societatis IESV Superiorem eligendo ſuffragatione, IESVS MARIA, præfixit. idem fecerat anno 1540. 5. Martij Ioannes Codurius Româ deſcedens: idem Alphonſus Salmeron 4. Aprilis 1541. Simon autem Rodriquez ita incipit: *ad laudem* DEI *& Virginis Matris*. Quæ res vbi dextrè, ac piè adhibetur; ita vt ſi calamo certis de cauſis id facere non expediat, corde certè, aut etiam linguâ, IESVM & MARIAM pronuncies, eique, quod ſcribendo vel aliud agendo aggrederis, operi illos præficias, vt illi opus illud ad ſummam DEI gloriam offerant, prouehantque; non contemnendo hæc minima, paulatim ad altiora virtutis aſcendes. Ita per MARIÆ manus facies id quod ſuaſit Apoſtolus: *Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine D.N.*IESV CHRISTI. quod nempe nomen ipſa CHRISTO dedit, iuxta illud Angeli Lucæ 1. & vocabis nomen eius IESVM.

Omnia quæ ſcribimus Chriſto per B.Virginem dedicare.

Coloſſ.3.17

43 Eodem exemplo documentum datur ad hæc particulatim attentis, vt in graui, aut etiam in quotidianâ quapiam electione, Iacobi Laynez, Rodriguez, & aliorum exemplum ſecuti, audiant quid eli-

Ad bene eligendū B.V.adhibere.

Digitized by Google

eligendum ſuadeat IESVS MARIA: & tum demum id eligant quod expedit ad laudem DEI, & Virginis Matris. Ita erit ſancto, & quotidiano vſu facilis electio: maximè ſi, Ioannis Codurij exemplo, ita fiat coram IESV & MARIA, prout fieret in extremo vitæ. Is enim ſic habet: IESVS MARIA *&c. nec aliud putarem dicendum, ſi hanc horam vltimam meæ vitæ eſſe certò ſcirem.* Matthæus Catacuzenus Imper: Deiparam vocat *beneplacitum* DEI. Per hanc introſpiciendum eſt quid ſit eligendum, quid placeat DEO.

Marracci in Cæsar. Mar. pag. 199.

ANNO MDXLII.

Deum pro ijs qui laborant pro feſtis B. V. orare.

Vita lib. 2. cap. 8. Aſſumpt. B. V.

44 P. Petrus Faber Spiræ anno 1542. cùm 14. Auguſti veſpertino auguſtiſſimæ DEI Matris in cælum aſſumptæ officio adeſſet, gaudebat enixè de apparatione feſti Virginei auguſtiùs celebrandi. Quicquid iſtic aulæorum, quicquid ſacræ ſupellectilis, quicquid pompæ ac maieſtatis videbat collucere, particulatim DEO DEIque Matri de ſingulis gratulatus, ſingillatim, & impensè precabatur toto pectore pro ſingulis qui ad illam feſti MARIANI gloriam aliquid ingenij, pietatis, æris, operæ contuliſſent; facti tantæ gloriæ inſtrumenta. Habet quippe hoc amoris ingenium, vt id quod alijs ne in mentem quidem veniſſet, res etiam in medio poſitas, in altum extollat, & noua è veteribus, alia ex alijs amandi argumenta; inſtar apis argumentoſæ, inueniat, & in mellis vſum decerpat. Gratulemur illam feſtis celeberrimè honorari, *cui*, vt S. Epiphan. loquitur, *prædicandæ cæleſtis ac terrena lingua minimè ſufficit*. Quocirca gratulandum eſt, linguis omnibus, feſtis, templis, ingenijs, in illius honore, cultu, gloriâ occupatis, & auguſtè occupandis.

t. 2. de laudibus B. V.

45 In alijs, potiſſimùm in ijs qui eminent, eximiam

maximam, loco exornato in puluino ſedentem, ſibi viſus eſt conſpicere. Apud eam puer IESVS erat, qui Durum verecundantem ad Matrem ſuam pellicere conabatur. Illa porrò infenſæ ſimilis eum auerſari, ac repellere; deinde pacem ac veniam ſuppliciter orantem admittere. Ad vltimum certis de vitijs admonitum dimittens, ſimul cum puero IESV ſublimis abijt. Res penitus occulta fuit, quam nullus mortalium, præter Durum, ſciret; ipſe autem nemini enunciaret. Itaque Malacam deinde euocatus, cùm ſua delicta Franciſco de more confiteretur, rem omnem contra eius præceptum ſilentio texit. At Xauerius, re diuinitùs cognitâ, ſub confeſsionem ex eo quærit; quidnam rei in deſertæ inſulæ templo ei acciderit nuper. Mihi verò nihil, inquit ille: inſtare benignè Pater; abnuere Durus, ac pernegare. ſæpiùs interrogatus (vt erat obſtinato ad rem ſupprimendam animo) immemor obedientiæ ac religionis, alia omnia reſpondebat. Tandem Franciſcus, vt vidit cum duro ore ſibi rem eſſe; vltrò ipſemet viſum illud narrare orſus, ſingula perſequi coepit, non ſecus atque ſi præſens adfuiſſet. Tum verò Durus attonito ſimilis hæſit: mox ſacro perfuſus horrore, omnem rem ordine vti geſta erat, exponit. Cæterùm diuinitùs expreſſa veritas, illum & Xauerij obſeruantiorem fecit, & patientiorem veritatis. Quo etiam CHRISTI, Virginis, & Xauerij documento docentur Patres: vt quas regunt animas, CHRISTO eiuſque Matri vnicè commendent, atque cum illis earum negotia meditatè tractent; lumen à IESV, & MARIA, vbi animæ ipſæ ſatis aperire ſe vel erubeſcunt vel neſciunt, accepturi. Videndum item cuiuis, quid in ſe reperiat, introſpecto ſinu pectoris ſui, quod cæleſti Matri diſplicere poſsit: putetque ſe à

CHRI-

CHRISTO ad Matrem allici, dum ad illam attentiùs flagrantiùſque colendam ſe permoueri ſentit: vocari autem nos à CHRISTO ad Matrem, vt ab illa moneamur, atque ſi opus ſit, etiam corripiamur, corrigamuſque omne id quod in nobis reprehendendum putaremus à Deipara, ſi nobis ex ea quæ in templo vel cubiculo eſt imagine loqueretur: denique vt Patri conſcientiæ noſtræ arbitro ſimus candidi, & aperti. Eapropter conſpectâ MARIÆ IESVM puerum gerentis imagine, identidem id petendum flaganter eſt à IESV, vt nos ad MATREM ſuam pertrahat, & ad Patrem: à MARIA verò, vt in nobis quicquid CHRISTO IESV, vel ipſi diſplicet, moneat & emendet; ne obſoletè in tepore viuendo, vanum MARIÆ clientum nomen geramus: verùm hæc ipſa noſtra erga Deiparam pietas ſit nobis actionum ſingularum ſapiens moderatrix, in dubijs conſultrix, & vitiorum noſtrorum ſeria emendatrix. Hæc eſt *myſtis arcani conſilij* Græcorum hymno cantata. Quare per illam ex arcano DEI pectore conſilia, & ſubſidia ſunt petenda, quid nobis emendandum, quid agendum. Scit illa quid DEO in nobis diſpliceat; &, ſi illam rectè conſulamus, faciet vt ſciamus. Et eiuſcemodi valdè quàm paucos habet clientes Virgo qui eam hac arte morum præceptrice colant; licèt vecors quædam pietatis imago veteratorio illo faſcino ſæpè non paucis verboſè illudat; quaſi & ipſi è primæ admiſsionis clientibus in aula Deiparæ ſint cenſendi.

apud Raynaudum in Nomencl.

74 Hoc etiã ab ijs habemus qui S. Ignatium Patrem noſtrum accuratiùs pernouêre, nempe Ignatium in numiſmate *Beatiſſimæ Virginis Roſarij* effigiem habuiſſe, vt aliàs dicam: deinde primam Ignatij è lecto ſurgentis occupationem, aut certè inter primas curas ei fuiſſe, vt præſtituto certo, eoque

be-

benè producto, temporis ſpacio, Reginæ cæli roſarium perſanctè expenſum, non decurreret tantùm verùm cum bono otio expleret: vt non præceps conſuetudo frigidâ quadam vſurpatione, ſed ſolida pietas, nec otij parca erga DEI Matrem liberalitas hoc ageret, quod Matris tantæ dignitas & maieſtas à nobis iure ſuo puſtulat. Vnde illi ſenſus alti ac ſuaſuaues; & dulcia lumina illuceſcebant, firmabantque mentem cæleſtibus familiari vſu addictam. Eòque in lucro ponebat illam otij bonam partem, quam in re tam nobili occupabat; diem ab ipſo capite conſecrans DEO, per merita ac manus optimæ maximi DEI Matris; iamque tunc monſtrans exemplo id quod verbo erat alios de roſario edocturus. Hæc eſt *dies, dies myſtica*, hæc eſt *diarium vnicum*; vt eam celebrant hymni Græci: quidni ergò beatos putemus dies noſtros, ſi magna eorum pars illius obſequijs, & allocutionibus tranſcribatur!

Tempus Deiparæ cultui nō parcè dare.

Nomencla- ti vidèm pag. 26.

ANNO MDXLVIII.

75 Redibat hoc anno in Indiam difficili nauigatione Xauerius, teterrimâ vſque ad omnium deſperationem tempeſtate, mercatoribus vitam redimere coactis mercium cunctarum abiectarum iacturâ. Ego, inquit ille Societati Romam ſcribens, [cùm tempeſtas maxima ſæuiret, DEO ſupplicans deprecatores adhibui ex terris quidem primùm Societatis noſtræ homines, eiuſdemque ſtudioſos: deinde Chriſtianos vniuerſos; expetens per CHRISTI ſponſam Eccleſiam, cuius etiamnum in terra morantis aſsiduæ preces audiuntur in cælo, cæleſti Regi quàm diligentiſsimè commendari. Inde Superos ordine imploraui omnes, vt tum viuis tum mortuis deprecatoribus vterer ad iram diuini numinis leniendam. Denique omnibus vel Angelorum ordini-

Ep. 5.

bus,

ſbus, vel Sanctorum hominum gradibus ſingillatim imploratis, quò facilius delictorum meorum innumerabilium veniam impetrarem (audi quanta in Dei Matre fiducia) *ſanctiſſimam* Dei *parentem patronam adhibui; quæ cæli Regina nullo negotio quicquid orat Filium, exorat*. Ad extremum ſpe omni in immenſis Christi Domini promeritis collocatâ, tot tantiſque præſidijs circumſeptus, longè maiore perfruebar voluptate in horribili illa tempeſtate periclitans, quàm deinde præſenti periculo liberatus. Me ſanè pudet nequiſsimum omnium mortalium in vltimo diſcrimine, præ cæleſti lætitia tantam lachrymarum vim profudiſſe. Itaque tum Christvm Dominum ſuppliciter orabam, ne me ex illo periculo eriperet, niſi ad paria, aut etiam grauiora pericula ſui obſequij gloriæque causâ reſeruaret. Hos nempe animos à Iesv per Mariam, & Sanctos omnes exorato hauſit, nunquam ſatur ærumnarum vaſtus ille, capaxque Xauerij animus ac voluntas. Verè Mariam maris ſtellam expertus eſt tranquillatâ etiam illâ tempeſtate Xauerius. Ipſa, inquit Bernard. eſt præclara & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum, micans meritis, illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis in huius ſæculi profluuio magis inter procellas, & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis.

Per iter.

Ho. 2. ſuper miſſ.

76 Hoc anno 1548. primus à Societate, iſque ab ipſo S. P. Ignatio, liber in lucem prodijt, Romæ impreſſus, qui eſt exercitiorum ſpiritualium. Hoc item anno 31. Iulij (qui olim dies S. P. Ignatio in Breuiario Romano natalis futurus erat) idem liber à Paulo III. Pontifice Maximo approbatus eſt; qui ait eius documenta eſſe pietate ac ſanctitate plena: valdè

S. P. Ignatij documentis de B. V. datis vti.

vtilia & ſalubria; eòque laudat omnia, & ſingula; & ad illa obeunda fideles hortatur. Hoc facit Societas vniuerſa quotannis, alij alijs temporibus, ita vt magna pars anni ſic nobis effluat, & DEO conſecretur, dum varijs in locis alij poſt alios diuino iſti receptui canunt. MARIAM in his exercitijs Ignatio dum illa conderet opitulatam Angelus dixit, vt inſinuabimus anno 1600. nunciauitque Virgo, eos qui ea obeunt rem gratam ſibi præſtare. Ceterùm in primi ſtatim exercitij primo præludio Deiparæ non oblitus S. Pater, notat quòd in quauis meditatione, ſiue contemplatione, de re corporea, vt puta de CHRISTO, effingendus ſit nobis, ſecundùm viſionem quandam imaginariam, locus corporeus id quod contemplamur repræſentans, veluti templum, aut mons in quo reperiamus CHRISTVM IESVM, vel MARIAM *Virginem*. Hi nempe ſunt poli, & cardines in quibus vertitur noſtra res: ibi aſylum quærendum cordi ſe introſpicere volenti: in hoc monte inſpiciendum exemplar CHRISTI & MARIÆ, vt homo vincere ſeipſum poſſit, & vitæ ſuæ rationem determinatione à noxijs affectibus liberâ inſtituere; qui titulus eſt exercitiorum ante fundamentum à S. Patre præfixus. *In periculis*, monet ibid. Bernard. *in anguſtijs, in rebus dubijs* MARIAM *cogita*, MARIAM *inuoca: non recedat ab ore, non non recedat à corde*.

Vid. Incit. n. 68.

77 P. Iacobus Laynez in perplexo quodam negotio Veneti tribunalis, cùm id quod Societati dederat Lipomanus, potens & opibus atque gratiâ in Senatu valens cuiuſdam authoritas filio deſtinaſſet, datis ad Ignatium literis rogat vt eum nodum ipſe apud DEVM, vno eum in finem ſacrificio facto, expediat. Naſcentis Deiparæ diem elegit Ignatius; & rem omnem in ſacrificio flagranter Deiparæ commen-

Lites, Deiparæ cõmendare.
8. Sept. Natiu. B. V.

mendauit. Feliciter cum illa tranſegiſſe, illud argumento fuit, quòd ſpei plenus Lainio perſcripſerit, ſe die natæ Virginis illud negotium cordi vt eſſet Virgini commendaſſe. quare bono animo eſſet, ac de felici optatæ rei exitu dubitationem omnem deponeret. Octauâ ab Ignatij ſacro, & B. Virginis natæ feſto die, in rogatorum conſilio res iterùm acta, & feliciter pro nobis peracta eſt. Inter Senatores qui Societati fauebant præ alijs, eo die (humana industriâ, vel diuino potiùs conſilio, non diſquiro) abſuêre. Laynez, & Salmeron mendici homines, extrarij, peregrini, nec authoritate rem, nec opibus poterant prouehere. DEO ergò, & diuinæ Matri gratias reddendas agnouit Laynez, atque Ignatius certior de ſpe ſuâ benè in Deiparæ auxilio collocata factus. Nam è 145. Senatorum numero, duo tantùm contra nos fuêre: pro nobis verò à 143. lata eſt ſuffragatio, conſenſione animorum tantâ quantam ipſi quoque admirati ſunt; faſſo Vincentio Riccio Senatus arcanis præfecto, ſibi nullum cum Patribus officij ius vel neceſsitudinem intercedere, verùm diuino quodam inſtinctu ſe agi. Adeò Deipara nobis, munuſculorum, (quo ſæpè aureo balſamo tribunalia vngi debent) ac omnis induſtriæ loco fuit, ſequeſtro apud illam Ignatio, & illâ apud DEVM. Deipara in hymnis Græcis vocatur *Ius dirimens lites*. in Nomenclat. Raynaudi.

78 Eodem hoc anno, & eodem Deiparæ naſcentis die Societatem inijt Lutetiæ, iam Philoſophus, Theologus, ac Sacerdos *P. Euerardus Mercurianus*, quartus poſteà Societatis Præpoſitus Generalis: quem ille diem elegit, vt & Deiparæ colendæ ſtudium hac etiam arte combiberet, & vitæ in Societate degendæ MARIAM præficeret, quacum Societati natus eſſet. Scio id multis eſſe ſolatio, die aliquo Natiu. B.V. *Diem B. V. pro magnis rebus eligere.*

Deiparæ dedicato, vel adoptari, vel religioſo Sacramento authorari: id quod ego in me ipſo ſum expertus, cùm in Aſſumptæ Deiparæ die DEVS me in Societate inter iuratos Deiparæ cæli Auguſtæ ſeruos cenſere dignatus eſt; quo etiam die primi Patres idem in monte Martyrum olim coram DEI Matre præſtiterant Sacramentum: quæ cogitatio me iam tunc impensè recreabat. *Ipſam ſequens non deuias*, ait laudatus ſupra Bernardus, *ipſam rogans non deſperas; ipſam cogitans non erras. Ipſa tenente non corruis: ipſa protegente non metuis: ipſa duce non fatigaris: ipſa propitia peruenis.* Quæ omnia pulcherrimè dici poſſunt de illa quam à DEO per illam ſperamus, in ſuſcepto religioſæ vitæ curriculo conſtantiâ.

ANNO MDXLIX.

79 Societati Goam lib.3.epiſt.5. ſcribens Xauerius; Inuito, inquit, Nauarcho, nautis, ipſoque diabolo (qui ſæpè Xauerio minitans denunciabat, veniſſe tempus vlciſcendi doloris ſui) Iaponium curſum tenuimus. Ita ad has regiones tantoperè à nobis exoptatas, DEO aſpirante peruenimus, *ipſo die B.* MARIÆ *in cælum Aſſumptæ ſacro* anno 1549. An non benè dixit proximè Bernardus: *ipſa propitia peruenis*? Benè illam ſalutat Eccleſia: *Aue Maris ſtella.* Hac propitiâ per iuuitum mare eò quò tendebat penetrauit Xauerius.

Diem Aſſumpt. B. V. piè colere.

80 Magna in ſpe ſum, ſcribit lib.3. epiſt. 5. Xauerius, diuinam nobis opem non defuturam: quippe cùm noſtris diffiſi viribus ſpem omnem in CHRISTI Domini vi ac poteſtate ſumma, *ſanctiſſimaque eius Parentis*, Angelorum omnium, ac præſertim Michaelis Archangeli, Præſidis Eccleſiæ militantis, patrocinio defixerimus. Et certè valet plurimùm ſui nimiam fiduciam planè exuere, ac tenerum ſpei ſenſum

Fiduciam in B. V. collocare.

erga

Digitized by Google

erga DEVM, DEique Matrem ſæpiùs inſtaurare. Ita fiet vt quæuis occaſio in beneficij loco ponatur. qualis fuit illa hoc eodem anno Romæ, cùm Ioanni Crucio Domus Profeſſæ, magnâ planè egeſtate preſſæ, obſonatori propè ædem Beatiſsimæ Virginis ad Mineruam (quæ ipſa res auxit fiduciæ ſuauitatem) iter habenti, benè manè ignotus quiſpiam ex improuiſo dedit aureos circiter ſeptuaginta; opportunum, & quaſi è manu Deiparæ, vt credere licet, acceptum donum. *Ego*, inquit Beatiſsima Virgo apud S. Ioannem Damaſcenum, *ego ijs qui ad me confugiunt, ciuitas refugij. accedite, & gratiarum dona affluentiſſimè haurite.* Orland.lib. 9.num.5. Orat.2.de Aſſ B.V.

81 Aiunt, à Luſitanis olim abſciſſas hoſtium dexteras dijs in ſacrificium datas. Nobiliùs id fecêre hoc anno aliquot è Societate Luſitani, qui ſuas, non alienas, manus DEI Matri dedicauêre. Nam Braſiliam ingreſſi, cùm populus ſuas quiuis domos moliretur, Patres (verba refero Orlandini n.92.) quibus antiquior erat cura boni communis, atque diuini quàm priuati, atque terreni, ſuis orſi ſunt manibus ac laboribus in MARIÆ *Virginis adiutricis* nomine templum extruere: cuius in ædificium ipſimet ſuis humeris aquam & ligna, cæteramque materiam proximis è montibus baiulabant. Felices profectò manus, & humeri tam pretioſo labore diſtenti. Dedicemus manus noſtras, id eſt, labores noſtros illi cui S. Bonauentura canebat: *In manu tua ſalus & vita conſiſtunt, lætitia perpetua, & æternitas glorioſa.* Illi æternitati laboremus, & velut gloriæ templa condamus. *Labores noſtros B. Virgini dedicare.* Pſ.72.

82 Cùm non pauci ſint qui in rebus pijs vehementer ſentiunt ſe perurgeri, ſi Beatiſſimæ Virginis nomine interpoſito audiant aliquid à ſe peti; cùm *Aliis per B.V. rogare vt pro nobis orent.*

item

item ea quâ ab alijs DEO & DEI Matri commendari petimus modeſtia pretioſa ſit in conſpectu DEI; nec hic Deiparæ colendæ modus eſt omittendus. Tametſi verò ſit quotidianus, pretium tamen accipit maius ab exemplo in hæc verba Societati Romam ſcribentis Xauerij: Vos ego, Patres, Fratreſque charisſimi, per CHRISTVM IESVM rerum omnium Dominum, *per Sanctiſſimam eius parentem*, per cæleſtes ciues, qui æternâ gloriâ fruuntur, oro, quæſoq; vt mei memores aſſiduè, pro me ſummo ſtudio deprecemini DEVM. videtis enim profectò quanto mihi præſidio opus ſit. Et lib. 3. epiſt. 5. hoc anno ſcriptâ: Deprecatoribus vtendum eſt omnibus Societatis noſtræ hominibus, ac ſtudioſis, vt per eos vniuerſæ CHRISTI Domini noſtri ſponſæ ſiſtamur, quam ſua nobiſcum merita innumerabilia communicaturam confidimus, noſque ſponſo ſuo, eidemque Patri noſtro IESV CHRISTO, *eiuſque ſanctiſſimæ Parenti* commendaturam. *Sileat* (verba ſunt Bernardi) *ſileat miſericordiam tuam, Virgo beata, ſi quis eſt qui inuocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe*. Si tanta eſt Bernardi de B. Virginis miſericordia opinio vt hæc dicere audeat, quidnam ſpei nobis debet accreſcere, ſi non ipſi ſolùm orauerimus, verùm & alios ad petendum habuerimus idoneos adiutores?

lib. 2. ep. 3.

In Aſſump. ſerm. 4.

ANNO MDL.

83 Cæleſtes illæ ephemerides Ignatij manu, Hiſpano ſermone conſcriptæ, ab Ignatio cultum Deiparæ omnem relatum ad cultum DEI ſenſu magno, & fructu luculento abundè teſtantur; idque ferè in hæc verba, vt ex Hiſpanico ipſius Sancti Patris primo chirographo licuit interpretari: Primo die (qui erat feria 3.) ante ſacrificium, & in

Digitized by Google

in ipſo,& poſt, dieque toto plenus lachrymarum vidit Filium, & *Matrem* propitios ad interpellandum apud Patrem. Veſperi ſenſit,ſeu vidit, *Dominam noſtram* propitiam ad interpellandum. Adeò verò videbat & CHRISTVM, & CHRISTI Matrem; adeoque candidè, & explorata omnia adnotabat Ignatius (vt id obiter hîc aduertam) vt ſi quando non ſatis clarè illos videret, id ipſum explicaret: v. g. feriâ quadã quintâ de duobus mediatoribus (ita enim vocat CHRISTVM,& Matrem eius) loquens dixit; ſe aliquod ſignum quaſi eos videret habuiſſe. *Fiduciam erga B.V. concipere.*

84 In eodem ſuo chirographo feriâ 6. poſt lachrymas in ſacro, & poſtea vbertim fuſas, ſeſqui alterius horæ ſpatium poſuit in electione ſeu deliberatione de Paupertate ſine vllis reditibus integrè ſtabilienda. Atque hanc ipſam deliberationem dum per preces Matris, & per Filium Patri offerre pararet, illamque impensè oraret ſupplex vt apud Filium ab illa, & apud Patrem iuuaretur; ſenſit ſe velut progredi & portari, ſiſtique coram Patre: quo tempore ait ſibi capillos etiam ſacro horrore ſurrectos, totumque corpus ardore inſigni incaluiſſe: ſecutis hæc lachrymis, & vt ipſe loquitur, deuotione intenſiſſimâ. Tum verò ſe legiſſe; ac benè ſcripta iudicaſſe quæ ſcripſerat. Præclarum enim verò ſpectaculum, & in ſpectaculo ars deliberandi & colendi in MARIA ac per MARIAM DEI, videre Ignatium impensè ſatagentem apud cæleſtem conſultricem; & opem ab illa petentem, vt ſimul illa ſeruo ſuo ſupplici ad Filium, & per hunc ad Patrem aditum aperiret: Tum Filium inuitare, vt ab illo, & à Matre ad Patrem duceretur: atque his Filij ac Matris præſidijs ad Patrem æternum eleuari ſublimem, non ſinè condimento pulcherrimæ ſuauitatis. *Omnem deliberationẽ Deo per B.V. offerre.* *Paupertate illã colere.*

An

Digitized by Google

An non tibi videtur Ignatius ad SSS. TRINITATEM, per MARIAM, velut per ſcalam, aſcendiſſe, iuxta illud S. Fulgentij: *Facta eſt* MARIA *ſcala cæleſtis: quia per ipſam* DEVS *deſcendit ad terras; vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælos*.

Ser 3. qui eſt de laud. B. V.

85 Omittam, vt hactenus, ita etiam deinceps ex illo Ignatij diario dies plures, excerptis paucis magis illuſtribus ad rē noſtram. Feriâ quadā ſecundâ, licèt Spiritum Sanctum in flāmę colore igneo ſibi videre videretur totus miro ſenſu delibutus Ignatius, tamen animum adiecit ad expendenda meditatè momenta rationum quas adnotârat. Tum Deiparam Virginem, ac per hanc IESVM, & Patrem æternum adijt, petijtque Spiritum DEI ad diſcurrendum & diſcernendum: tum ſibi ſcribit occurriſſe quomodo CHRISTVS Apoſtolos in Paupertate miſiſſet, eoſdemque S. Spiritus (ſe illis, linguaſque igneas infundens) confirmaſſet, adeòque Pater, & Filius, & Spiritus S. id approbaſſet. Tum verò inter prolixos ſingultus, & lachrymas per vultum largè exundantes proiectus in genua, obtulit *nihil* æternò Patri; ſeu, vt ille loquitur, fecit *oblationem de nihilo*, & munus DEO charæ Paupertatis, quæ redituū nihil, etiam pro templis Profeſſorū, admitteret. Nempe Virgo prudentiſſima, quæ tam enixè ab illo implorabatur, tam impensè illum per veras prudentiæ vias duxit ad Patrem, ad Filium, ad Spiritum Sanctum, ad germanam veri perſpicientiam. S. Bonauentura de S. Franciſco, CHRISTI IESV, inquit, *Paupertatem, & Matris, frequenter cum lachrymis reuocabat in mentem: inde hanc virtutum aſſerens eſſe Reginam, quia in Rege Regum, & in Regina Matre ipſius tam præſtanter effulſit*. Hoc egit & Ignatius CHRISTI ac Matris magiſterijs noſtram Paupertatem fundans in *nihilo*.

Per B. V. paupertatem Deo efferre.

Vitæ S. Frāciſci c. 7.

Fe-

86 Feriâ IV Omiſiſſe ſe die præterito aliquid gratiarum quas debebat ſingulis diuinis perſonis, non ſinè conſcientiæ morſu, memor Ignatius, ait rogatam à ſe DEI *Matrem*, & Filium pro venia impetranda, ſeque totâ hebdomadâ pœnitentiam egiſſe: neque immediatè ad ipſas Diuinas perſonas auſum accedere, ſed *per Matrem*, & per hanc ad Filium; ſenſiſſe verò ſe cum magno ſingultu benè à Matre ac Filio rem ſuam agi apud Patrem; tumque ſibi viſos *mediatores* cum ſecura quadam tranquillitate mentis hactenus ſollicitæ. Aptè illâ vſus eſt ad veniam poſtulandam apud SSS. TRINITATEM; quippe, quæ, S. Epiphanio teſte, *eſt cæli & terræ inhabitatæ myſterium, admirandumque propitiatorium, & ſponſa* TRINITATIS, *theſaurus deſponſationis planè arcanus*. Et addit S. Ephiph. *Per te homines fiduciam habent in cælo erga altiſſimum*.

Veniam pro errato quonis à Deo petere.

e 2. or. de laud. B. V.

87 Feriâ VI inter ſacrum quod tunc de Beata Virgine erat, & de Simeone in templo, coram Beatiſſima Virgine expendebat quantum elapſis diebus defeciſſet; quo tempore ait ſe lachrymis & pudore ſuffuſum: quaſi Deiparæ iniuriam intuliſſet; vtpote parum commeritum, ſeu indignum pro quo toties oraſſet Virgo Mater. Et tum ſibi viſam quaſi abſconditam, nec facilem reperiri Deiparam, adeò ſe tunc fuiſſe ſinè ſenſu teneræ pietatis. Dum tamen in illa velut quærenda perſiſteret, lachrymas non ſinè ſingultibus rediiſſe; viſumque ſibi Patrem cæleſtem, qui ſe propitium dulcemque monſtrans, oſtenderet pergratum ſibi eſſe rogari à Virgine Matre. Tum demum tantum ſibi lachrymarum erupiſſe, vt vocem etiam nonnunquam intercluderent: viſam denique ſibi Deiparam valdè propitiam coram Patre. Illam nempe de qua ibid. S. Epiphanius ita

Illam etiã cùm cor eſt aridũ venerari.

benè producto, temporis ſpacio, Reginæ cæli roſarium perſanctè expenſum, non decurreret tantùm verùm cum bono otio expleret: vt non præceps conſuetudo frigidâ quadam vſurpatione, ſed ſolida pietas, nec otij parca erga Dei Matrem liberalitas hoc ageret, quod Matris tantæ dignitas & maieſtas à nobis iure ſuo puſtulat. Vnde illi ſenſus alti ac ſuaſuaues; & dulcia lumina illuceſcebant, firmabantque mentem cæleſtibus familiari vſu addictam. Eòque in lucro ponebat illam otij bonam partem, quam in re tam nobili occupabat; diem ab ipſo capite conſecrans Deo, per merita ac manus optimæ maximi Dei Matris; iamque tunc monſtrans exemplo id quod verbo erat alios de roſario edocturus. Hæc eſt *dies, dies myſtica*, hæc eſt *diarium vnicum*; vt eam celebrant hymni Græci: quidni ergò beatos putemus dies noſtros, ſi magna eorum pars illius obſequijs, & allocutionibus tranſcribatur!

Tempus Deiparæ cultui nō parcè dare.

Nomenclat. vide pag. 26.

ANNO MDXLVIII.

75 Redibat hoc anno in Indiam difficili nauigatione Xauerius, teterrimâ vſque ad omnium deſperationem tempeſtate, mercatoribus vitam redimere coactis mercium cunctarum abiectarum iacturâ. Ego, inquit ille Societati Romam ſcribens, (cùm tempeſtas maxima ſæuiret, Deo ſupplicans deprecatores adhibui ex terris quidem primùm Societatis noſtræ homines, eiuſdemque ſtudioſos: deinde Chriſtianos vniuerſos; expetens per Christi ſponſam Eccleſiam, cuius etiamnum in terra morantis aſsiduæ preces audiuntur in cælo, cæleſti Regi quàm diligentiſsimè commendari. Inde Superos ordine implorauí omnes, vt tum viuis tum mortuis deprecatoribus vterer ad iram diuini numinis leniendam. Denique omnibus vel Angelorum ordini-

Ep. 6.

bus,

bus, vel Sanctorum hominum gradibus ſingillatim, imploratis, quò facilius delictorum meorum innumerabilium veniam impetrarem (audi quanta in DEI Matre fiducia) *ſanctiſſimam* DEI *parentem patronam adhibui; quæ cæli Regina nullo negotio quicquid orat Filium, exorat.* Ad extremum ſpe omni in immenſis CHRISTI Domini promeritis collocatâ, tot tantiſque præſidijs circumſeptus, longè maiore perfruebar voluptate in horribili illa tempeſtate periclitans, quàm deinde præſenti periculo liberatus. Me ſanè pudet nequiſsimum omnium mortalium in vltimo diſcrimine, præ cæleſti lætitia tantam lachrymarum vim profudiſſe. Itaque tum CHRISTVM Dominum ſuppliciter orabam, ne me ex illo periculo eriperet, niſi ad paria, aut etiam grauiora pericula ſui obſequij gloriæque causâ reſeruaret. Hos nempe animos à IESV per MARIAM, & Sanctos omnes exorato hauſit, nunquam ſatur ærumnarum vaſtus ille, capaxque Xauerij animus ac voluntas. Verè MARIAM maris ſtellam expertus eſt tranquillatâ etiam illâ tempeſtate Xauerius. Ipſa, inquit Bernard. eſt præclara & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum, micans meritis, illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis in huius ſæculi profluuio magis inter procellas, & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis.

Per iter.

Ho. 2. ſuper miſſ.

76 Hoc anno 1548. primus à Societate, iſque ab ipſo S. P. Ignatio, liber in lucem prodijt, Romæ impreſſus, qui eſt exercitiorum ſpiritualium. Hoc item anno 31. Iulij (qui olim dies S. P. Ignatio in Breuiario Romano natalis futurus erat) idem liber à Paulo III. Pontifice Maximo approbatus eſt; qui ait eius documenta eſſe pietate ac ſanctitate plena: valdè vti-

S. P. Ignatij documentis de B. V. datis vti.

vtilia & ſalubria; eòque laudat omnia, & ſingula; & ad illa obeunda fideles hortatur. Hoc facit Societas vniuerſa quotannis, alij alijs temporibus, ita vt magna pars anni ſic nobis effluat, & DEO conſecretur, dum varijs in locis alij poſt alios diuino iſti receptui canunt. MARIAM in his exercitijs Ignatio dum illa conderet opitulatam Angelus dixit, vt inſinuabimus anno 1600. nunciauitque Virgo, eos qui ea obeunt rem gratam ſibi præſtare. Ceterùm in primi ſtatim exercitij primo præludio Deiparæ non oblitus S. Pater, notat quòd in quauis meditatione, ſiue contemplatione, de re corporea, vt puta de CHRISTO, effingendus ſit nobis, ſecundùm viſionem quandam imaginariam, locus corporeus id quod contemplamur repræſentans, veluti templum, aut mons in quo reperiamus CHRISTVM IESVM, vel MARIAM *Virginem*. Hi nempe ſunt poli, & cardines in quibus vertitur noſtra res: ibi aſylum quærendum cordi ſe introſpicere volenti: in hoc monte inſpiciendum exemplar CHRISTI & MARIÆ, vt homo vincere ſeipſum poſſit, & vitæ ſuæ rationem determinatione à noxijs affectibus liberâ inſtituere; qui titulus eſt exercitiorum ante fundamentum à S. Patre præfixus. *In periculis*, monet ibid. Bernard. *in anguſtijs, in rebus dubijs* MARIAM *cogita*, MARIAM *inuoca: non recedat ab ore, non non recedat à corde*.

Vid. Incit. n. 98.

77. P. Iacobus Laynez in perplexo quodam negotio Veneti tribunalis, cùm id quod Societati dederat Lipomanus, potens & opibus atque gratiâ in Senatu valens cuiuſdam authoritas filio deſtinaſſet, datis ad Ignatium literis rogat vt eum nodum ipſe apud DEVM, vno eum in finem ſacrificio facto, expediat. Naſcentis Deiparæ diem elegit Ignatius; & rem omnem in ſacrificio flagranter Deiparæ commen-

Lites, Deiparæ cõmendare. S. Sept. Natiu. B. V.

men-

mendauit. Feliciter cum illa tranſegiſſe, illud argumento fuit, quòd ſpei plenus Lainio perſcripſerit, ſe die natæ Virginis illud negotium cordi vt eſſet Virgini commendaſſe. quare bono animo eſſet, ac de felici optatæ rei exitu dubitationem omnem deponeret. Octauâ ab Ignatij ſacro, & B. Virginis natæ feſto die, in rogatorum conſilio res iterùm acta, & feliciter pro nobis peracta eſt. Inter Senatores qui Societati fauebant præ alijs, eo die (humanane induſtriâ, vel diuino potiùs conſilio, non diſquiro) abſuêre. Laynez, & Salmeron mendici homines, extrarij, peregrini, nec authoritate rem, nec opibus poterant prouehere. DEO ergò, & diuinæ Matri gratias reddendas agnouit Laynez, atque Ignatius certior de ſpe ſuâ benè in Deiparæ auxilio collocata factus. Nam è 145. Senatorum numero, duo tantùm contra nos fuêre: pro nobis verò à 143. lata eſt ſuffragatio, conſenſione animorum tantâ quantam ipſi quoque admirati ſunt; faſſo Vincentio Riccio Senatus arcanis præfecto, ſibi nullum cum Patribus officij ius vel neceſsitudinem intercedere, verùm diuino quodam inſtinctu ſe agi. Adeò Deipara nobis, munuſculorum, (quo ſæpè aureo balſamo tribunalia vngi debent) ac omnis induſtriæ loco fuit, ſequeſtro apud illam Ignatio, & illâ apud DEVM. Deipara in hymnis Græcis vocatur *Ius dirimens lites*. in Nomenclat. Raynaudi.

78 Eodem hoc anno, & eodem Deiparæ naſcentis die Societatem inijt Lutetiæ, iam Philoſophus, Theologus, ac Sacerdos *P. Euerardus Mercurianus*, quartus poſteà Societatis Præpoſitus Generalis: quem ille diem elegit, vt & Deiparæ colendæ ſtudium hac etiam arte combiberet, & vitæ in Societate degendæ MARIAM præficeret, quacum Societati natus eſſet. Scio id multis eſſe ſolatio, die aliquo

Natiu. B.V.

Diem B. V. pro magnis rebus eligere.

Deiparæ dedicato, vel adoptari, vel religioſo Sacramento authorari: id quod ego in me ipſo ſum expertus, cùm in Aſſumptæ Deiparæ die Devs me in Societate inter iuratos Deiparæ cæli Auguſtæ ſeruos cenſere dignatus eſt; quo etiam die primi Patres idem in monte Martyrum olim coram Dei Matre præſtiterant Sacramentum: quæ cogitatio me iam tunc impensè recreabat. *Ipſam ſequens non deuias*, ait laudatus ſupra Bernardus, *ipſam rogans non deſperas; ipſam cogitans non erras. Ipſa tenente non corruis: ipſa protegente non metuis: ipſa duce non fatigaris: ipſa propitia peruenis*. Quæ omnia pulcherrimè dici poſſunt de illa quam à Deo per illam ſperamus, in ſuſcepto religioſæ vitæ curriculo conſtantiâ.

ANNO MDXLIX.

79 Societati Goam lib.3.epiſt.5. ſcribens Xauerius; Inuito, inquit, Nauarcho, nautis, ipſoque diabolo (qui ſæpè Xauerio minitans denunciabat, veniſſe tempus vlciſcendi doloris ſui) Iaponium curſum tenuimus. Ita ad has regiones tantoperè à nobis exoptatas, Deo aſpirante peruenimus, *ipſo die B. Mariæ in cælum Aſſumptæ ſacro* anno 1549. An non benè dixit proximè Bernardus: *ipſa propitia peruenis*? Benè illam ſalutat Eccleſia: *Aue Maris ſtella*. Hac propitiâ per iuuitum mare eò quò tendebat penetrauit Xauerius.

Diem Aſſumpt. B. V. piè colere.

80 Magna in ſpe ſum, ſcribit lib.3. epiſt. 5. Xauerius, diuinam nobis opem non defuturam: quippe cùm noſtris diffiſi viribus ſpem omnem in Christi Domini vi ac poteſtate ſumma, *ſanctiſſimaque eius Parentis*, Angelorum omnium, ac præſertim Michaelis Archangeli, Præſidis Eccleſiæ militantis, patrocinio defixerimus. Et certè valet plurimùm ſui nimiam fiduciam planè exuere, ac tenerum ſpei ſenſum erga

Fiduciam in B. V. collocare.

erga DEVM, DEique Matrem ſæpiùs inſtaurare. Ita fiet vt quæuis occaſio in beneficij loco ponatur. qualis fuit illa hoc eodem anno Romæ, cùm Ioanni Crucio Domus Profeſſæ, magnâ planè egeſtate preſſæ, obſonatori propè ædem Beatiſsimæ Virginis ad Mineruam (quæ ipſa res auxit fiduciæ ſuauitatem) iter habenti, benè manè ignotus quiſpiam ex improuiſo dedit aureos circiter ſeptuaginta; opportunum, & quaſi è manu Deiparæ, vt credere licet, acceptum donum. *Ego*, inquit Beatiſsima Virgo apud S. Ioannem Damaſcenum, *ego ijs qui ad me confugiunt, ciuitas refugij. accedite, & gratiarum dona affluentiſſimè haurite.* Orland. lib. 9. num. 5. orat. 2. de Aſſ. B. V.

81 Aiunt, à Luſitanis olim abſciſſas hoſtium dexteras dijs in ſacrificium datas. Nobiliùs id fecêre hoc anno aliquot è Societate Luſitani, qui ſuas, non alienas, manus DEI Matri dedicauêre. Nam Braſiliam ingreſſi, cùm populus ſuas quiuis domos moliretur, Patres (verba refero Orlandini n. 92.) quibus antiquior erat cura boni communis, atque diuini quàm priuati, atque terreni, ſuis orſi ſunt manibus ac laboribus in MARIÆ *Virginis adiutricis* nomine templum extruere: cuius in ædificium ipſimet ſuis humeris aquam & ligna, cæteramque materiam proximis è montibus baiulabant. Felices profectò manus, & humeri tam pretioſo labore diſtenti. Dedicemus manus noſtras, id eſt, labores noſtros illi cui S. Bonauentura canebat: *In manu tua ſalus & vita conſiſtunt, lætitia perpetua, & æternitas glorioſa.* Illi æternitati laboremus, & velut gloriæ templa condamus. *Labores noſtros B. Virgini dedicare.* Pſ. 71.

82 Cùm non pauci ſint qui in rebus pijs vehementer ſentiunt ſe perurgeri, ſi Beatiſſimæ Virginis nomine interpoſito audiant aliquid à ſe peti; cùm *Alios per B. V. rogare vt pro nobis orent.*

Digitized by Google

item ea quâ ab alijs DEO & DEI Matri commendari petimus modeſtia pretioſa ſit in conſpectu DEI; nec hic Deiparæ colendæ modus eſt omittendus. Tametſi verò ſit quotidianus, pretium tamen accipit maius ab exemplo in hæc verba Societati Romam ſcribentis Xauerij: Vos ego, Patres, Fratreſque charisſimi, per CHRISTVM IESVM rerum omnium Dominum, *per Sanctiſſimam eius parentem*, per cæleſtes ciues, qui æternâ gloriâ fruuntur, oro, quæſoq; vt mei memores aſſiduè, pro me ſummo ſtudio deprecemini DEVM. videtis enim profectò quanto mihi præſidio opus ſit. Et lib. 3. epiſt. 5. hoc anno ſcriptâ: Deprecatoribus vtendum eſt omnibus Societatis noſtræ hominibus, ac ſtudioſis, vt per eos vniuerſæ CHRISTI Domini noſtri ſponſæ ſiſtamur, quam ſua nobiſcum merita innumerabilia communicaturam confidimus, noſque ſponſo ſuo, eidemque Patri noſtro IESV CHRISTO, *eiuſque ſanctiſſimæ Parenti* commendaturam. *Sileat* (verba ſunt Bernardi) *ſileat miſericordiam tuam, Virgo beata, ſi quis eſt qui inuocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe.* Si tanta eſt Bernardi de B. Virginis miſericordia opinio vt hæc dicere audeat, quidnam ſpei nobis debet accreſcere, ſi non ipſi ſolùm orauerimus, verùm & alios ad petendum habuerimus idoneos adiutores?

lib. 2. ep. 3.

In Aſſump. ſerm. 4.

ANNO MDL.

83 Cæleſtes illæ ephemerides Ignatij manu, Hiſpano ſermone conſcriptæ, ab Ignatio cultum Deiparæ omnem relatum ad cultum DEI ſenſu magno, & fructu luculento abundè teſtantur; idque patet in hæc verba, vt ex Hiſpanico ipſius Sancti Patris primo chirographo licuit interpretari: Primo die (qui erat feria 3.) ante ſacrificium, & in

Digitized by Google

in ipſo,& poſt, dieque toto plenus lachrymarum vidit Filium, & *Matrem* propitios ad interpellandum apud Patrem. Veſperi ſenſit, ſeu vidit, *Dominam noſtram* propitiam ad interpellandum. Adeò verò videbat & CHRISTVM, & CHRISTI Matrem; adeoque candidè, & explorata omnia adnotabat Ignatius (vt id obiter hîc aduertam) vt ſi quando non ſatis clarè illos videret, id ipſum explicaret: v. g. feriâ quadã quintâ de duobus mediatoribus (ita enim vocat CHRISTVM,& Matrem eius) loquens dixit; ſe aliquod ſignum quaſi eos videret habuiſſe. *Fiduciam erga B.V. concipere.*

84 In eodem ſuo chirographo feriâ 6. poſt lachrymas in ſacro, & poſtea vbertim fuſas, ſeſqui alterius horæ ſpatium poſuit in electione ſeu deliberatione de Paupertate ſine vllis reditibus integrè ſtabilienda. Atque hanc ipſam deliberationem dum per preces Matris, & per Filium Patri offerre pararet, illamque impensè oraret ſupplex vt apud Filium ab illa, & apud Patrem iuuaretur; ſenſit ſe velut progredi & portari, ſiſtique coram Patre: quo tempore ait ſibi capillos etiam ſacro horrore ſurrectos, totumque corpus ardore inſigni incaluiſſe: ſecutis hæc lachrymis, & vt ipſe loquitur, deuotione intenſiſſimâ. Tum verò ſe legiſſe; ac benè ſcripta iudicaſſe quæ ſcripſerat. Præclarum enim verò ſpectaculum, & in ſpectaculo ars deliberandi & colendi in MARIA ac per MARIAM DEI, videre Ignatium impensè ſatagentem apud cæleſtem conſultricem; & opem ab illa petentem, vt ſimul illa ſeruo ſuo ſupplici ad Filium, & per hunc ad Patrem aditum aperiret: Tum Filium inuitare, vt ab illo, & à Matre ad Patrem duceretur: atque his Filij ac Matris præſidijs ad Patrem æternum eleuari ſublimem, non ſine condimento pulcherrimæ ſuauitatis. *Omnem deliberationẽ Deo per B.V. offerre.* *Paupertate illã colere.*

An

An non tibi videtur Ignatius ad SSS. TRINITATEM, per MARIAM, velut per ſcalam, aſcendiſſe, iuxta illud S. Fulgentij: *Facta eſt* MARIA *ſcala cæleſtis: quia per ipſam* DEVS *deſcendit ad terras; vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælos*.

Ser 3. qui eſt de laud. B. V.

85 Omittam, vt hactenus, ita etiam deinceps ex illo Ignatij diario dies plures, excerptis paucis magis illuſtribus ad rē noſtram. Feriâ quadā ſecundâ, licèt Spiritum Sanctum in flāmę colore igneo ſibi videre videretur totus miro ſenſu delibutus Ignatius, tamen animum adiecit ad expendenda meditatè momenta rationum quas adnotârat. Tum Deiparam Virginem, ac per hanc IESVM, & Patrem æternum adijt, petijtque Spiritum DEI ad diſcurrendum & diſcernendum: tum ſibi ſcribit occurriſſe quomodo CHRISTVS Apoſtolos in Paupertate miſiſſet, eoſdemque S. Spiritus (ſe illis, linguaſque igneas infundens) confirmaſſet, adeòque Pater, & Filius, & Spiritus S. id approbaſſet. Tum verò inter prolixos ſingultus, & lachrymas per vultum largè exundantes proiectus in genua, obtulit *nihil* æternò Patri; ſeu, vt ille loquitur, fecit *oblationem de nihilo*, & munus DEO charæ Paupertatis, quæ redituū nihil, etiam pro templis Profeſſorū, admitteret. Nempe Virgo prudentiſſima, quæ tam enixè ab illo implorabatur, tam impensè illum per veras prudentiæ vias duxit ad Patrem, ad Filium, ad Spiritum Sanctum, ad germanam veri perſpicientiam. S. Bonauentura de S. Franciſco, CHRISTI IESV, inquit, *Paupertatem, & Matris, frequenter cum lachrymis reuocabat in mentem: inde hanc virtutum aſſerens eſſe Reginam, quia in Rege Regum, & in Regina Matre ipſius tam præſtanter effulſit*. Hoc egit & Ignatius CHRISTI ac Matris magiſterijs noſtram Paupertatem fundans in *nihilo*.

Per B. V. paupertatem Deo efferre.

Vitæ S. Fräciſci c.7.

Fe-

Digitized by Google

86 Feriâ IV Omiſiſſe ſe die præterito aliquid gratiarum quas debebat ſingulis diuinis perſonis, non ſinè conſcientiæ morſu, memor Ignatius, ait rogatam à ſe DEI *Matrem*, & Filium pro venia impetranda, ſeque totâ hebdomadâ pœnitentiam egiſſe: neque immediatè ad ipſas Diuinas perſonas auſum accedere, ſed *per Matrem*, & per hanc ad Filium; ſenſiſſe verò ſe cum magno ſingultu benè à Matre ac Filio rem ſuam agi apud Patrem; tumque ſibi viſos *mediatores* cum ſecura quadam tranquillitate mentis hactenus ſollicitæ. Aptè illâ vſus eſt ad veniam poſtulandam apud SSS. TRINITATEM; quippe, quæ, S. Epiphanio teſte, *eſt cæli & terræ inhabitatæ myſterium, admirandumque propitiatorium, & ſponſa* TRINITATIS, *theſaurus deſponſationis planè arcanus*. Et addit S. Ephiph. *Per te homines fiduciam habent in cælo erga altiſſimum*.

Veniam pro erra-to quonis à Deo pe-tere.

e rat. de laud. B.V.

87 Feriâ VI inter ſacrum quod tunc de Beata Virgine erat, & de Simeone in templo, coram Beatiſſima Virgine expendebat quantum elapſis diebus defeciſſet; quo tempore ait ſe lachrymis & pudore ſuffuſum: quaſi Deiparæ iniuriam intuliſſet; vtpote parum commeritum, ſeu indignum pro quo toties oraſſet Virgo Mater. Et tum ſibi viſam quaſi abſconditam, nec facilem reperiri Deiparam, adeò ſe tunc fuiſſe ſinè ſenſu teneræ pietatis. Dum tamen in illa velut quærenda perſiſteret, lachrymas non ſinè ſingultibus rediјſſe; viſumque ſibi Patrem cæleſtem, qui ſe propitium dulcemque monſtrans, oſtenderet pergratum ſibi eſſe rogari à Virgine Matre. Tum demum tantum ſibi lachrymarum erupiſſe, vt vocem etiam nonnunquam intercluderent: viſam denique ſibi Deiparam valdè propitiam coram Patre. Illam nempe de qua ibid. S. Epiphanius ita

Illam etiã cùm cor eſt aridũ venerari.

H ſcri-

ſcribit: *Pater miſit arrhabonem de cælo Spiritum Sanctum, præparauit Virginem vnigenito Filio cæleſti ſponſo: quam Pater dilexit, Filius inhabitauit, Spiritus Sanctus percupiuit; quia donorum antenuptialium nomine Spiritum Sanctum accepit: dotis verò gratia, cælum vnà cum Paradiſo.*

88 Idem Filius Dei qui nos trahit ad Patrem eſt Filius hominis, id eſt, Mariæ, qui nos trahit ad Matrem. Eſt apud P. Ferd. Quirinum de Salazar in caput 9. Prouerb. à numero 144. *Sanctiſſimi* (verba illius recito) *Ignatij Patris noſtri pia, & in* Mariam *religioſa meditatio*, è qua ille incredibilem voluptatem hauriebat. Explicat ibi enucleatè illud Ariſtotelis: eſt filius pars ipſius Patris, vel Matris; & carni Christi ac Euchariſtiæ accomodat. Vide ibi. Certè inter illas quas proximè retuli cæli delitias, ait Ignatius (de quo videri poteſt etiam Marraccius in Fundatoribus Marianis pag. 296.) inter ſacrificandum ſe à Deipara magno cum ſenſu intimæ pietatis, & intelligentiæ luce percepiſſe, id, quod verbis Auguſtini poteſt appoſitè explicari, ſic dicentis: *De carne* Mariæ *carnem accepit: & in ipſa carne hìc ambulauit: & ipſam carnem nobis manducandam dedit.* Et verbis S. Ambroſij, cuius oratio ante ſacrum ad calcem Diurni fer. vi. *De tua*, inquit, *carne ſancta quæ de ſancto, & glorioſo B. V.* Mariæ *vtero eſt aſſumpta.* Quo de argumento dedi olim plura in Anno meo Mariano, Sabb. 15, pag. 73. Illuſtre ad mentem S. Ignatij eſt illud quoque B. Petri Damiani ſerm. 2. in Natiuit. B. V. mihi pag. 124. in editione Romanâ: Hic, dilectiſſimi fratres mei, hic rogo perpendite, quàm debitores ſumus huic Beatiſſimæ Dei Genitrici, quantaſque illi poſt Devm de noſtra redemptione gratias agere debeamus: illud ſiquidem cor-

Amorem erga illā à Chriſto in Euch. petere.

tomo 8. in pſalm. 98. p. 452.

corpus CHRISTI quod Beatiſs. Virgo genuit, quod in gremio fouit, quod faſcijs cinxit, quod maternâ curâ nutriuit, illud inquam abſque vlla dubietate, non aliud, nunc de ſacro altari percipimus, & eius ſanguinem in Sacramentum noſtræ redemptionis haurimus. Hoc Catholica fides habet, hoc ſancta Eccleſia fideliter docet. Ita B. Cardinalis Damianus. Si etiam Hieronymus ſerm. 2. de aſſumptione, Matrem IESV alloquens; illam *nutricem cæleſtis panis* appellat; & addit: *Lacta ergò Mater cibum noſtrum; lacta cibum Angelorum.*

Citat in hanc rem Suarez Petrum Damianum, c.1. in 3. p. q. 27. dp. 1. ſ. 2. dicentem; DEVM in Virgine fuiſſe per identitatem. Clarius Auguſtinus, ſerm. de Aſſumpt. B.V. cap. 5. ab eodem laudatus, & dicens: Caro CHRISTI caro eſt MARIÆ. & infra: Caro CHRISTI quamuis gloriâ reſurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen manſit quæ ſuſcepta eſt de MARIA. Ex quo facile credi poſſe ait Suarez; illam ſubſtantiam carnis, quam CHRISTVS aſſumpſit ex Virgine, nunquam fuiſſe omninò dimiſſam, aut continuâ caloris naturalis actione reſolutam; ſed eandem omninò fuiſſe ſemper conſeruatam Verbo DEI vnitam. Apud Coſterum Controuerſiarum cap. 8. pag. 311. reprehenditur Bertramus quidam obſcurus homo circa annum Domini 830. qui aduerſus Paſchaſium Radbertum ſcribere eſt auſus, *quòd* CHRISTI *carnem in Euchariſtia eandem eſſe dixiſſet quæ nata eſſet ex Virgine* MARIA. Lucæ 1. *benedictus fructus ventris tui: corpus ſcilicet* CHRISTI; ait S. Thomas de Sacramento altaris loquens. opuſc. 58. c. 1. in fine. In Diario Franc. Marcheſij Romæ nuper impreſſo, S. Cath. Suecica ante S. Synaxim ſic orat: 20. Ian. pag. 107. *Redemptor piiſſime, qui hoc corpus de Virgine intemerata accepiſti, &c.* Æthiopica S. Iacobi, ſeu S. Marci, Litur-

turgia apud Velaſqu. de conceptione dum CHRISTI
pag.312. corpus in ſacro eleuatur, ita dici iubet: *Hoc eſt corpus, & hic eſt ſanguis Domini & ſeruatoris noſtri* IESV CHRISTI, *quod, & quem aſſumpſit ex Domina noſtra ſancta & immaculata Virgine* MARIA. Richardus demum à S. Laurentio (qui vixit circa annum 1230.) lib. 2. de laudibus B. M. *Caro*, inquit, *virginalis quam ſumimus in Sacramento Filij: Quia caro* CHRISTI, *& caro* MARIÆ, *vna caro*. Ita ille. Citatur idem ibid. lib. 1. c. 2. dicens de B. V. Beatificanda nobis eſt, qui de eius carne, & ſanguine reficimur in altari. Apud Cæſarium lib. 9. c. 3. Adolphus Sacerdos *in ipſa hoſtia Virginem in ſede reſidere, infantemque in ſinu ſeruare contemplatus eſt*. Denique tota S. P. Ignatij meditatio à me aliàs relata anno 1643. in IESV & MARIÆ cliente, ac ſuorum clientum Patrono S. Ignatio c. 2. n. 13. conſentanea eſt ijs quę in Anno Mariano ſcripſi anno 1648. & ijs quæ ex arcano Ignatij commentario deprompta retulit Salazar loco laudato: ijs denique quæ Sancti Patres à me ibi, & hîc adducti affirmant; quodque breui compendio complectitur, ea quæ in officio B. V. ante communionem ponitur S. Thomæ oratio; vbi, O mitiſſime DEVS, inquit Sanctus Doctor, da mihi *corpus vnigeniti Filij tui D. N.* IESV CHRISTI, *quod traxit de Virgine* MARIA. Nec aliter philoſophari lubet quàm quemadmodum philoſophati ſunt Sanctus P. Ignatius, & alij Sancti.

ANNO MDLI.

89 S. Xauerius in Iaponia ad Regem Bungi adiuit, triginta Luſitanis, veſte atque torque aureo ſplendidis comitatus, & ipſe carbaſinâ veſte, ſtolaque ſacerdotali auguſtior; quinque lectiſsimis de iuTurſ. l. 4. c. 10. uentute, alio breuiarium, alio alia inſignia geſtantibus. Quæ inter Xauerij dignitatis decora, præferebat

Digitized by Google

rebat vnuſquiſpiam *Deiparæ Virginis effigiem cum Damaſcenæ veſtis rubræ inuolucro*: vt inter Xauerij glorias gloria Virginis cenſeretur, quam ille Orienti extremo tunc inferebat, ab illa iſtuc proſperè nuper adductus. Deipara, ſi qua in re, certè in ſtudio animarum nobis longè libentiſsimè opitulabitur. *O Virgo*, ait ad illam S. Epiphanius: *ò Virgo incomprehenſi myſterij ferens miraculum, quæ fidem ter optatam orbi prædicaſti*.

B.V. imagines pōpa ſolēni honorare.

Orat. de laud. B.V.

90 Amangutij, inquit Turſellinus, vnius anni ſpacio ad tria capitum millia baptizata. Qui olim ſuas illas precatorias calculorum ſeries ita percurrebant, vt ſuæ quiſque ſectæ conditorem ſubinde nominatim implorarent: ſuperſtitione in religionem verſâ ſtudium illud ſuum auxerunt. Nam B. MARIÆ coronas ritè decurrentes, ſalutatione Angelicâ ad minores orbiculos recitatâ, identidem inuocabant ſalubria IESV & MARIÆ nomina, ſeque in Franciſci, velut vnici exempli, mores, quoad fas eſſet, formare nitebantur. *B. Virginis roſaria*, ſcribit Xauerius, ita decurrunt, vt ad orbiculos minores ſalutatione Angelicâ recitatâ, IESV & MARIÆ nomina implorent. Deiparæ è granorū decadibus ſalutandæ morem vetuſtiſsimū fusè refert Marracius in Pontificibus Marianis, & affert exempla ſeculorum. Quocirca præclarè hoc MARIANÆ laudis lacte ſuos in CHRISTO paruulos ſiue Neophytos lactauit Xauerius velut Apoſtolus Marianus.

lib. 4. c. 8.

Roſarij pietatem extēdere.

lib. 4. ep. 1.

à pag. 97.

91 Supra omnem expectationem ac ſpem (vti latè narrat Turſellinus) verâ prædictione dixit S. Xauerius, fore vt auulſa ab oneraria naui ſcapha rediret, atque ipſa ſe onerariæ lateri applicaret, tam ijs qui in oneraria, quàm ijs qui in auulſa illa ſcapha erant affirmatè aſſeuerantibus, Xauerium apud

lib. 5. c. 2.

Sacra de illa celebrare.

ſe

ſe fuiſſe: vt proindè diuinâ vi duabus in nauibus illum eodem tempore fuiſſe ſit neceſſe. Fiduciæ in qua prædictionem firmabat ſuam, fundamentum fuit, potens ac volens parataque promptè ſemper ad ſuccurrendum DEI Mater, quæ Malacæ religiosè colitur. Non diffido, inquit Xauerius, DEI benignitate, & *Deiparæ Malacenſis, cui tria ſacrificia voui, præſidio* ſcapham cum miſeris illis incolumem propediem affuturam. Itàque euenit vt particulatim prædixerat, euentu tam proſpero ſuam erga DEI Matris cultum fiduciam firmans, noſtram excitans. Viſa eſt olim Deipara tempore diuini ſacrificij populo
Marracci in Fundat. Mari. p. 155
benedicere. Ita Malacenſis Deipara, oratu Xauerij, & ſacro de illa facto, ijs qui tanto in periculo verſabantur, verè benedixit, benè fecit.

92 In Braſiliâ, CHRISTI ac eius Matris cultum illaturi ac firmaturi ſocij, iam proſperè agi omnia
Orland lib. 11. n. 75.
Sacella, templa illi condere.
cùm viderent, Franciſcus Petrus *B.V. adiutricis oratorium* indigenis pariter, ac aduenis excitauit, gratum ſanè opus cæleſtibus. Conſtans etenim fama fuit, inquit Orlandinus, ex eo tempore in maxima aquæ humanis vſibus aptæ penuria, ſaluberrimum fontem, paululùm dehiſcente terrâ diuinitùs erupiſſe, *qui nunc manare ex ipſa Virginis ara videtur*, limpidus ac perennis magnarumque virium ad pellendos morbos, aſperſâ aquâ vel epotâ. Quam ob cauſam concurritur è longinquo: & ipſe quoque longè latèque ſalutaris latex differtur. Sunt quædam ſeu templa, ſeu ſanctuaria DEI Matris, ex quibus neſcio quid ſuauioris fiduciæ in corde noſtro erga Matrem ſuam excitat bonus IESVS. Ita è Chronicis
Throni c. 35. n. 8.
S. Franciſci refert Spinellus, ædem S. MARIÆ de portiuncula olim deſertam, ab illo inſtauratam, & amatam præ alijs mundi locis, famamque eſſe,

cor

cor illius Angelorum manibus eò delatum.

93. Ioannes Carrera laudatus ab Orlandino multus erat in adhibendis DEO precibus, multus in colendis cùm pœnitentiæ, tum pietatis officijs: *præcipuè verò erga Sanctiſſimam* DEI *Matrem, tutelaremque Angelum ſuum inflammato ſtudio rapiebatur.* Omitto reliqua quæ ibi narrantur de illo, quomodo Angeli ſui beneficia ſit expertus. Pulchrè Angelorum cultu exaggeratur cultus Deiparæ Angelorum Reginæ, cui S. Epiphanius loco aliàs hîc laudato, dixit: *Per te homines facti ſunt Angeli.*

lib. 11. n. 63 *Cum Ioanne Carrera B.V. & Ang. cuſtodē enixè colere.*

94. *Ioannes Ant. Apulus* Calaber 7. Aug. 1551. extinctus; diebus feſtis Beatiſſimæ DEI Matris ſecedens in locum idoneum, vt obſequij aliquid Beatiſſimæ Virgini exhiberet, matutinâ erga illam pietate perfunctus, poſt prandium id adiecit, vt B.V. coronam extenſis religiosè, ac latè brachijs recitaret. Exporrigamus cor, & manus ad illam cui Bernardus: *Quis, ait, miſericordiæ tuæ, ò benedicta, longitudinem, & latitudinem, ſublimitatem, & profundum queat inueſtigare? Nam longitudo eius vſque in diem nouiſſimum inuocantibus eam ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet orbem terrarum &c. Sic & ſublimitas eius, ciuitatis ſupernæ inuenit reſtaurationem; & profundum eius ſedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem.*

Expanſis brachijs coronam B.V. recitare.

S. 4. in Aſſ. B.V. in fine.

95. B. Franciſcus Borgia vnà cum Ioanne filio hoc anno Romæ hoſpes, in Profeſſorum Domo, in communi triclinio, vt humili menſæ accumberet, ac interea palàm coargueretur, ab Ignatio impetrauit. Altero Febr. die cùm in cænaculo Patribus frugale epulum daret, in humillimæ DEI Matris, cuius Purificatio celebrabatur, honorem & amorem, aperto ſemper capite, cum Ioanne Filio omnibus deniſsè dili-

Feſta B.V. operibus humilit. & charitatis celebrare.

2. Febr. Purif. B.V.

diligenterque ſeruiuit: & cum eodem ad culinæ officia deinde ſe contulit: vbi Ioannes fictilem ex argilla patinam, dum diligentiùs quàm peritiùs eluit, illâ è manibus caſu elapsâ, & confractâ, retinens moris domeſtici, quem obſeruârat, incogitantiam ſuam damnumque illatum palam in cænaculo in pœnam eſt faſſus. S. Bernardus: *Imitemini omnes homines* DEI *Matris humilitatem*.

Homil. 1. ſuper miſſus.

ANNO MDLII.

96 S. Franciſcus Xauerius 2. Dec. 1552. moriens, familiares quaſdam preces, breuiter, atque ardenter vibrare in cælum auditus eſt ab iis qui aderant morienti: *O ſacratiſſima*, aiebat, TRINITAS! IESV, IESV *fili Dauid miſerere mei*! Inde ad IESV Matrem: *Monſtra te eſſe Matrem: Mater* DEI, *memento mei*. contentus nempe illam vno ſed ſummo & omnia miſericordiæ decora complexo Matris DEI titulo appellare. S. Germanus Patriarcha Conſtantinop. DEI Matris *nomen* vocat *ſignum dominicum & aureum*. Hoc ſigillo vitam ſuam obſignauit Xauerius. id quod ibid. optat S. Germanus ita ſcribens: *Quod nomen ore, & corde, & anima tota complector: quod vtinam in ore habere tunc poſſem cùm mors ad vltimum reddendum ſpiritum me compellet*.

Pro morte illam inuocare.

Oratio in Annunciat. B.V.

97 Precatoria S. Franciſci corolla è quâ DEI Matrem ſalutabat magno etiamnum in honore habetur. Illud paſſim eſt celebre, quod amico mercatori Malacam Meliapore nauigaturo, & pium quodpiam veteris amicitiæ mnemoſynon petenti, Xauerius eam quam ſemper geſtabat Deiparæ corollam è granis ad illam ſalutandum contextam donârit, impenſèque monuerit vt illam ſeruaret, ceu perpetuum pignus auxilij nullo in loco defuturi. Abijt MARIANO illo dono auctus mercator; ſed nauem

Vid. Imag. 1. ſeculi pag. 632.

Donis Marianis amicos iuuare.

Digitized by Google

nauem tempeſtas fœda diſſoluit, peſſundedit. Mercator nauis fruſto cuipiam adhæreſcens, quinto poſt die ſe propè portum reperit vnde ſoluerat; diſertè, perſanctéque teſtatus, ſe ſui planè inconſcium nihil de periculo in quo verſabatur cogitaſſe, verùm viſum ſibi cum Xauerio miſcere colloquia. Sic ille Xaurianæ, ſeu Marianæ coronæ ſalutem debebat ſuam. Sic noſtræ in Deiparam pietatis inſtrumenta honorat Filius Virginis à nobis honoratæ. S. Ioannes Chryſoſtomus ad B.V. *Haurire*, inquit, *fac effusè omnes, ò amatrix Virgo benignitatis, de tuarum flumine miſericordiarum: & demum ſalutem nobis largire.* De Xauerii ac ſociorum in India Marianis auſpicijs egregiè rem Chriſtianam propagantium erga Deiparam ſtudio ſcripſit etiã Ferreolus Locrius Mariæ auguſtæ lib. 3. c. 24. M. S. apud Marracciũ Ode 8. 14. Aug. Menza.

98 Maria Ignatio Conſtitutiones hoc demum anno 1552. promulgatas ſcribenti fidelis à Deo Magiſtra, & conſultrix eſt data, vt legem illam igneam ſuis etiam maternis ignibus inflammaret, iuxta illud cap. 8. Prouerb. Per me Reges regnant: *& legum conditores iuſta decernunt.* Vt ergò ad hanc recurrebat legislator Ignatius dum illas conderet; ita nos ad hanc par eſt recurrere, vt, quod ille monet, nihil perfectionis quod Diuinâ gratiâ conſequi poſſimus in abſoluta omnium conſtitutionum obſeruatione noſtrique inſtituti peculiari ratione adimplendâ prætermittamus. Ad hoc nos inuitant hæc verba in S. P. Ignatij cubiculo tabellæ inſcripta: *Hìc S. P. Ignatius Societatis Conſtitutiones conſcribens videt Deiparam eas cælitùs approbantem.* Sic à maioribus accepimus, didicimuſque ab ijſdem, in Maria præſidij plurimùm collocare ad eas quas illa cælitùs approbauit Conſtitutiones obſeruandas accuratione *Regulas accuratè ſeruare.*

Digitized by Google

ita omnibus numeris abſolutâ; vt noſtra quoque erga leges eaſdem religio ab ea mereatur approbari. Dicamus DEI Matri & nos id quod dixit S. Germanus: *Experientia didicimus te eſſe vehementiſſimam noſtram defenſionem. Ad te confugimus tuus populus, tua hæreditas, tuus grex, qui tui Filij appellatione exornatur, & gloriatur. Non eſt reuera finis tuæ magnitudinis; non eſt numerus tuorum beneficiorum.*

In encomio de Zona B.V.

99 Eſt in S. P. Ignatij cubiculo (cuius partem oratorium in receſſu recondito obtinebat, & in quo Conſtitutiones conſcriptæ ſunt, vt vidimus) Beatiſſimæ Virginis IESVM ſinu Ioanni paruulo blandientem, Ioſepho propè inſpectante, complexæ imago; ſub qua hęc ſpectatur epigraphe in altari: *Hic ante hāc ipſam Deiparæ Virginis effigiem S. Ignatius et ſacrificabat, et orabat.* E regione imaginis alia tabella ſic habet: *Hic S. P. Ignatius precationibus intentus, à Patre Ludouico Corſaluio ſæpiſſimè beata quadam luce circumfuſus conſpectus eſt:* Corā hac icone, vt perſanctè teſtatus eſt is qui hæc vidit, & ſacrificanti ſeruiuit, altari imponebat Ignatius quæ ſcribebat: vbi dubitationum nodos euoluebat, ſoluebat. Pendet iſtic nunc perpetuo lumine illuſtris lampas ita inſcripta: *D. Virgini M. MARIÆ immaculatæ in ſacello S. Ignatij vt ardeat ſemper, Luſitaniæ Aſſiſt. dic.* Iſtâ conſultrice non errabis; quam laudatus proximè S. Germanus appellat *Dubiorum rationale: veteris nouique teſtamenti ſigillum.*

Dubitationes ſuas altari B.V. imponere.

In Natiuit. B.V.

100 S. P. Ignatius cùm magno mentis altæ conſilio præciperet de Scholaſticis admiſſis conſeruandis, poſteaquàm de ſtudijs dixit, & quid quoad ſpiritualia agendum perſcripſit, inter alia: *Itaque*, inquit, *horam vnam impendent recitando Beatiſſimæ Virgini officio, &c.* vbi aduerte, quâ conſtantiâ officium illud Virgini Matri exhiberi voluerit, cùm illi horam præ-

Conſt. p. 4. c. 4.

Offi. ium B.V. attentè recitare.

Digitized by Google

præſtitutam voluit aſſignari. Declarationes quoque, quas eandem cum Conſtitutionibus authoritatem habere voluit, cùm ea omnia quæ circa Scholaſticorum ſpiritum conſeruandum ſunt, Superioris prudentiæ reliquiſſent, adiecêre: *quamuis vnius horæ plus minus tempus ad Beatiſſimæ Virginis preces recitandas aſſumendum ſit*. idque primo loco ponit: tum addit alia opera pietatis. Quam nunc horam, vt ſolidius Filio & Matri præſtet obſequium Societas, meditandis vitæ CHRISTI, eiuſque Matris myſterijs (id quod illi pergratum eſſe didicimus) impendit. ita tamen vt non deſint qui officium quoque adijciant. Nemo verò eſt qui conſuetum aliquod Virgini Matri penſum & meditatione & vocis oratione non pendat. Huic officio intentum aliquando Ignatium admirabili Sanctiſſimæ TRINITATIS amore lumineque perfuſum dixi ſupra. Certè magni ſemper habitum eſt à Deiparæ clientibus officium MARIANVM. S. Franciſca Romana officium B.V. ad lucem è ſuo Angelo emicantem recitabat. Officium quoddam in B. Virginis honorem à S. Auguſtino eſſe compoſitum Marraccius, author verè vndequaque MARIANVS, in Fundatoribus MARIANIS teſtis eſt: *pag. 40.* quo etiam in libro refert Deiparam officio quotidie celebrari à Baſilianis, Dominicanis, Norbertinis, Seruitis, &c. Idem B.V. officium Carthuſianis mirè perplexis perſuaſum à S. Petro à B.V. miſſo, è cælis conſpicuo, ſic dicente: Ego vobis annuncio DEI Genitricem perpetuo ſuo patrocinio in hoc deſerto vobis affuturam, ſi in eius honorem horarias preces quotidie legere velitis. Ita ibi pag. 81.

Suos Deiparæ addictos velle, & vt ſint, procurare.

101 Coadiutores, quos ad familiares operas admittit Societas, benè ſemper ac ſeriò occupatos volebat, & ſi quid minùs accuratè agentes videbat, cor-

ita omnibus numeris abſolutâ; vt noſtra quoque erga leges eaſdem religio ab ea mereatur approbari. Dicamus DEI Matri & nos id quod dixit S. Germanus: *Experientia didicimus te eſſe vehementiſſimam noſtram defenſionem. Ad te confugimus tuus populus, tua hæreditas, tuus grex, qui tui Filij appellatione exornatur, & gloriatur. Non eſt reuera finis tuæ magnitudinis: non eſt numerus tuorum beneficiorum.*

In encomio de Zona B.V.

Dubitationes ſuas altari B.V. imponere.

99 Eſt in S. P. Ignatij cubiculo (cuius partem oratorium in receſſu recondito obtinebat, & in quo Conſtitutiones conſcriptæ ſunt, vt vidimus) Beatiſſimæ Virginis IESVM ſinu Ioanni paruulo blandientem, Ioſepho propè inſpectante, complexæ imago; ſub qua hęc ſpectatur epigraphe in altari: *Hìc ante hãc ipſam Deiparæ Virginis effigiem S. Ignatius et ſacrificabat, et orabat.* E regione imaginis alia tabella ſic habet: *Hìc S. P. Ignatius precationibus intentus, à Patre Ludouico Conſaluio ſæpiſſimè beata quadam luce circumfuſus conſpectus eſt:* Corã hac icone, vt perſanctè teſtatus eſt is qui hæc vidit, & ſacrificanti ſeruiuit, altari imponebat Ignatius quæ ſcribebat: vbi dubitationum nodos euoluebat, ſoluebat. Pendet iſtic nunc perpetuo lumine illuſtris lampas ita inſcripta: *D. Virgini M.* MARIÆ *immaculatæ in ſacello S. Ignatij vt ardeat ſemper, Luſitaniæ Aſſiſt. dic.* Iſtâ conſultrice non errabis; quam laudatus proximè S. Germanus appellat *Dubiorum rationale: veteris nouique teſtamenti ſigillum.*

In Natiuit. B.V.

Conſt. p.4. c.4.

Officium B.V. attentè recit[…] re

100 S.P. Ignatius cùm magno mentis altæ conſilio præciperet de Scholaſticis admiſſis conſeruandis, poſteaquàm de ſtudijs dixit, & quid quoad ſpiritualia agendum perſcripſit, inter alia: *Itaque*, inquit, *horam vnam impendent recitando Beatiſſimæ Virgini officio, &c.* vbi aduerte, quâ conſtantiâ officium Virgini Matri exhiberi voluerit, cùm illi horam

præ-

Digitized by Google

præſtitutam voluit aſſignari. Declarationes quoque, quas eandem cum Conſtitutionibus authoritatem habere voluit, cùm ea omnia quæ circa Scholaſticorum ſpiritum conſeruandum ſunt, Superioris prudentiæ reliquiſſent, adiecêre: *quamuis vnius horæ plus minus tempus ad Beatiſſimæ Virginis preces recitandas aſſumendum ſit.* idque primo loco ponit: tum addit alia opera pietatis. Quam nunc horam, vt ſolidius Filio & Matri præſtet obſequium Societas, meditandis vitæ CHRISTI, eiuſque Matris myſterijs (id quod illi pergratum eſſe didicimus) impendit. ita tamen vt non deſint qui officium quoque adijciant. Nemo verò eſt qui conſuetum aliquod Virgini Matri penſum & meditatione & vocis oratione non pendat. Huic officio intentum aliquando Ignatium admirabili Sanctiſſimæ TRINITATIS amore lumineque perfuſum dixi ſupra. Certè magni ſemper habitum eſt à Deiparæ clientibus officium MARIANVM. S. Franciſca Romana officium B.V. ad lucem è ſuo Angelo emicantem recitabat. Officium quoddam in B. Virginis honorem à S. Auguſtino eſſe compoſitum Marraccius, author verè vndequaque MARIANVS, in Fundatoribus MARIANIS teſtis eſt: pag. 40. quo etiam in libro refert Deiparam officio quotidie celebrari à Baſilianis, Dominicanis, Norbertinis, Seruitis, &c. Idem B.V. officium Carthuſianis mirè perplexis perſuaſum à S. Petro à B.V. miſſo, è cælis conſpicuo, ſic dicente: Ego vobis annuncio DEI Genitricem perpetuo ſuo patrocinio in hoc deſerto vobis affuturam, ſi in eius honorem horarias preces quotidie legere velitis. Ita ibi pag. 81.

Suos Deiparæ addictos velle, & vt ſint, procurare.

101 Coadiutores, quos ad familiares operas admittit Societas, benè ſemper ac ſeriò occupatos volebat, & ſi quid minùs accuratè agentes videbat, cor-

Digitized by Google

ita omnibus numeris abſolutâ ; vt noſtra quoque erga leges eaſdem religio ab ea mereatur approbari. Dicamus Dei Matri & nos id quod dixit S. Germanus: *Experientia didicimus te eſſe vehementiſſimam noſtram defenſionem. Ad te confugimus tuus populus, tua hæreditas, tuus grex, qui tui Filij appellatione exornatur, & gloriatur. Non eſt reuera finis tuæ magnitudinis; non eſt numerus tuorum beneficiorum.*

In encomio de Zona B.V.

Dubitationes ſuas altari B.V. imponere.

99 Eſt in S. P. Ignatij cubiculo (cuius partem oratorium in receſſu recondito obtinebat, & in quo Conſtitutiones conſcriptæ ſunt, vt vidimus) Beatiſſimæ Virginis Iesvm ſinu Ioanni paruulo blandientem, Ioſepho propè inſpectante, complexæ imago; ſub qua hęc ſpectatur epigraphe in altari: *Hìc ante hãc ipſam Deiparæ Virginis effigiem S. Ignatius et ſacrificabat, et orabat.* E regione imaginis alia tabella ſic habet: *Hìc S. P. Ignatius precationibus intentus, à Patre Ludouico Conſaluio ſæpiſſimè beata quadam luce circumfuſus conſpectus eſt:* Corã hac icone, vt perſanctè teſtatus eſt is qui hæc vidit, & ſacrificanti ſeruiuit, altari imponebat Ignatius quæ ſcribebat: vbi dubitationum nodos euoluebat, ſoluebat. Pendet iſtic nunc perpetuo lumine illuſtris lampas ita inſcripta: *D. Virgini M.* Mariæ *immaculatæ in ſacello S. Ignatij vt ardeat ſemper, Luſitaniæ Aſſiſt. dic.* Iſtâ conſultrice non errabis; quam laudatus proximè S. Germanus appellat *Dubiorum rationale: veteris nouique teſtamenti ſigillum.*

In Natiuit. B. V.

100 S. P. Ignatius cùm magno mentis altæ conſilio præciperet de Scholaſticis admiſſis conſeruandis, poſteaquàm de ſtudijs dixit, & quid quoad ſpiritualia agendum perſcripſit, inter alia: *Itaque*, inquit, *horam vnam impendent recitando Beatiſſimæ Virgini officio, &c.* vbi aduerte, quâ conſtantiâ officium illud Virgini Matri exhiberi voluerit, cùm illi horam

Conſt. p. 4. c. 4.

Officium B.V. attentè recitare.

præ-

præſtitutam voluit aſſignari. Declarationes quoque, quas eandem cum Conſtitutionibus authoritatem habere voluit, cùm ea omnia quæ circa Scholaſticòrum ſpiritum conſeruandum ſunt, Superioris prudentiæ reliquiſſent, adiecêre: *quamuis vnius horæ plus minus tempus ad Beatiſſimæ Virginis preces recitandas aſſumendum ſit.* idque primo loco ponit: tum addit alia opera pietatis. Quam nunc horam, vt ſolidius Filio & Matri præſtet obſequium Societas, meditandis vitæ CHRISTI, eiuſque Matris myſterijs (id quod illi pergratum eſſe didicimus) impendit. ita tamen vt non deſint qui officium quoque adijciant. Nemo verò eſt qui conſuetum aliquod Virgini Matri penſum & meditatione & vocis oratione non pendat. Huic officio intentum aliquando Ignatium admirabili Sanctiſſimæ TRINITATIS amore lumineque perfuſum dixi ſupra. Certè magni ſemper habitum eſt à Deiparæ clientibus officium MARIANVM. S. Franciſca Romana officium B.V. ad lucem è ſuo Angelo emicantem recitabat. Officium quoddam in B. Virginis honorem à S. Auguſtino eſſe compoſitum Marraccius, author verè vndequaque MARIANVS, in Fundatoribus MARIANIS teſtis eſt: quo etiam in libro refert Deiparam officio quotidie celebrari à Baſilianis, Dominicanis, Norbertinis, Seruitis, &c. Idem B.V. officium Carthuſianis mirè perplexis perſuaſum à S. Petro à B.V. miſſo, è cælis conſpicuo, ſic dicente: Ego vobis annuncio DEI Genitricem perpetuo ſuo patrocinio in hoc deſerto vobis affuturam, ſi in eius honorem horarias preces quotidie legere velitis. Ita ibi pag. 81.

Suos Deiparæ addictos velle, & vt ſint procurare.

pag. 40.

101 Coadiutores, quos ad familiares operas admittit Societas, benè ſemper ac ſeriò occupatos volebat, & ſi quid minùs accuratè agentes videbat, cor-

ita omnibus numeris abſolutâ ; vt noſtra quoque erga leges eaſdem religio ab ea mereatur approbari. Dicamus Dei Matri & nos id quod dixit S. Germanus: *Experientia didicimus te eſſe vehementiſſimam noſtram defenſionem. Ad te confugimus tuus populus, tua hæreditas, tuus grex, qui tui Filij appellatione exornatur, & gloriatur. Non eſt reuera finis tuæ magnitudinis: non eſt numerus tuorum beneficiorum.*

In encomio de Zona B.V.

Dubitationes ſuas altari B.V. imponere.

99 Eſt in S. P. Ignatij cubiculo (cuius partem oratorium in receſſu recondito obtinebat, & in quo Conſtitutiones conſcriptæ ſunt, vt vidimus) Beatiſſimæ Virginis Iesvm ſinu Ioanni paruulo blandientem, Ioſepho propè inſpectante, complexæ imago; ſub qua hęc ſpectatur epigraphe in altari: *Hìc ante hāc ipſam Deiparæ Virginis effigiem S. Ignatius et ſacrificabat, et orabat.* E regione imaginis alia tabella ſic habet: *Hìc S. P. Ignatius precationibus intentus, à Patre Ludouico Conſaluio ſæpiſſimè beata quadam luce circumfuſus conſpectus eſt:* Corā hac icone, vt perſanctè teſtatus eſt is qui hæc vidit, & ſacrificanti ſeruiuit, altari imponebat Ignatius quæ ſcribebat: vbi dubitationum nodos euoluebat, ſoluebat. Pendet iſtic nunc perpetuo lumine illuſtris lampas ita inſcripta: *D. Virgini M. Mariæ immaculatæ in ſacello S. Ignatij vt ardeat ſemper, Luſitaniæ Aſſiſt. dic.* Iſtâ conſultrice non errabis; quam laudatus proximè S. Germanus appellat *Dubiorum rationale: veteris nouique teſtamenti ſigillum.*

In Natiuit. B. V.

Conſt. p. 4. c. 4.

Officium B.V. ante-

100 S. P. Ignatius cùm magno mentis altæ conſilio præciperet de Scholaſticis admiſſis conſeruandis, poſteaquàm de ſtudijs dixit, & quid quoad ſpiritualia agendum perſcripſit, inter alia: *Itaque*, inquit, *horam vnam impendent recitando Beatiſſimæ Virgini officio, &c.* vbi aduerte, quâ conſtantiâ officium illud Virgini Matri exhiberi voluerit, cùm illi horam

præ-

præſtitutam voluit aſſignari. Declarationes quoque, quas eandem cum Conſtitutionibus authoritatem habere voluit, cùm ea omnia quæ circa Scholaſticòrum ſpiritum conſeruandum ſunt, Superioris prudentiæ reliquiſſent, adiecêre: *quamuis vnius horæ plus minus tempus ad Beatiſſimæ Virginis preces recitandas aſſumendum ſit.* idque primo loco ponit: tum addit alia opera pietatis. Quam nunc horam, vt ſolidius Filio & Matri præſtet obſequium Societas, meditandis vitæ CHRISTI, eiuſque Matris myſterijs (id quod illi pergratum eſſe didicimus) impendit. ita tamen vt non deſint qui officium quoque adijciant. Nemo verò eſt qui conſuetum aliquod Virgini Matri penſum & meditatione & vocis oratione non pendat. Huic officio intentum aliquando Ignatium admirabili Sanctiſſimæ TRINITATIS amore lumineque perfuſum dixi ſupra. Certè magni ſemper habitum eſt à Deiparæ clientibus officium MARIANVM. S. Franciſca Romana officium B.V. ad lucem è ſuo Angelo emicantem recitabat. Officium quoddam in B. Virginis honorem à S. Auguſtino eſſe compoſitum Marraccius, author verè vndequaque MARIANVS, in Fundatotibus MARIANIS teſtis eſt: *pag. 40.* quo etiam in libro refert Deiparam officio quotidie celebrari à Baſilianis, Dominicanis, Norbertinis, Seruitis, &c. Idem B.V. officium Carthuſianis mirè perplexis perſuaſum à S. Petro à B.V. miſſo, è cælis conſpicuo, ſic dicente: Ego vobis annuncio DEI Genitricem perpetuo ſuo patrocinio in hoc deſerto vobis affuturam, ſi in eius honorem horarias preces quotidie legere velitis. Ita ibi pag. 81.

Suos Deiparæ addictos velle, & vt ſint procurare.

101 Coadiutores, quos ad familiares operas admittit Societas, benè ſemper ac feriò occupatos volebat, & ſi quid minùs accuratè agentes videbat, cor-

diligenterque ſeruiuit: & cum eodem ad culinæ officia deinde ſe contulit: vbi Ioannes fictilem ex argilla patinam, dum diligentiùs quàm peritiùs eluit, illâ è manibus caſu elapſâ, & confractâ, retinens moris domeſtici, quem obſeruârat, incogitantiam ſuam damnumque illatum palàm in cænaculo in pœnam eſt faſſus. S. Bernardus: *Imitemini omnes homines* DEI *Matris humilitatem*.

Homil. 1. ſuper miſſus.

ANNO MDLII.

96 S. Franciſcus Xauerius 2. Dec. 1552. moriens, familiares quaſdam preces, breuiter, atque ardenter vibrare in cælum auditus eſt ab iis qui aderant morienti: *O ſacratiſſima*, aiebat, TRINITAS! IESV, IESV *fili Dauid miſerere mei*! Inde ad IESV Matrem: *Monſtra te eſſe Matrem*: *Mater* DEI, *memento mei*. contentus nempe illam vno ſed ſummo & omnia miſericordiæ decora complexo Matris DEI titulo appellare. S. Germanus Patriarcha Conſtantinop. DEI Matris *nomen* vocat *ſignum dominicum & aureum*. Hoc ſigillo vitam ſuam obſignauit Xauerius. id quod ibid. optat S. Germanus ita ſcribens: *Quod nomen ore, & corde, & anima tota complector: quod vtinam in ore habere tunc poſſem cùm mors ad vltimum reddendum ſpiritum me compellet*.

Pro morte illam inuocare.

Oratio in Annunciat. B. V.

97 Precatoria S. Franciſci corolla è quâ DEI Matrem ſalutabat magno etiamnum in honore habetur. Illud paſſim eſt celebre, quod amico mercatori Malacam Meliapore nauigaturo, & pium quodpiam veteris amicitiæ mnemoſynon petenti, Xauerius eam quam ſemper geſtabat Deiparæ corollam è granis ad illam ſalutandum contextam donârit, impenſèque monuerit vt illam ſeruaret, ceu perpetuum pignus auxilij nullo in loco defuturi. Abijt MARIANO illo dono auctus mercator; ſed

Vid. Imag. 1. ſeculi pag. 631.

Donis Marianis amicos iuuare.

nauem

Digitized by Google

nauem tempeſtas fœda diſſoluit, peſſundedit. Mercator nauis fruſto cuipiam adhæreſcens, quinto poſt die ſe propè portum reperit vnde ſoluerat; disertè, perſanctéque teſtatus, ſe ſui planè inconſcium nihil de periculo in quo verſabatur cogitaſſe, verùm viſum ſibi cum Xauerio miſcere colloquia. Sic ille, Xauerianæ, ſeu MARIANÆ coronæ ſalutem debebat ſuam. Sic noſtræ in Deiparam pietatis inſtrumenta honorat Filius Virginis à nobis honoratæ. S. Ioannes Chryſoſtomus ad B.V. *Haurire*, inquit, *fac effusè omnes, ò amatrix Virgo benignitatis, de tuarum flumine miſericordiarum: & demum ſalutem nobis largire*. De Xauerii ac ſociorum in India MARIANIS auſpicijs egregiè rem Chriſtianam propagantium erga Deiparam ſtudio ſcripſit etiã Ferreolus Locrius MARIÆ Auguſtæ lib. 3. c. 24. M. S. apud Marracciũ Ode 8. 14. Aug. Menæa.

98 MARIA Ignatio Conſtitutiones hoc demum anno 1552. promulgatas ſcribenti fidelis à DEO Magiſtra, & conſultrix eſt data, vt legem illam igneam ſuis etiam maternis ignibus inflammaret, iuxta illud cap. 8. Prouerb. Per me Reges regnant: *& legum conditores iuſta decernunt*. Vt ergò ad hanc recurrebat legiſlator Ignatius dum illas conderet; ita nos ad hanc par eſt recurrere, vt, quod ille monet, nihil perfectionis quod Diuinâ gratiâ conſequi poſſimus in abſoluta omnium conſtitutionum obſeruatione noſtrique inſtituti peculiari ratione adimplendâ prætermittamus. Ad hoc nos inuitant hæc verba in S. P. Ignatij cubiculo tabellæ inſcripta: *Hìc S. P. Ignatius Societatis Conſtitutiones conſcribens videt Deiparam eas cælitùs approbantem*. Sic à maioribus accepimus, didicimuſque ab ijſdem, in MARIA præſidij plurimùm collocare ad eas quas illa cælitùs approbauit Conſtitutiones obſeruandas accuratione, *Regulas accuratè ſeruate.*

ita omnibus numeris abſolutâ; vt noſtra quoque erga leges eaſdem religio ab ea mereatur approbari. Dicamus Dei Matri & nos id quod dixit S. Germanus: *Experientia didicimus te eſſe vehementiſſimam noſtram defenſionem. Ad te confugimus tuus populus, tua hæreditas, tuus grex, qui tui Filij appellatione exornatur, & gloriatur. Non eſt reuera finis tuæ magnitudinis: non eſt numerus tuorum beneficiorum.*

In encomio de Zona B.V.

99 Eſt in S. P. Ignatij cubiculo (cuius partem oratorium in receſſu recondito obtinebat, & in quo Conſtitutiones conſcriptæ ſunt, vt vidimus) Beatiſſimæ Virginis Iesvm ſinu Ioanni paruulo blandientem, Ioſepho prope inſpectante, complexæ imago; ſub qua hęc ſpectatur epigraphe in altari: *Hìc ante hāc ipſam Deiparæ Virginis effigiem S. Ignatius et ſacrificabat, et orabat.* E regione imaginis alia tabella ſic habet: *Hìc S. P. Ignatius precationibus intentus, à Patre Ludouico Conſaluio ſæpiſſimè beata quadam luce circumfuſus conſpectus eſt:* Corā hac icone, vt perſanctè teſtatus eſt is qui hæc vidit, & ſacrificanti ſeruiuit, altari imponebat Ignatius quæ ſcribebat: vbi dubitationum nodos euoluebat, ſoluebat. Pendet iſtic nunc perpetuo lumine illuſtris lampas ita inſcripta: *D. Virgini M. Mariæ immaculatæ in ſacello S. Ignatij vt ardeat ſemper, Luſitaniæ Aſſiſt. dic.* Iſtâ conſultrice non errabis; quam laudatus proximè S. Germanus appellat *Dubiorum rationale: veteris nouique teſtamenti ſigillum.*

Dubitationes ſuas altari B.V. imponere.

In Natiuit. B. V.

100 S. P. Ignatius cùm magno mentis altæ conſilio præciperet de Scholaſticis admiſſis conſeruandis, poſteaquàm de ſtudijs dixit, & quid quoad ſpiritualia agendum perſcripſit, inter alia: *Itaque*, inquit, *horam vnam impendent recitando Beatiſſimæ Virgini officio, &c.* vbi aduerte, quâ conſtantiâ officium illud Virgini Matri exhiberi voluerit, cùm illi horam

Conſt. p. 4. c. 4.

Officium B.V. attentè recitare.

præ-

præſtitutam voluit aſſignari. Declarationes quoque, quas eandem cum Conſtitutionibus authoritatem habere voluit, cùm ea omnia quæ circa Scholaſticorum ſpiritum conſeruandum ſunt, Superioris prudentiæ reliquiſſent, adiecêre: *quamuis vnius horæ plus minus tempus ad Beatiſſimæ Virginis preces recitandas aſſumendum ſit.* idque primo loco ponit: tum addit alia opera pietatis. Quam nunc horam, vt ſolidius Filio & Matri præſtet obſequium Societas, meditandis vitæ CHRISTI, eiuſque Matris myſterijs (id quod illi pergratum eſſe didicimus) impendit. ita tamen vt non deſint qui officium quoque adijciant. Nemo verò eſt qui conſuetum aliquod Virgini Matri penſum & meditatione & vocis oratione non pendat. Huic officio intentum aliquando Ignatium admirabili Sanctiſſimæ TRINITATIS amore lumineque perfuſum dixi ſupra. Certè magni ſemper habitum eſt à Deiparæ clientibus officium MARIANVM. S. Franciſca Romana officium B.V. ad lucem è ſuo Angelo emicantem recitabat. Officium quoddam in B. Virginis honorem à S. Auguſtino eſſe compoſitum Marraccius, author verè vndequaque MARIANVS, in Fundatotibus MARIANIS teſtis eſt: *pag. 40.* quo etiam in libro refert Deiparam officio quotidie celebrari à Baſilianis, Dominicanis, Norbertinis, Seruitis, &c. Idem B.V. officium Carthuſianis mirè perplexis perſuaſum à S. Petro à B.V. miſſo, è cælis conſpicuo, ſic dicente: Ego vobis annuncio DEI Genitricem perpetuo ſuo patrocinio in hoc deſerto vobis affuturam, ſi in eius honorem horarias preces quotidie legere velitis. Ita ibi pag. 81.

Suos Deiparæ addictos velle, & vt ſint, procurare.

101 Coadiutores, quos ad familiares operas admittit Societas, benè ſemper ac ſeriò occupatos volebat, & ſi quid minùs accuratè agentes videbat, cor-

ripiebat S.P. Ignatius: & tamen voluit illis horam vnam, præter Sacri tempus, cæleſtis cuiuſdam otij aſſignari ad obſequia MARIANA, examen,&c. *Præter miſſam*, inquit, *horam etiam vnam recitando roſario vel corona B.Virginis impendent*. Et fortè idcircò examinis quoque in hora illa fit mentio, vt nobiſcum diſquiramus quomodo nos in hoc etiam pietatis officio habuerimus, horam craſtinam attentione maiore, Deiparæ, ac pietati præſcriptæ daturi: vt res non modò fiat, verùm etiam benè fiat. Eadem declarationum eſt mens, his verbis explicata: *Quod ad coronam, vel roſarium attinet, doceantur quomodo cogitari vel meditari myſteria, quæ in eo continentur, poſſint, quò maiori cum attentione & deuotione ſe in eo exercere valeant*. Felices horæ MARIANÆ, ſtipendiariæ felicis æternitatis. Atque hæc ego de Conſtitutionibus eo conſilio in hunc annum illigaui, quia illæ tametſi annis proximè elapſis elaboratæ, hoc tamen anno 1552. primùm, vt ante innui, foris vulgari per Siciliam, & reliquam Societatem ſunt cœptæ. Ab his nos certam quotidie horam DEI Matri dare didicimus: idque attentè, ac religiosè. Roſarij MARIANI admiranda refert Alanus, & ex illo cùm alij, tum laudatus Marraccius; vti & Sanctos qui illud cordi habuêre: illud S. Dominico à B. V. commendatum, ad ſingulas ſalutationes Angelicas ſingulos dæmones profligatos; hominem è monſtro priſtino vultui reſtitutum, cùm inſtar dæmonis omnibus terribilis appareret; animas ex abyſſo peccatorum erutas: & alia plura magnæ omninò admirationis, ac propè ſupra fidem. Quare magnum operæ pretium eſt illud attentè ac ita exequi, vti optabat S.P.Ignatius.

Marracci Port Mar. pag. 86.

In

Digitized by Google

ANNO MDLIII.

102 In more fuit P. Bartholomæo Buſtamantio vt B.V. coronam in itineribus recitaret: eiuſque moris pretium ſe tuliſſe arbitratus eſt quando per montis prærupta in altam ſabuloſamque voraginem vnà cum iumento volutabundus, & IESVM ac MARIAM inclamans; vnà cum mula ſaluus ac integer in formidabili illa abyſſo in loco prærupto & lubrico ſtetit; & ſalutem Deiparæ in primis, quàm tunc de coronæ ſerie ſalutabat, deinde B. Borgiæ oranti tulit acceptam. His vult à nobis floribus coronari DEI Mater, cui S. Thereſia poſt mortem viſa eſt florum ſelectiſſimorum faſciculum offerre; quos Beatiſſima Virgo hilari vultu acceptos CHRISTO obtulit; noſtras etiam coronas, ceu florum faſciculos, ſi ita vt par eſt eas ei obtulerimus, eidem oblatura.

In itinere coronam B.V. recitare. Orland. lib. 13 46.

103 B. Franciſcus Borgia Olyſſiponæ nouæ Deiparam colendi artis excogitator egregius, propenſam erga Deiparæ cultum Ioannam Philippi II. ſororem & Ioannis Luſitaniæ Principis coniugem, vnà cum aula ita inſtruxit. Ipſo naſcentis Deiparæ Virginis feſto ſingula matronarum ac puellarum in Ioannæ aula, & obſequijs degentium nomina ſchedulis ſingulis inſcripſit; deinde totidem in ſchedulas præclara MARIANARVM virtutum decora, & eximium aliquem illam colendi precandique modum adiecit. Mox pio ſortitu inito, ductis inde nominibus, hinc verò virtutum preçumque ſchedulis vt ſua cuiuis nomini particulatim ſcheda & virtus, ac Virginem venerandi ratio obueniebat, ſic ſingulæ hoc agebant, vt per octo dierum circulum, Deiparæ per illam virtutis ac precandi formulam venerandæ ſeſe piè accingerent, fructu non minore quàm guſtu curioſi ad pietatem ingenij. Applauſit enimuerò tam

ibid. n. 49. Natiu. B.V.

Excogitare ſolida erga B.V. obſequia.

iu-

Digitized by Google

iucundæ tanti tamque chari viri excogitationi ſapiens ac pius Ioannæ genius, atque familia: nec erat quæ non libentiſſimè capeſſiſſet. Verè feliciter impenditur ingenium, atque lingua in hiſce artibus excogitandis, & perſuadendis, ac proſeminandis. Ita hortatur B. Petrus Damiani dicens: *Hic totum decurrat ingenium, & aureus ſermo tota reluceat maieſtate.*

in Aſſump. B.V.

ANNO MDLIV.

104 Circa *Præſentationis Deiparæ feſtum*, S.P.Ignatius, iuſſu Pontificis, 14. Socios Lauretum miſit, de quibus ita Orlandinus: Magnâ cum animi voluptate vbi peruenêre vniuerſi, *ſanctam Deiparæ cellam* ſalutarunt, ſenſêrèque iuxta Patres fratreſque incaleſcere ſibi quodam recenti feruore pectus, & ad diuinum famulatum vires corroborari, *haud dubia ope ſanctiſſimæ Matris*, ſuæ illi ſedi fauentis. Eſt & hoc inter egregia MARIANÆ in Societatem beneficentiæ inſignia, quòd in Domo ſua, Societatis ſummâ Pontificis authoritate accerſitæ famulatu vti dignetur. At illa non ibi ſolùm, ſed vbique pro ſuis habet eos, qui obedienter ea obeunt quæ iubentur: neq; calorem illum negabit petentibus, quo vires nobis & animus ad munus quoduis egregiè obeundum intimè incaleſcat. Nam præclarè ait laudatus B. Petrus Damiani: *Cæteris per partes ſpiritus affluit; MARIÆ tota plenitudo gratiæ ſuperuenit.*

lib. 14. à n. 14.

Suos B.V. obſequijs addicere.

in Aſſ.B.V.

105 P.Leonardus Nunnez, qui in Braſilia vnus è primis fuit, hoc anno extinctus eſt. Hic ſuis ipſe manibus, & labore cum ſocijs in Braſilia templum erexit MARIÆ *Virginis Adiutricis*. Eius germanus P.Melchior Nunnez Goanus Prouincialis in Iaponiam profecturus, primùm ad Choamenſem Deiparæ Virginis inſulam ac templum, vnà cum ſuis Socijs ap-

appulit: vbi tanquam naui à turbâ puſillùm redu-
ctâ, ſe Deiparæ ſtitit; apud quam deliberauerat nu- *Ante iter longum ſe corã B.V. colligere.*
per de hoc ipſo conſilio. Ibi Melchiore ſacrificio
operante, ac inſtaurationem ante alios faciente,
coram ſacratiſſima Virgine MARIA, omnes DEO ſe in
holocauſtum ſacramento obtulêre, magnâ vbertate
lachrymarum, abuſque corde flagranter manantium
ad pedes Virginis, eorum quæ agebantur auſpicis &
ſequeſtræ. Quo exemplo excitatus etiam Ferdinan-
dus Legatus vir locuples, præter extemporales alios
æſtus, etiam annulos è digito detraxit, iiſque IESV
pueri materno in ſinu blandè confidentis manum
digitoſque ornauit; concepto etiam voto Societatis
ineundæ, cuius filios in DEI Matris cultu tam præ-
ſtanti pietate flagrantes videbat, & imitari cupiebat.
Canamus ante omnia negotia dulci receptui; vires &
conſilium accepturi in ſinu illius, quæ, vt ibid. ait
B.Petrus Damiani, *in aureo reclinatorio diuinæ Maie-
ſtatis incumbens intra Filij ſui brachia requieſcit*. Para-
ta eſt nos quoque illo ſinu fouere, vt inde ad ſuſci-
piendos pro DEI gloria labores benè inſtructi, parati,
alacres prouolemus.

106 P. Ioannes Polancus valdè cordi eſſe vo-
lebat confeſſarijs, vt pœnitentibus ad emendationem *Pœnitentes ad B.V. dirigere.*
vitæ conſilia ſalubria ſuggererent; atque inter alia,
vt pænitens frequenter recurrat, præcipuè ad CHRI-
STVM Crucifixum, *& Matrem circa crucem*: quod ille
ſuggerit cap. 3. Directorij confeſſariorum primùm
hoc anno editi, & noſtris confeſſarijs impensè ac
meritò commendati; ſæpè item corde repetere IESVS
MARIA; manè ter dicere *Pater* & *Aue* contra malas
cogitationes, verba, & opera. Ad gratiæ augmen-
tum, fontes, inquit, ipſi vnde haurire gratiam opor-
tet, oſtendendi ſunt pœnitentibus: ac primò quidem
exci-

Digitized by Google

excitanda eſt eorum deuotio ad Angelos, & Sanctos; *præcipuè ad Matrem gratiæ* MARIAM: cùm illa (vt ait Chryſol.) *ſemper humanæ præuia ſit ſalutis: & nomen illius ſit renaſcentibus ſalutare, quæ peperit mortificatorem mortis, redditorem vitæ, perpetuitatis authorem*; vt proindè hac Præſide, noſtra pœnitentia, & vitæ mutatio perpetuitatem ſperare poſſit.

S. 146.

107 Hoc anno 1554. iter Societas in Æthiopiam deſtinauit: vbi mos inductus, vt ante ſacrum à Noſtris edocti, hinc puerorum, inde puellarum chori canerent roſarium in hunc modum. Incipiebat puerorum chorus: *Benedictum & clarificatum ſit nomen* IESV. Tum puellæ: *Et Sanctiſſimæ Virginis* MARIÆ *Matris eius, nunc & ſemper. Amen*. Tum roſarium alternis canebant, inſerto inter decades intercalari acroamate: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*. In Braſilia, monitu Sociorum factum eſt id quod refert vita P. Ioſephi Anchietæ, quæ ait Neophytos non priùs ad ſacrificium audiendum accedere, quàm roſariâ illâ modulatione pentacontidem, ſeu quinque decades, decurrerint: vt eâ nempe induſtriâ ſe ſacrificio audiendo pararent, ac DEI Matris opem ad opus tantum benè peragendum flagitarent. Et meritò. Nam S. Ephrem Syro *hæc eſt canticum Cherubim, ac Seraphim; ac animæ noſtræ ſpes fida, & optima*. Vnde par eſt optimâ ſpe duci, fore, vt illa nos optimè ad ſacrificium illud præparet, ac deducat.

Roſarium B. V. canere.

lib. 2. pag. 163.

Ad ſacrũ ſe per B. V. parare.

De laudibus B. V.

108 Vindicias diuinæ Matri facere prompto ingenio, ad eius honorem pertinet, atque cultum. In Maſſæ oppido P. Syluester Landinus anno 1541. id fecit, cùm ibi *concionatorem quendam, fœdiſſimum ferentem errorem* de ſuperiore loco liberâ oratione coërcuit. Inferebat ille, præter cætera, *ſingulari*

Obijt 1554. Orland. lib. 7 n. 31.

Honorem B. V. defendere concionibus.

DEI

Digitized by Google

DEI *Matris candori intolerabile probrum*. docebat eam quotidianis noxis, & veniâ dignis aſperſam fuiſſe labeculis. In ſua patria eiuſdem cæli Auguſtæ honori, feſtiſque auguſtè celebrandis operam ſic nauauit, Orlandino autore. Agitabatur anniuerſarius Aſſumptæ in cælum Deiparæ dies, ſed in ſcurrilibus ſaltationibus, profaniſque lætitijs, cùm Sylueſter ab inſanis illis gaudijs CHRISTI plebem abductam ad veſpertinos in templo cantus, & meliora gaudia conuertit. Semper in illa, ſemper inueniemus quod laudemus, quod ad propagandum eius cultum iuuet. Roganda eſt illa, vt verba noſtra ſint ignis accendens, & ſolidum fructum ferant conatus noſtri. O MARIA, inquit Seraphica illa Virgo Cath. Senenſis, MARIA *templum Trinitatis*, ò MARIA *portatrix ignis*, MARIA *adminiſtratrix miſericordiæ*, MARIA *germinatrix fructus*:

Aſſumpt. B.V. ibid.

Abuſus tollere.

orat. 11.

ANNO MDLV.

109 Res oculatorum teſtium, & plurium fide certa eſt, id non noſtris tantùm, verùm & externis non ſine lachrymarum effuſione teſtantibus, quam narro è Turſellini hiſtoria Lauretana. Anno 1555. cùm vnus è Patribus Societatis IESV in Lauretana æde concionem de more haberet, ad populum, luce palàm, plurimis inſpectantibus, ignes quidam haud obſcuri cælo delapſi, ſacroſanctum ſacellum inſederunt: mox inde diffuſi circuire concionem, denique cunctis rei miraculo ſtupentibus, recipere ſe ſe in cælum. Biennio poſt cæleſtis flamma, concioni toti, ſacello, & ſacris pœnitentiæ tribunalibus inſedit. Aduerte ex his, & pluribus quæ iſtic narrat in rem noſtram Turſellinus, cæleſte nobilis flammæ ingenium. Videbatur Virgo Mater dilectos ſibi Patres in tota illa ſua domo, vbi nam eſſent, velut in-

lib. 3. c. 14. Feruorē ſpiritus per B.V. petere. *vid Incit. Grat. 14.*

neſtigaſſe : ac primùm in natali ſuo cubiculo ſupplices, tum concioni dicendæ, ac audiendæ intentos, denique ſacrâ animarum expiatione occupatos coronaſſe, incendiſſe : vt Spiritus Sanctus, ignis ille Sponſus Virginis, tam nos dum ad alios dicimus, vel confitentes audimus, quàm eos, qui nos audiunt, quique apud nos peccata expiant, documentum dediſſe videatur, debere nos ad MARIAM conuolare, ac à ſacro illius ſinu ignem haurire, dum ſiue cùm DEO, ſiue ad populum, ſiue ad eos, qui peccata confitentur loquimur : idemque præſtari debere ab ijs quos pœnitentes audimus, vel qui nos audiunt pro concione dicentes. Vt ergò is qui è ſacratiſſimis hiſce occupationibus meritò expectari debet fructus vtriſque reſpondeat abundè, MARIA confeſſionibus audiendis operam nauantium, MARIA concionem alloquentium, MARIA denique preces fundentium peccata purgans, mentes illuminans, nos DEO immortaliter coniungens flamma eſto. Sic S. Germanus Patriarcha de B. V. locuturus, Iſaiæ linguam carbone ignito tactam, mutuos ignes, cæleſtes flammas memorat; vt diuinis ijs facibus inflammata oratio ad celebrandam extollendamque MARIANI diei ſublimitatem efferat ſeſe, cumque Gabriele ignis in modum rutilante ſimul aduolet ad aures, & cor.

orat. 1. in Annunc. B. V.

ANNO MDLVI.

1110 S. P. Ignatius (quem eruditus Ioannes Tamayus in Martyrol. Hiſp. 31. Iulij *animam mundi myſticè vocitari ait*) hoc anno 31. Iulij cælo eſt aſſertus. Hic viſus eſt adſtare Beatiſſimæ V. imagini, & quendam de Societate coram illa ſupplicem Deiparæ impenſè commendare; Deiparâ eum, qui ab Ignatio commendabatur, amanter, hilarè que com-

Vi le Leon. de Anna l. 1. c. 31. Annuæ Aueniõ. 1601.

ple-

plexâ . Item alium ægrum . Hic Ignatius in illa
40. dierum cum cæleſtibus conſortione, feriâ qua-
dam ſecundâ inter dulces cordis æſtus iſtud quoque
lumen accepit , vt *ſanctos omnes vnicè rogaret, peteret-
que ab iis Matri, ac Filio commendari* : quin etiam, vt
IESVS, & MARIA *ſanctos omnes*, veluti tutelares , atque
ductores ſibi darent ad Sanctiſſimam Trinitatem .
Tum ſe ait multis lachrymis coopertum ea quæ de-
liberabat obtuliſſe , confirmaſſe , multa dixiſſe ; pro
Patronis, qui opitularentur, ad comprecandum San-
ctos Angelos , Sanctos Patres , Apoſtolos , diſcipu-
los, & Sanctos omnes adhibuiſſe , *per Dominam no-
ſtram*, & eius Filium : atque his iterùm diu multùm-
que ſupplicem ſe fuiſſe, vt ea quæ offerebant denuò Electio
confirmarent , & ſuis precibus ad Sanctiſſimæ Tri- caleſtis.
nitatis thronum proueherent . Quo tempore in la-
chrymas , & ſingultus effundi ſe , ac toto corpore
ipſiſque venis peruelli ſenſit , quaſi vltimò demum
id quod concluſerat confirmatum eſſet à Sanctiſſima
Trinitate , coram cæleſti curia vniuersâ ; redditis Gratias
prolixè gratijs Sanctiſſimæ Trinitati , ſingulíſque di- Deo per
uinis perſonis ; tum Matri , & Filio , ſanctiſque An- B. V. &
gelis, SS. Patribus , diſcipulis , & Sanctis omnibus , SS. red-dere.
& omnibus in terra, à quibus in hoc negotio fuerat
adiutus . Tum ſacrum , non quidem cum tanta la-
chrymarum vbertate , neque tamen ſinè lachrymis ,
calore totus inter anhelitus æſtuans, celebrauit .
Experiebatur tunc Ignatius id quod S. Germanus
Patriarcha dixerat olim ad Virginem : MARIA *pre-
tium pretiorum , dignitatum dignitas , & ſummitatum
ſummitas : voluptas mei animi , æſtus quem patior diuinâ* *orat. 2 in*
irroratio, cordi meo exſiccato gutta manans à DEO, *dux* *Præſent.* B.V.
egenis meis conſilijs .

111 Vt noſter amor in Deiparam , & cultus

eiuſmodi ſit, qualem eſſe vult DEVS, id eſt, ſolidus, & gratus Virgini, hoc in Exercitiorum libro toto calamo, & exemplo ſuo docuit S. P. Ignatius; cuius exemplo nos quoque ſi quid eam in rem idoneum occurrat, ſcribemus, alioſque docebimus, & ipſi exequemur: vt amor Marianus ſit ille verus Hercules, qui hoc in nobis Augiæ ſtabulum purget. Certè Beatiſſima V. per Gabrielem Archangelum ſignificauit, ſibi ab ijs, qui exercitia S. P. Ignatij obirent gratum præſtari obſequium. Ergò in aureo illo exercitiorum commentariolo in 2. exercitio docet quomodo cor, ac noſtra tempora, & munia omnia introſpicere, peccata expendere, nos coram DEO, & Beatorum Republica vniuerſa, tanquam vlcus ſiue apoſtema, ſanie, ac lue peccatorum tabeſcens, deteſtari debeamus: tum expensâ infinitâ æterni DEI Maieſtate, eaque particulatim in ſuis attributis conſideratâ, & cum noſtra ignorantiâ, malitiâ, iniquitatibus collatâ, docet in exclamationem protumpere, ex commotione affectus vehementi, admirando valdè, quomodo creaturæ omnes (diſcurſu facto per ſingulas) nos ſuſtinuerint tam diu, & hucuſque viuos ſeruauerint: quomodo Angeli diuinæ iuſtitiæ gladium ferentes, æquo nos animo tulerint, cuſtodierint, ſuiſque etiam iuuerint ſuffragijs, quomodo pro nobis interceſſerint Sancti, quomodo Cælum, Sol, Luna, & alia ſidera, elementa, cunctaque animantium genera, & terræ germina, debitæ vindictæ loco nobis ſeruierint; & quo denique modo non abſorbuerit nos dehiſcens tellus mille infernos reſerans, in quibus perpetuas pœnas daturi eſſemus. Hos ille calores vbi explicuit, in 3. exercitio eoſdem repeti voluit, ſuaſitque illis diutiùs, & diligentiùs immorandum. Tum verò occurrente

Peccatis expenſis colloquiũ ad B.V. inſtituere. Vita Aluarez c. 43. §. 1.

rente

rente nobis ſpirituali motu in re tanti momenti, quanti eſt perfecta cordis puritas, velut calente adhuc ferro, *colloquium ad B. Virginem*, tum *per hanc* ad CHRISTVM, & per hunc ad DEVM Patrem habendum. Do illius verba quibus pro via purgatiua nobis dat MARIAM, quæ nos ad IESVM, & ad Patrem ducat, ac ea impetret, quæ ſunt velut viaticum & annona viæ purgatiuæ, adeoque ipſius æternitatis. Ita ergò docet: Colloquium primum fit *ad Dominam noſtram* flagitando interceſſionem eius apud Filium, & gratiæ impetrationem nobis tripliciter neceſſariæ. Primò, vt internam criminum noſtrorum cognitionem, ac deteſtationem ſentiamus. Secundò, vt operum noſtrorum agnoſcentes abhorrenteſque ordinem peruerſum, correcto eo, noſmetipſos ſecundùm DEVM rectè ordinemus. Tertiò, vt perſpectâ, & damnatâ mundi prauitate, à rebus mundanis, ac vanis nos recipiamus. His expletis, ſemel recitetur; *Aue* MARIA. Idem deinde à CHRISTO petit in ſecundo, idem ab æterno Patre in tertio colloquio: quæ tria, qui à Beatiſſima DEI Matre, ſeu per illam à DEO, impetrabit, næ ille feliciter decurret viam purgatiuam, & ſapienter diſponet aſcenſiones in corde ſuo ad illuminatiuam, ac vnitiuam. Hanc enim Virginem à S. Gregorio Thaumaturgo, ipſius Deiparæ diſcipulo, didicimus eſſe *piorum perfectum exemplum, lucis indumentum, & virtutis domicilium*.

B. Virginem viæ purgatiuæ è cōſilio S.P. Ign. præficere. *pag. 11.*

ſerm. 2. in Annunc. B.V.

112 Deinde hebdomadæ ſecundæ initio in contemplatione Regni IESV CHRISTI S. P. Ignatius CHRISTO nos ad inimicos debellandos, atque ita ad Patris gloriam inuitanti, laboreſque vnà ſecum ſubeundos, & poſtea præmia, proponenti reſpondere docet ferè in hunc modum: En, ò Rex ſupreme,

Item illuminatiuæ. *pag. 51.*

ac

ac Domine vniuerſorum, tuâ ego licèt indigniſſimus, fretus tamen gratiâ, & ope, me tibi penitus offero; meaque omnia tuæ ſubijcio voluntati; atteſtans coram infinita bonitate tuâ, nec non *in conſpectu glorioſæ Virginis Matris tuæ*, totiuſque Curiæ cæleſtis, hunc eſſe animum meum, hoc deſiderium, hoc certiſſimum decretum: vt quam poſſim proximè te ſequar, & imiter. Huc etiam oculos referre viſus eſt, cùm formulæ votorum, ad firmitatem, & incitamentum ſeruandi ea quę promittimus inſeruit: *coram ſacratiſſima Virgine* MARIA, vt præſide votorum noſtrorum. Benè illam in teſtem, adiutricemque noſtræ quam CHRISTO debemus imitationis accipimus, quæ ipſa CHRISTVM eſt præſtantiſſimè imitata. Quandoquidem, teſte Iſidoro Theſſalonicenſi, *efformabat ſeipſam, & effigiabat, vti pictor peritus, intuens in imaginem opificis, & Filij ſui*.

orat.4.

Fidem, & mores noſtros cultu B. V. erudire.

113 Illa eſt ars Deiparam ſolido amore amandi, quæ in fide fundatur, & mores emendat. Hoc agit, hoc docet S.P. Ignatius, cùm ad id omnia dirigi iubet. In primæ diei meditatione in 2. hebdomada conſiderat quomodo perſonæ tres diuinæ vniuerſam terræ ſuperficiem ſpeculantes hominibus refertam; qui ad infernum deſcendebant, in deitatis ſuæ æternitate decernunt; vt ſecunda perſona, pro ſalute humani generis, naturam hominis aſſumat. Vnde adueniente tempore præſtituto, Archangelus Gabriel *ad Beatam Virginem* nuntius deſtinatur. Tum ſubijcit oculis in vniuerſo terræ ambitu omnes gentes; deinde dicit, vt ad certam mundi partem *domuncula ſpectetur Beatæ Virginis* apud Nazareth in Prouincia Galilææ ſita. Deinde contemplandæ erunt perſonæ tres Diuinæ, è ſolio Regali ſuo intuentes omnia hominum genera, in ſuperficie terræ

caeco-

cæcorum more viuentium, paſſimque morientium, & deſcendentium ad infernum. Poſtea *Virginem* MARIAM *cum Angelo eam ſalutante* conſiderabimus. Aduerte verò quò iſta omnia tantâ mentis, & imaginis menti tam particulatim ſubiectæ apparatione ducat bonus MARIANI amoris Magiſter Ignatius. Sic enim concludit: *aliquid inde ſemper ad nos reflectendo: vt ex conſideratione tali fructum aliquem referamus*. S. Gregorius Thaumaturgus ait B. Virginem eſſe *omnium myſteriorum vas, & receptaculum*. Ex hoc vaſe docet Ignatius modum ea colligendi quæ proſint, & proſint ad vtilitates ſolidas, & æternas.

ſer. 2. in Annunc. B.V.

114 Monet in eadem amoris beati arte, atque induſtriâ magnus Aſceſis Marianæ doctor Ignatius meditantem, vt auditu interno excipiat quid dicant, *Virgo, & Angelus in cellula de Incarnationis myſterio tractantes. Quorum omnium reflexione, ſeu applicatione quadam ad meipſum facta ſtudebo ex ſingulis non nihil fructus decerpere*. Vult etiam ad actiones aduerti: vtpura quomodo Angelus ſuâ fungatur legatione, & *Beatiſſima Virgo humillimè ſe gerens, diuinæ gratias agat Maieſtati. Ex quibus ad nos ipſos reflexis fructus eſt legendus*. Sic ille. *Fuit* MARIA (S. Ephræm Syri verba ſunt) *Patri arbor, Filio Mater, hominibus fons Spiritus*. Ex hac arbore cum Ignatio fructus legendi ſunt: ex hoc fonte ſacer quidam, & ſerius ad cæleſtia ſpiritus hauriendus.

E dictis, & factis B. Virginis proficere.

De margarita pretioſa.

115 Hoc etiam, vt exquiſitos Deiparam alloquendi modos quæramus, didicimus ab Ignatio, vbi ait: Colloquium poſtremò ſubijciam, *diſquiſitis ſtudioſè verbis, quibus* diuinam quamlibet perſonam, Verbum incarnatum, & *ipſius Matrem, dignè valeam compellare*: petendo etiam pro affectu, quem in me ſenſero, quicquid ad maiorem iuuet imitatio-

Adhibere ſtudiū in verbis quibus B.V. alloquamur.

tionem Domini mei IESV CHRISTI, velut nunc recens incarnati. In vita Bonfilij, & ſociorum, qui Seruorum B. V. ordinem fundauêre, memoratur Florentiæ optimatum cœtus, cui nomen fuit *Societas laudantium B. Virginem*. Quoties oraturi ſumus, cæleſtium optimatum chorum ingrediamur; & ex illis ac nobis conflетur talis cœtus: & Societas IESV vniuerſa ſit *Societas laudantium B. Virginem*.

Marracci pag. 199.

116 In ſecunda contemplatione, quæ eſt de Natiuitate, comitem ſe adiungit Ignatius ab egreſſu B. Virginis ex oppido Nazareth: meditaturque quomodo iam nono menſe grauida, & inſidens aſinæ (vt piè meditari licet) ac Ioſeph comes, cum ancillula, & boue profecti ſunt Bethleem, tributum à Cæſare exactum pro ſe ſoluturi. Deinceps etiam natiuitatis locum rimatur, ſpeluncæ ſimilem. Primum punctum eſt aſpectus perſonarum, vt *Virginis Deiparæ*, & Ioſeph, & CHRISTI Domini, vt infantis nunc primùm nati. Inter quos, inquit, me adeſſe fingam, tanquam *pauperculum, & ſeruulum indignum*, eos ſpectantem, contemplantem, eorum vtcunque neceſsitatibus *cum reuerentia maxima famulantem: ac inde quid ad me redire emolumenti, ex tali ſpectaculo poſſit diſpiciam*. Hæc ibi. *Dulcis Dominus*, inquit B. Petrus Damianus, *dulcis Domina: quia ille Dominus* DEVS *meus, miſericordia mea: hæc Domina mea, miſericordiæ porta*.

Deiparæ ſe inſtar ſerui pauperculi dare.

et pag. 141 de annun. B. V.

117 Idem quarto die 2. hebdomadâ de duobus vexillis meditatur, vnò quidem IESV CHRISTI optimi noſtri Imperatoris; altero verò Luciferi hoſtis hominum capitaliſsimi. Colloquium poſtea formandum iubet *ad B. Virginem. Imploranda eſt*, ait, *per eam à Filio gratia, vt recipi poſſim, & manere ſub vexillo eius*. Terminabitur primum hoc colloquium, per

Sub vexillo Ieſu perſeuerantiã per B. V. petere.

per *Aue* MARIA. Idem peti ab ea iubet in meditatione de tribus hominum claſſibus, vt in bonis potiſſimam, ſeu optimam, partem amplectamur; vt nempe non ſimus contenti illorum claſſe, qui optant quidem acquiſitæ rei exuere affectum, vt conciliari DEO poſſint, ſed media debitaque adminicula non admouent; nec alterâ claſſe, quæ affectum malè ordinatum auferre cupit, ſed rem interim mordicus tenere, ac DEVM potiùs trahere ad votum proprium, quàm relicto impedimento per conducibiliorem ſtatum ad eum tendere. Petendum ergò eſſe *per Deiparam* à DEO in tertia claſſe collocari, quæ affectum inſincerum volens abijcere, rem ipſam vel tollere, vel tenere æquè parata eſt, prout ad diuinum cultum commodius fore, vel ex diuino inſtinctu, vel ex rationis dictamine animaduerterit: nec aliam dimittit relinquendæ, aut retinendæ rei acquiſitæ cauſam præter rationem, ac deſiderium diuinæ gloriæ, vt quàm maxima ſit. Hoc eſt quod à Virgine, per hanc à Filio, per hunc à Patre æterno petendum ſuggerit, altè in rem, ac adyta ſanctitatis ingreſſus, & nos ducens Ignatius: vt nihil habere velimus niſi id habere ſit ad maximam DEI gloriam; vel certè maiorem quàm non habere. Iſta claſſis eſt electorum. Mihi verò hic in re tam excelſa, & nobili acquirenda: iiſdem Deiparam verbis alloqui venit in mentem quibus illam allocutus eſt S. Ephræm Syrus: *Non nobis alia quàm in te* (poſt Filium) *fiducia, ò Virgo ſinceriſſima. Ex vlnis ſiquidem Maternis* (naſcentis in Patre Ignatio Societatis Matris) *tibi, Domina noſtra, deditì ſumus.*

Inter bona vt optima eligas, per B.V. rogare Deum.

Prudentiam Sãctorũ per B.V. poſtulare.

de laud. B. V.

118 Accuratè, ac particulatim expendit vitam Beatiſſimæ Virginis S.P. Ignatius verbis cùm ſuis, tùm potiſſimum Euangelij, & myſterij. Conſide-

à pag. 98.

Digitized by Google

rat modum Angeli Virginem ſalutantis, & diuini Verbi conceptionem ei nunciantis: quid reſponderit Virgo ſancta: quomodo inuiſit MARIA Elizabeth, ac S. Ioannes in vtero exiſtens ſenſit MARIÆ ſalutationem, & geſtijt: quomodo B. Virgo in hoc canticum præ lætitia prorupit: *Magnificat anima mea Dominum*. Tum reliqua myſteria meditatur. In circumciſione deinde, *Redditus*, inquit, *eſt Matri ſua Puer, quæ illi compatiebatur de ſanguinis viſa effuſione*. De Baptiſmo puncta præſcribens, ait: *Matri valedicens* è Nazareth ad Iordanis flumen ſe contulit, vbi tunc Ioannes baptizabat. In nuptijs: *deficere vinum Mater commonuit, & miniſtris dixit; quodcunque dixerit vobis facite*. Inter myſteria in cruce facta, conſiderat verba, quæ dixit CHRISTVS, *Matrem*, & Ioannem, ſibi mutuo commendans. In myſterio ſepulturæ: de cruce ſublatus eſt mortuus Dominus per Ioſeph, atque Nicodemum *in conſpectu ipſo Matris affliƈtiſſimæ*. Vide quomodo Deiparam vbique indagans, velut pro igne augendo inducat, vt nos ad imitandum alliciat in ijs, quæ dicenda ſunt, vel agenda. S. Fulbertus. *Depromebant*, inquit, *virtutes in cognitione, & affeƈtu cordis* MARIÆ *ineffabilem harmoniam, quam ipſa creatrix, & inhabitatrix eius* DEI *ſapientia deleƈtabatur audire. Coruſcabat foris in ſuperficie ſermonis, & aƈtus: vnde meritò poſſent homines glorificare* DEVM, *& exempla ſalutis accipere*. Ita Sanctus hic dixit; ita fecit exempla ſalutis vbique, colligens à MARIA Ignatius.

B. V. vitã particulatim põderare.

S. 1. *de Nat. B. V.*

119 Iam inde à Circumciſione conſiderat S. P. Ignatius quid CHRISTVS patiatur, & *quomodo Mater illi compatiatur* de ſanguinis viſa effuſione.

In eo ſequi modum S. P. Ignatij.

In III. Exercitiorum hebdomada, die VII. vult, vt per diem totum conſideremus, quàm licebit

bit frequentiſſimè, quo pacto Sanctiſſimum IESV CHRISTI corpus remanſerit ab anima ſeiunctum: & vbinam aut quomodo ſepultum: *item quæ fuerit Beatæ* MARIÆ *Matris ſolitudo, deſolatio qualis, & quanta afflictio*. Docet hîc S. P. vt aſſueſcamus compati Virginis Matris doloribus, cuius ille (vt aliàs dicam) dolentis imaginem ſecum geſtabat in ſinu: verbo atque exemplo monſtrans nobis illud *ſalutis compendium*. de quo CHRISTVS S. Brigittæ lib. 6. c. 97. de quodam ſaluando loquens ait; ob conſuetudinem quâ compatiebatur dolori Matris CHRISTI ſaluandum: *Quia*, inquit, *conſuetudo ſua fuit compati dolori eius, quoties eam conſiderabat, & audiebat nominari, ideò compendium ſalutis ſuæ inuenit*. Sic ibi. *Romanæ editionis 1606. pag. 604.*

120 Adeò conſentaneum rationi putat illum bonorum Theologorum de liberalitate DEI, & gloria Matris DEI ſenſum S. P. Ignatius quo aiunt non eſſe negandum, eam gratiam datam fuiſſe Virgini, quæ alicui Sanctorum eſt conceſſa, vt eo ſenſu ad exaggeratum de gratia gloriaque DEI Matris cumulum mente concipiendum pro compendio vtatur; ſatiſque illi ſit, à DEO aliquid gratiæ conceſſum Sanctis alijs, vt dicat id etiam DEI Matri conceſſum. Atque in hoc piè acuit aciem intellectus. *Primùm*, inquit, *apparuit Dominus Matri ſuæ, poſtquam reſurrexit, cùm dicat ſcriptura, quòd apparuit multis. Licèt enim eam nominatim non exprimit, id nobis tamen relinquit pro certo, tanquam intellectum habentibus: ne alioqui iure audiamus illud: Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?* Quocirca iuxta Ignatium, quæ de SS. aliorum gratia, vel gloria dicuntur, DEI Matri negari non debent, ſi faciant ad maiorem illius gloriam, niſi parùm intellectus attuliſſe ad conſideranda diuina videri velimus. Vbi etiam attende Ignatium

pag. 118. Iudicare quicquid Sanctis datũ eſt boni non debere negari B.V.

ad ſolidè firmandum ſuum, & noſtrum erga Dei Matrem amorem, geminum veluti polum adhibere, ſcripturam diuinam, & rationis ductum: vt ſit rationabile obſequium noſtrum. Michael Palæologus Imperator Deiparæ Matri ſic loquitur: *Ad inſtar ſponſi exoriens Filius tuus, ò Puriſſima, è ſepulchro te primam Diuinis lætitiæ ſplendoribus illuſtrauit.*

ex Theoticis in Canone in 5. Paſcha.

E gaudio B.V. fructum decerpere.

121 Amare eſt flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus. Soles ei quem amas de iis, quæ læta illi veniunt gratulari, atque vnà gaudere. Ab iſto gaudio quartam orditur hebdomadam Exercitiorum S. P. Ignatius, vbi in contemplatione prima meditatè perpendit, quomodo Iesvs Dominus poſt reſurrectionem apparuit *S. Matri ſuæ*. In prælūdio ponit hiſtoriam: quomodo poſtquam expirauit Dominus in cruce, ſepulto corpore, ſed Diuinitati ſemper ſociato, ipſe in anima, diuinitati quoque continuè vnitâ, deſcendit ad inferos: ereptiſque inde iuſtorum animabus, rediens ad ſepulchrum, corpus cum anima denuo vniuit; ac reſurgens demum *apparuit Beatæ Virgini Matri ſuæ viuus*, vt piè, ac veriſimiliter credendum eſt. In ſecundo ſpeculandum accipit ſepulchri ſitum, & *B. Virginis domicilium: cuius*, inquit, *formam, partes, & reliquam diſpoſitionem, vt cellulam, & oratorium ſingillatim perſcrutabimur.* Vide quantâ cum accuratione moratur in Virginis cubiculo, quàm attentè aduertit ad ſingula: vt eius exemplo edocti ne obiter iſta percurramus: denique vt ad Christi, & eius Matris dolores corde toto hauriendos gratia eſt petenda; ita pro gaudijs conſilium dat Ignatius, dum ſuggerit gratiam petendam, vt ſcilicet immenſum Christi, ac *Matris gaudium* participemus. Baronius, Vetus, inquit, traditio per manus maiorum, ac

anno Chriſti 34. n. 183.

per

per ſubſequentia ſecula ad poſteros dilapſa teſtatur, CHRISTVM *apparuiſſe primùm omnium Sanctiſſimæ Genitrici* MARIÆ, *quod nemo pius puto negarit*.

122 Ad eximium DEI Matris cultum inter ſumma eius capita pertinet illam imitari. S. P. Ignatius poſt CHRISTI imitationem proponit cæleſte hoc exemplar in quinque ſenſuum ſuorum vſu imitari volenti; vt quemadmodum factæ ſenſuum ſuorum examinationi oratio Dominica eſt ſubijcienda ad CHRISTI imitationem impetrandam; ita *ſi ſimilem affectet B. Virginis imitationem, ei ſe commendet, tanquam à Filio id impetraturæ; & ſalutationem Angelicam, dum ſenſus excutit identidem recitet*: qui primus eſt orandi modus. Scitè oculos noſtros, & cor ad MARIAM dirigit S. Fulbertus Epiſcopus his verbis: *Oportet inter fluctus huius ſeculi remigantes attendere maris ſtellam hanc* MARIAM, *quæ ſupremo rerum cardini* DEO *proxima eſt; & reſpectu exempli huius curſum vitæ dirigere: quod qui fecerit, non iactabitur vanæ gloriæ vento, nec frangetur ſcopulis aduerſorum; nec abſorbebitur ſcyllæa voragine voluptatum*. Hæc Fulbertus Carnotenſis.

Imitatione colere B. Virginem.

pag. 95. In quinque ſenſuum vſu B. Virginem imitari.

Serm. de Nat. B. V. fol. 134.

123 Angelica ſalutatio cenſetur ſuprema, & omnium gratiſſima DEI Matri oratio, quocirca præcipitanda non eſt lingua, vt illam ex vſu frigido decurrat; verùm ſequendum S. P. Ignatij exemplum, & documentum, vbi tradit ſecundum modum orandi, qui conſiſtit in *vocum orationis ſingularum perpenſa ſignificatione*. Vult ibi ſitum orantis compoſitum ad animi pietatem, oculos verò clauſos, vel defixos in vnam partem (v. g. *in imaginem B. Virg.*) non verò huc, & illuc motos: itum in prima orationis meditandæ voce figi meditationis pedem, quamdiu circa eam variæ nobis ſignificationes, ſimilitudines, ſpiritua-

Aue M. per 2. modum orãdi, & Salue Regina expendere. *pag. 95. 96.*

ritua-

rituales guſtus, & aliæ commotiones deuotæ incident: & ita deinceps per ſingula verba factitandum. pro oratione verò ita expendenda ponit primo loco orationem Dominicam: poſt quam *ſuccedit,* inquit, *Salutatio Angelica: Salue Regina.* Monet etiam in tali precationis cuiuslibet ruminatione horæ ſpatium inſumendum. Adhæc, inquit, oratione qualibet ſic completâ, perſonam illam ad quam pertinebat (in oratione Dominica v. g. æternum Patrem, in Salutatione Angelica Beatiſſimam Virginem) paucis compellabimus, virtutem aliquam, aut gratiam petentes quâ maximè indigere nos ſenſerimus. Dabo hîc ea quæ de *ſalutationis Angelicæ* laudibus adnotauit Sanctus Baſilius: *Eſt campus ſeminum omnium virtutum, flumen immenſæ ſuauitatis, infinitæ fertilitatis, copioſæ fæcunditatis; arcus, & ſagitta quibus hoſtes vulnerantur: lancea qua confodiuntur.* Sic ille. Meditari ergò ſalutationem Angelicam eſt ſeminare virtutes, de flumine illo ſuauitatem haurire, ac fæcunditatem; arma contra hoſtem feliciter expedire.

Fund. Mar. p. 16.

124 In verbis proximè relatis vult Ignatius, vt à B. V. petamus virtutem aliquam, quâ nos maximè indigere ſenſerimus. Et vbique, ſi benè aduertas, videre eſt in S. P. Ignatij de Virgine documentis, & exemplis, quòd ad hunc ſcopum tendat, vt illa ſit nobis Magiſtra virtutis, vt nos perficiat, & ducat ad DEVM; vt iam nouum mihi non ſit id quod de S. P. Ignatio dicebat ſapientiſſimus Lainez, qui omnia Ignatij acutè obſeruabat: MARIAM à CHRISTO *datam Ignatio tanquam præcipuum inſtrumentum ad eximia decora præcelſæ virtutis.* Quo ille inſtrumento egregiè profectò, ac ſcitè eſt vſus ad omnes numeros amoris, & ſolidi ad virtutem, & teneri ad liquidam pie-

Petere virtutem quà maximè indigemus.

Digitized by Google

pietatem. Verè, iuxta Chryſologi ſententiam, centies repetendam, vt memoriæ altè inſideat, MARIÆ *nomen eſt* DEI *ſacrificium*, *Collegium ſanctitatis*. In hoc Collegio, ad huius Collegij leges viuere noſtra Collegia, & omnia domicilia voluit S.P. Ignatius: vt proindè non immeritò erraſſe videatur is, qui planè inconſideratè dixit; Noſtros Deiparæ ferè nimioperè addictos, DEI amorem negligere. Nos verò tot in Societate documentis experimur, id quod de Ignatio dixit Laynez feliciter, ſiue exempla noſtrorum ſiue libros legamus, quòd hæc pietas nobis à DEO per Virginis implorationem impetret cæleſtia quædam pulcherrimæ in diuino amore incenſionis incrementa. *Serm. 146 poſt medium.*

125 Andreæ Flandro tentato, S.P. Ignatius, oratione primùm in ſacello factâ, tres iulios pro viatico dari iuſſit; & à Societate non dimiſſo, licèt id peteret, verùm ad B. Virginem Lauretum ire iuſſo dixit, vt ad illud ceu oraculum, iter, conſilium, auxiliumque capeſſeret, atque ibi de Societate deliberationem concluderet. Paruit Andreas: & coram B.V. Laureti ſacro inſtinctu diuinitatis perculſus, in Societate perſeueranter perſiſtere elegit. Aiebat S. Bruno: MARIA *dæmonem ligauit, & vicit: cuius hamo Leuithan captus eſt: cuius ſapientia quaſi latro, & vile mancipium ligatus eſt*. Expertus id Andreas gauiſus eſt ſe Ignatij vſum conſilio, victoriâ potitum de dæmone, vt cane, ne mordeat, alligato. Tētatos ad B. V. dirigere. *Serm. 2. de nat. B. V.*

126 Non ſolùm in meditatione, ſed etiam cùm voce depromitur Angelica ſalutatio, eſt expendenda. In eam rem orandi modum ponit S.P. Ignatius, vt inter ſingulas reſpirandi vices ſingula orationis alicuius verba tranſmittamus, expensâ interim, vel ſignificatione prolatæ vocis, vel perſonæ ad quam ora- Tertio orandi modo B. Virginē colere.

Digitized by Google

oratio ſpectat dignitate, vel meâ ipſius vilitate, vel vtriuſque poſtremò differentiâ. Finitâ iuxta hunc orandi modum precatione Dominicâ, ſumatur *Angelica ſalutatio*, ſimili reſpirationum interuallo tractanda, per paria anhelituum, ac vocum interſtitia. Qua in re quàm pretioſa ſit Deiparam colendi induſtria nemo non videt, Ignatio per omnes illam colendi artes verſato, atque iam ad virtutes alias illius ope alendas, iam ad rectè orandum vnicè vbique ſolidèque attento: vt qui hoc Ignatij ductu ad MARIAM adit, & viuere, & orare benè condiſcat, illo ſenſu intimæ voluptatis quem tum primùm experietur cùm ſe MARIÆ per Ignatianas artes, in via purgatiua, illuminatiua, vnitiuâ, purè, diligenter, amanterque colendæ totis viribus conſtanter accinxerit. Omnes hi theſauri latent in ſalutatione Angelica; quæ, S. Hieronymi elogio, dicitur *arbor ſuſcitans mortuos, ſanans infirmos, conſeruans viuos: mons* DEI, *quo homines in bono firmantur*.

apud Marraccium in Fund. Mar. pag. 23.

127 Poſteaquam S. P. Ignatius rationibus adductis ſuaſit optimam ſua deſtribuendi rationem, habitâ interim ratione perſonarum, & ſtatuum ipſorum, adiecit: *ſicut in Matrimonio exemplum præbent S. Ioachimus, & S. Anna, qui diuiſis per annos ſingulos facultatibus ſuis in tres partes, pauperibus vnam erogabant, alteram dicabant in Templi, & diuini cultus miniſterium, & tertiam poſtremò neceſſitati ſuæ reſeruabant*. Quapropter ad cultum Deiparæ pertinet, vt ſanctiſſimorum eius parentum cultum alijs quoque commendes, & illorum exempla alijs narres; vt illis ad virtutem incitentur ij, qui te audiunt. Certè non ſecus ac MARIÆ Filius dixit: Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt; ita Virgo noſtra

p. 135. Etiã parentũ B. V. virtutes imitari.

Matth. 12. 46. *Marci* 3. 35. *Luca* 8. 20

Filium

Filium imitata, nos fratrum, ſororum, imò Patris ac Matris inſtar, charos habebit, ſi eos in ſolidis virtutibus imitemur. Exercitijs S.P.Ignatij coli B.Virginem eximiè, vide vitæ P.Balth. Aluarez c.43. §.1.

128 De S. Patre Ignatio P. Andreas Pintus in opere de Deipara ab originis labe præſeruata, inter alia vbi Ignatium totum pro piæ de immaculata B.V. Conceptione ſententiæ veritate ſtetiſſe ait, hæc habet è m.s. veteri codicillo: dum Romæ Doctor Olaue ex noſtris acerrimam pro Conceptione immaculata figeret concluſionem, temperandam præcepit Ignatius: quia licèt veram haberet, & à ſuis in ſuggeſtu illam prædicari vellet; tamen in diſputationibus ſuauiter, & abſque felle volebat proponendam. Ita Matrem DEI diſcamus à Patre noſtro colere citra fel, & modeſtè, quæ ſuas laudes felle ſcribi non vult. Eſt Mater pulchræ dilectionis. S.Baſilius Seleuciæ Epiſcopus; *Cùm*, ait, *multa bona quæ nullius oratio poſſit aſſequi Deiparæ opera nobis contingant, eam benemerenti vicem rependamus, quæ in nos reciprocetur. Quam? Charitatem mutuam. Vinculo charitatis nobis inuicem colligati, ante Deiparam voces effundamus*. Quia verò hic annus Ignatio inter mortales extremus fuit, iuuat hîc pro corollario illud memoriâ repetere quod aiebat P. Iacobus Laynez ad rem planè noſtram attemperatè; atque appoſitè: MARIAM à DEO electam tanquam præcipuum inſtrumentum ad iuuandum Ignatium.

anth l. l.18.§.7. n.1297.

Honorẽ B.Virginis citra modeſtiæ detrimẽtum defendere.

Orat. in Annunc. SS. Deip.

129 Ignatij etiam è fonte hauſta ſunt illa quæ de cultu B. V. magiſtris præſcripta ſunt: Hortetur magiſter ſuos potiſſimùm ad orandum DEVM quotidie, præcipuè verò ad *Coronam B.Virginis, aut officium quotidie recitandum*, ad excutiendam conſcientiam, &c. Priuatis etiam colloquijs eadem ad pieta-

Reg. comm. Prof. Claſſ. infer. 5. 6. 7.

Scholarũ noſtrarũ auditores in cultu B. V. educare.

Digitized by Google

tem pertinentia *incalcabit*. Litanias Beatiſſimæ Virginis Sabbato ſub veſperum in ſua claſſe recitari iubeat; vel, ſi moris ſit, in templum ad eaſdem cum cæteris audiendas ducat. *Pietatem verò in eandem Virginem*, & Angelum etiam Cuſtodem diſcipulis *diligenter ſuadeat*. Hæc ibi.

ANNO MDLVII.

Vide Incitamenta n. 16.

130 Iacobus Ledeſma, vir doctus, dum de Societate IESV ineunda deliberabundus circa perſeuerantiam, & puritatis perpetuò retinendæ integritatem ſibi metueret, à Deipara eſt adiutus, eo modo quem n.65. refert Sacchinus. E cantu de puritate audito ſimplices hoſce verſiculos affert Ioannes Fernandius, qui Romæ interfuit Theologiam docens, cùm hæc Ledeſma moriens prodidit: *Quantum eſt donum caſtitatis! Quod* DEVS *confert pietatis?* Hæc ibi. Alij ſic referunt:

Diuina res eſt caſtitas!
Diuina ſunt & præmia
Quæ continenti dat DEVS.

Ita hoc anno in Societatem eſt cooptatus. Huic Virgini commendandus & ſpiritus, & caro, *cuius caro*, vt loquitur B. Petrus Damian. *ex Adam aſſumpta maculas Adæ non admiſit; ſed ſingularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuerſa eſt.*

in Aſs. B. V.

131 Hoc anno beneficentiam Deiparæ in re domeſtica vide in Sacchino à num. 94. & hîc anno 1614. vbi B. V. in pecunia, & alijs inopiam Collegij adiuuit. Iuno *moneta* olim dicta Romanis: & in eius templo *pecunia* cudebatur. noſtro ærario præficiatur non Iuno moneta, ſed MARIA DEI Mater quam etiam Vngari in aurea argenteaque ſuâ monetâ impreſſam geſtant.

Suidas apud Cauſinũ ſymbol. lib. 2. n. 37.

AN-

ANNO MDLVIII.

132 Eluctata eſt è ſalebris tandem Societas: & quæ ab vltima Iulij die anni 1556. nullum hactenus Præpoſitum Generalem habebat, hoc tandem anno 2. Iulij die Beatiſſimæ V. Viſitantis ad id delecto, Iacobum Lainium elegit; id quod P. Paſchaſius Broetus in hæc verba dixit, & ſcripſit: *Eligo, &c. Romæ in ædibus Societatis* IESV *ipſo die Viſitationis Beatiſſimæ Virginis*. Eſt hic dies verè *glorioſum feſtum*, vt illum vocat Bonifacius IX. Pontifex, dum feſtum hoc ab Vrbano VI. inſtitutum confirmat. Nobis certè beneficus fuit hic dies, quippe qui Societati tam magnos dederit Generales Lainium, & poſteà B. Borgiam.

P. Laynez die B.V. eligitur in Præp. Gener. Viſit. B.V

in Bullario.

133 Iacobus Sarabia hoc anno 1558. Valentiæ obijt felicem diem in peſte contactorum fratrum obſequio domi noſtræ. Hic per iter viſis piratis, & præſentiſſimo periculo, *ſanctum*, vt ille vocabat, *roſarium* arripuit, & fiduciæ plenus illis illud oſtentans dixit: Magnâ, & perpetuâ illâ fiduciâ, quam ſemper in Beatiſſima DEI Matre hocce roſario piè culta habui, fretus, veſtras minas nihil penitùs pertimeſco. Mirum! Mauri, feri homines, ad hæc ſola verba iter aliò auertêre. Res celebris, & nota eſt è vita S. Dominici, roſarium, contra hoſtes, quibuſdam pro ſcuto, igneoque gladio fuiſſe; & hoſtes illo victos, fugatos, quæ latè habet Alanus.

Roſario contra hoſtes vti.

134 Hoc anno 1558. ea quæ ad ſcalam vocatur Conimbricenſi B. Virgine adiuuante P. Sebaſtianus Barradas, Societati IESV nomen dedit. *Vias*, inquit S. Ioannes Damaſcenus, *vias quæ ad vitam deducunt oſtende mihi!*

Vid. Incit. Græc. nu. 19. MS. *fer.* 3. *ode* 7.

ANNO MDLIX.

135 Domeſticas de Societatis diſciplina exhorta-

Viſit.B.V tationes ad Socios Romæ hoc anno die Viſitationis Deiparæ ſacro, quo die priore anno ad gubernacula admotus erat, ſalubri planè conſilio priuatim domi cœptas à Lainio ait Sacchinus: quò hæc etiam n.25. pars non vltima inter adminicula diſciplinæ, in Beatiſſimæ DEI Matris, vt die, ita præſidio auſpicatò initium caperet; fructum latura eò maiorem quò id à DEI Matre flagrantiùs poſtulauerimus. Vnde benè illis venit in mentem, qui exhortationis habendæ ſigno exciti, eleuatâ mente ad DEVM, *Aue* MARIA pronunciant ad fructum ſolidum referendum: vt is qui dicturus eſt dicat appoſitè; ij verò, qui audituri ſunt, MARIÆ Virginis imitatione, ac ope conſeruent ea verba omnia conſerentes ea in corde ſuo; & è verbis facta cudentes. inde dicenti vigor ſolidus, & audienti coronæ cor experrectum à DEO per Virginem æterni verbi Matrem petitur, & impetratur. *Aures tuæ*, ait ad Deiparam S.Ioannes Damaſcenus, *ſpiritus cithara oblectantur*. Hac ſpiritus citharâ in cohortatione domeſticis ſonante vt aures noſtræ vtiliter delectentur, ipſa efficiet: vt illi cum gratiarum actione dicamus illud: *aures autem perfeciſti mihi*. Et certè benè audiet, qui per illam à DEO aures, & cor, ad audiendum, & faciendum perfici ſibi petierit.

Exhortationes Deiparæ commēdare.

orat. 1. de Nat.B.V

Pſ. 39.

136 Ioannes de Cruce Coad. Hiſpanus Societatem hoc anno Florentiæ eſt amplexus, vir ſimplex & rectus. Inducere animum non poterat ad generalem de totâ vitâ confeſſionem inſtituendam: idque diſſimulanter in eo tantiſper habitum eſt: quippe, cùm id è ſimplicitate ab eo fieri conſtaret, ſinè vlla ſuſpicione maliciæ. Sperabatur fore, vt ſenſim ad hoc adduci poſſet, poſtea magis condocefactus de ijs quę ad ſpiritualem vitam ſpectant. Sed Beatiſſimæ Vir-

Vid.Incit. Grac. nu. 20.

Virginis ope res peracta eſt, vt aliàs narraui. Expertus tunc eſt Ioannes illud quod Andreas Hieroſol. Archiep. dixit; quòd in Beatiſſima Virgine, *miſericordiæ largitor viſcerum ſuorum optimorum abyſſum nobis reuelet.* *Serm. in S. Maria ſalutationem.*

137 Hoc anno diem ſupremum habuit 25. Aug. P. Cornelius Vviſhauæus Belga, dictus *Deiparæ*, ac Virginum ad illam ducendarum velut *paranymphus*. Hic honorato Sacerdotio, moribuſque foris inſignis, cùm à Patre Petro Caniſio amico ſuo literas accepiſſet, quibus vt P. Petrum Fabrum ſequeretur monebat Caniſius; neque Fabrum reperire poſſet antehac ignotum; ad Beatiſſimæ Deiparæ imaginem ſupplex demiſit genua, & ducem petijt quem ad cælum ſequeretur in itineribus æternitatis. Eius ope P. Petrum Fabrum reperit: ac licèt ab illo antea nunquam viſus, tamen mox nomine ſalutatus, in ſpiritu deductus per vias rectas, & Societatem amplexus eſt. Sic ab illa S. Gregorio Thaumaturgo S. Ioannes Euangeliſta datus eſt magiſter, vt habet eius vita: *Ipſam ſequens non deuias*; inquit S. Bern. aliàs hîc laudatus. A B. V. ducē ſpiritus petere. *Vide Incitam. Grac. nu. 21.*

ANNO MDLX.

138 Bellimarenſe in Caſtella Collegium, vti & ſacra ædes, Virginis Parientis honori, & amori dicata: & inde natum *Bethleem* nomen Collegio, de quo ita Sacchinus: Gratum eum *cæli Reginæ* locum eſſe inde multi, & nominatim Archiepiſcopus, augurati ſunt: quòd plauſtro materiâ ad ædificationem eius domus onuſto ſupra infantem puellam per imprudentiam acto, cum puellæ Pater in ipſo diſcrimine re animaduersâ examinatus, Deiparæ, in cuius honorem opus faciebat, filiam commendaſſet, tenerum infantis corpuſculum, tam immani preſ- Collegia Deiparæ dedicare. *nu. 173.*

ſum

Templa B.V. cõdere. auxilium, & petendum, & expectandum. Ea de causa, vt id per Beatam Virginem enixiùs ageret P. Conſaluus Silueria, Rege Tongenſi cum ſuis baptizato, ſacram ædem ſub Deiparæ in cælum aſſumptæ auguſto, & Societati multifariam anguſtèque colendo titulo moliri cœpit: vt apud Filium illa proueheret, quæ auſpicatò inchoata ſpem dabant vberiorem. *Tu*, inquit hoc ipſo Aſſumptionis die S. Ioannes Damaſcenus ad B.V. *tu fons perennis veri luminis, atque inexhauſtus ipſiuſmet vitæ theſaurus, & vberrima benedictionis ſcaturigo.*

n. 217. Sabbato conualeſcit P. Silueria. Valetudinem ſuã B.V. cõmendare

144 Deiparæ acceptam refert Sacchinus, quam die Sabbathi recepit valetudinem Silueria. In Inhambane parùm abfuit quin Silueria principio grauedinis immani copiâ offocaretur. ſed cùm Sabbato ad vicinam arborem ſeſe ſiue orandi, ſiue reſpirandi causâ traxiſſet: inde febri liber rediit; adeòque validus, vt poſtridie, qui dies erat Palmarum, obeundis eius diei cerimoniis ſacrificioque ſuffecerit. Et quia dies erat Sabbati, & tantus ipſe Deiparæ cultor, interpretari licuit Patronæ indulgentiſsimæ munus fuiſſe: quam idem Sanctus Ioannes vocat *gratiæ abyſſum, ſanationum pelagum, ſanitatum fontem perennem.*

orat. 2. de Aſſ. B.V.

Vid. Incip. n. 22.

145 Monomotapam appulſus Conſaluus Silueria, elegantem, quam ſecum habebat, Deiparæ imaginem Regi petenti, & venerabundo dedit, vt habet Acoſta, eidemque in Regio cubiculo quaſi ſacellum adornauit. De hac alibi plura narraui. Quinto circiter, & vigeſimo poſt aduentum Conſalui die Rex & Mater à Conſaluo baptizati ſunt, non ſinè ſolenni pompa, & gratulatione. Omitto quæ accidêre deinceps. Illud tamen haud obiter aduertendum, ad res magnas Deiparæ (cuius imaginem

Imaginẽ B.V. ſecum circũferre.

ginem

Digitized by Google

ginem ſecum circumferebant) patrocinio, comitatos fuiſſe noſtros; diuinas *inſpirationes* eſſe *linguam* illam *diuinam* dum documenta ſalutis ſeu à DEI Matre, ſeu illius precibus à DEO, Angeloue monitore accipimus: dum pia quæpiam cogitatio nobis ad imaginis Marianæ conſpectum ſuboritur, omne id à DEO, vt magnum munus accipiendum obedienter, & gratè; petendumque vt ope DEI Matris diuinam illam linguam nobis in corde loquentem, ita intelligamus, vt ei etiam ſemper obtemperemus. Apud laudatum Damaſcenum Beatiſſima Virgo ſic loquitur: *Qui peccatorum obliterationem, qui regni cælorum quietem ſitit, cum fide ad me veniat.*

146 Apamijs hoc anno P. Pelletarius Deiparam tantis laudibus pro concione celebrauit, vt inuidiam hæreticis, bilemque commouerit. Quare, detractam B. V. effigiem ex eo loco vbi piè colebatur, in foro fune ſuſpenſam, quaſi venalem, per ludibrium poſuêre: vt alia eorum horrenda ſacrilegia omittamus. Huic iniuriæ ſarciendæ ergo, noſtri eandem B. V. ſupplicatione celeberrimâ, & magnifico apparatu loco ſuo, & honori reſtituêre, deinceps vel eo nomine enixiùs iam colendam. Pulchrè S. Bonauentura: *Gloria in excelſis* DEO, *& gratiarum actio, & vox laudis, qui multifarie multiſque modis ad honorem Virginis* MARIÆ *Reginæ Cælorum, ac Angelorum ſynceriſſime nos inuitat, ac incitat: vt per ipſius ſancta merita omni acceptione digniſſima ex inferorum clauſtris arreptos, Angelicæ militiæ nos adſcribat.* Ita Marianus Doctor Bonauentura: qui mihi in mentem venire fecit etiam alibi referendum Peletarij huius elogium quo *Diuæ* MARIÆ *Doctor* dicebatur.

Sach. nu. 78. 79.

Illatas B.V. iniurias maiore gloria compenſare.

In praf. pſalt. B.V.

Digitized by Google

Templa B.V. cōdere. auxilium, & petendum, & expectandum. Ea de cauſa, vt id per Beatam Virginem enixiùs ageret P. Conſaluus Silueria, Rege Tongenſi cum ſuis baptizato, ſacram ædem ſub Deiparæ in cælum aſſumptæ auguſto, & Societati multifariam anguſtèque colendo titulo moliri cœpit: vt apud Filium illa proueheret, quæ auſpicatò inchoata ſpem dabant vberiorem. *Tu*, inquit hoc ipſo Aſſumptionis die S. Ioannes Damaſcenus ad B.V. *tu fons perennis veri luminis, atque inexhauſtus ipſiuſmet vitæ theſaurus, & vberrima benedictionis ſcaturigo*.

n. 217. Sabbato conualeſcit P. Silueria. Valetudinem ſuā B.V. cōmendare

144 Deiparæ acceptam refert Sacchinus, quam die Sabbathi recepit valetudinem Silueria. In Inhambane parùm abfuit quin Silueria principio grauedinis immani copiâ offocaretur. ſed cùm Sabbato ad vicinam arborem ſeſe ſiue orandi, ſiue reſpirandi causâ traxiſſet: inde febri liber rediit; adeòque validus, vt poſtridie, qui dies erat Palmarum, obeundis eius diei cerimonijs ſacrificioque ſuffecerit. Et quia dies erat Sabbati, & tantus ipſe Deiparæ cultor, interpretari licuit Patronæ indulgentiſsimæ munus fuiſſe: quam idem Sanctus Ioannes vocat *gratiæ abyſſum, ſanationum pelagum, ſanitatum fontem perennem*.

orat. 2. de Aſſ. B.V.

Vid. Incit. n. 22.

145 Monomotapam appulſus Conſaluus Silueria, elegantem, quam ſecum habebat, Deiparæ imaginem Regi petenti, & venerabundo dedit, vt habet Acoſta; eidemque in Regio cubiculo quaſi ſacellum adornauit. De hac alibi plura narraui. Quinto circiter, & vigeſimo poſt aduentum Conſalui die Rex & Mater à Conſaluo baptizati ſunt, non ſinè ſolenni pompa, & gratulatione. Omitto quæ accidêre deinceps. Illud tamen haud obiter aduertendum, ad res magnas Deiparæ (cuius ima-

Imaginē B.V. ſecum circūferre.

ginem

Digitized by Google

ginem ſecum circumferebant) patrocinio, comitatos fuiſſe noſtros; diuinas *inſpirationes* eſſe *linguam* illam *diuinam* dum documenta ſalutis ſeu à Dei Matre, ſeu illius precibus à Deo, Angeloue monitore accipimus: dum pia quæpiam cogitatio nobis ad imaginis Marianæ conſpectum ſuboritur, omne id à Deo, vt magnum munus accipiendum obedienter, & gratè; petendumque vt ope Dei Matris diuinam illam linguam nobis in corde loquentem, ita intelligamus, vt ei etiam ſemper obtemperemus. Apud laudatum Damaſcenum Beatiſſima Virgo ſic loquitur: *Qui peccatorum obliterationem, qui regni cælorum quietem ſitit, cum fide ad me veniat.*

146 Apamijs hoc anno P. Pelletarius Deiparam tantis laudibus pro concione celebrauit, vt inuidiam hæreticis, bilemque commouerit. Quare detractam B. V. effigiem ex eo loco vbi piè colebatur, in foro fune ſuſpenſam, quaſi venalem, per ludibrium poſuêre: vt alia eorum horrenda ſacrilegia omittamus. Huic iniuriæ ſarciendæ ergo, noſtri eandem B. V. ſupplicatione celeberrimâ, & magnifico apparatu loco ſuo, & honori reſtituêre, deinceps vel eo nomine enixiùs iam colendam. Pulchrè S. Bonauentura: *Gloria in excelſis* Deo, *& gratiarum actio, & vox laudis, qui multifarie multiſque modis ad honorem Virginis* Mariæ *Reginæ Cælorum, ac Angelorum ſynceriſſime nos inuitat, ac incitat: vt per ipſius ſancta merita omni acceptione digniſſima ex inferorum clauſtris arreptos, Angelicæ militiæ nos adſcribat.* Ita Marianus Doctor Bonauentura: qui mihi in mentem venire fecit etiam alibi referendum Peletarij huius elogium quo *Diuæ* Mariæ *Doctor* dicebatur.

Sach. nu. 78. 79.

Illatas B.V. iniurias maiore gloria compenſare.

In præf. pſalt. B.V.

Digitized by Google

Templa B.V. cōdere.

auxilium, & petendum, & expectandum. Ea de cauſa, vt id per Beatam Virginem enixiùs ageret P. Conſaluus Silueria, Rege Tongenſi cum ſuis baptizato, ſacram ædem ſub Deiparæ in cælum aſſumptæ auguſto, & Societati multifariam anguſtèque colendo titulo moliri cœpit: vt apud Filium illa proueheret, quæ auſpicatò inchoata ſpem dabant vberiorem. *Tu*, inquit hoc ipſo Aſſumptionis die S. Ioannes Damaſcenus ad B.V. *tu fons perennis veri luminis, atque inexhauſtus ipſiuſmet vitæ theſaurus, & vberrima benedictionis ſcaturigo.*

n. 217. Sabbato conualeſcit P. Silueria. Valetudinem ſuā B.V. cōmendare

144 Deiparæ acceptam refert Sacchinus, quam die Sabbathi recepit valetudinem Silueria. In Inhambane parùm abfuit quin Silueria principio grauedinis immani copiâ offocaretur. ſed cùm Sabbato ad vicinam arborem ſeſe ſiue orandi, ſiue reſpirandi causâ traxiſſet: inde febri liber rediit; adeòque validus, vt poſtridie, qui dies erat Palmarum, obeundis eius diei cerimonijs ſacrificioque ſuffecerit. Et quia dies erat Sabbati, & tantus ipſe Deiparæ cultor, interpretari licuit Patronæ indulgentiſsimæ munus fuiſſe: quam idem Sanctus Ioannes vocat *gratiæ abyſſum, ſanationum pelagum, ſanitatum fontem perennem.*

orat. 2. de Aſſ. B.V.

145 Monomotapam appulſus Conſaluus Silueria, elegantem, quam ſecum habebat, Deiparæ imaginem Regi petenti, & venerabundo dedit, vt habet Acoſta, eidemque in Regio cubiculo quaſi ſacellum adornauit. De hac alibi plura narraui. Quinto circiter, & vigeſimo poſt aduentum Conſalui die Rex & Mater à Conſaluo baptizati ſunt, non ſinè ſolenni pompa, & gratulatione. Omitto quæ accidêre deinceps. Illud tamen haud obiter aduertendum, ad res magnas Deiparæ (cuius imaginem

Vid. Ingcit. n. 22.

Imaginē B.V. ſecum circūferre.

ginem

ginem ſecum circumferebant) patrocinio, comitatos fuiſſe noſtros; diuinas *inſpirationes* eſſe *linguam* illam *diuinam* dum documenta ſalutis ſeu à DEI Matre, ſeu illius precibus à DEO, Angeloue monitore accipimus: dum pia quæpiam cogitatio nobis ad imaginis Marianæ conſpectum ſuboritur, omne id à DEO, vt magnum munus accipiendum obedienter, & gratè; petendumque vt ope DEI Matris diuinam illam linguam nobis in corde loquentem, ita intelligamus, vt ei etiam ſemper obtemperemus. Apud laudatum Damaſcenum Beatiſſima Virgo ſic loquitur: *Qui peccatorum obliterationem, qui regni cælorum quietem ſitit, cum fide ad me veniat.*

146 Apamijs hoc anno P. Pelletarius Deiparam tantis laudibus pro concione celebrauit, vt inuidiam hæreticis, bilemque commouerit. Quare detractam B. V. effigiem ex eo loco vbi piè colebatur, in foro fune ſuſpenſam, quaſi venalem, per ludibrium poſuêre: vt alia eorum horrenda ſacrilegia omittamus. Huic iniuriæ ſarciendæ ergo, noſtri eandem B. V. ſupplicatione celeberrimâ, & magnifico apparatu loco ſuo, & honori reſtituêre, deinceps vel eo nomine enixiùs iam colendam. Pulchrè S. Bonauentura: *Gloria in excelſis* DEO, *& gratiarum actio, & vox laudis, qui multifarie multiſque modis ad honorem Virginis* MARIÆ *Reginæ Cælorum, ac Angelorum ſynceriſſime nos inuitat, ac incitat: vt per ipſius ſancta merita omni acceptione digniſſima ex inferorum clauſtris arreptos, Angelicæ militiæ nos adſcribat.* Ita Marianus Doctor Bonauentura: qui mihi in mentem venire fecit etiam alibi referendum Peletarij huius elogium quo *Diuæ* MARIÆ *Doctor* dicebatur.

Sach. nu. 78. 79.

Illatas B.V. iniurias maiore gloria compenſare.

In præf. pſalt. B.V.

Templa B.V. cõdere.

auxilium, & petendum, & expectandum. Ea de cauſa, vt id per Beatam Virginem enixiùs ageret P. Conſaluus Silueria, Rege Tongenſi cum ſuis baptizato, ſacram ædem ſub Deiparæ in cælum aſſumptæ auguſto, & Societati multifariam anguſtèque colendo titulo moliri cœpit: vt apud Filium illa proueheret, quæ auſpicatò inchoata ſpem dabant vberiorem. *Tu*, inquit hoc ipſo Aſſumptionis die S. Ioannes Damaſcenus ad B.V. *tu fons perennis veri luminis, atque inexhauſtus ipſiuſmet vitæ theſaurus, & vberrima benedictionis ſcaturigo.*

n. 217. Sabbato conualeſcit P. Silueria. Valetudinem ſuã B.V. cõmendare

144 Deiparæ acceptam refert Sacchinus, quam die Sabbathi recepit valetudinem Silueria. In Inhambane parùm abfuit quin Silueria principio grauedinis immani copiâ offocaretur. ſed cùm Sabbato ad vicinam arborem ſeſe ſiue orandi, ſiue reſpirandi causâ traxiſſet: inde febri liber rediit; adeòque validus, vt poſtridie, qui dies erat Palmarum, obeundis eius diei cerimonijs ſacrificioque ſuffecerit. Et quia dies erat Sabbati, & tantus ipſe Deiparæ cultor, interpretari licuit Patronæ indulgentiſsimæ munus fuiſſe: quam idem Sanctus Ioannes vocat *gratiæ abyſſum, ſanationum pelagum, ſanitatum fontem perennem.*

orat. 2. de Aſſ. B.V.

Vid. Ignic. n. 22.

145 Monomotapam appulſus Conſaluus Silueria, elegantem, quam ſecum habebat, Deiparæ imaginem Regi petenti, & venerabundo dedit, vt habet Acoſta, eidemque in Regio cubiculo quaſi ſacellum adornauit. De hac alibi plura narraui. Quinto circiter, & vigeſimo poſt aduentum Conſalui die Rex & Mater à Conſaluo baptizati ſunt, non ſinè ſolenni pompa, & gratulatione. Omitto quæ accidêre deinceps. Illud tamen haud obiter aduertendum, ad res magnas Deiparæ (cuius imaginem

Imaginẽ B.V. ſecum circũferre.

ginem ſecum circumferebant) patrocinio, comitatos fuiſſe noſtros; diuinas *inſpirationes* eſſe *linguam* illam *diuinam* dum documenta ſalutis ſeu à Dei Matre, ſeu illius precibus à Deo, Angeloue monitore accipimus: dum pia quæpiam cogitatio nobis ad imaginis Marianæ conſpectum ſuboritur, omne id à Deo, vt magnum munus accipiendum obedienter, & gratè; petendumque vt ope Dei Matris diuinam illam linguam nobis in corde loquentem, ita intelligamus, vt ei etiam ſemper obtemperemus. Apud laudatum Damaſcenum Beatiſſima Virgo ſic loquitur: *Qui peccatorum obliterationem, qui regni cælorum quietem ſitit, cum fide ad me veniat.*

146 Apamijs hoc anno P. Pelletarius Deiparam tantis laudibus pro concione celebrauit, vt inuidiam hæreticis, bilemque commouerit. Quare detractam B. V. effigiem ex eo loco vbi piè colebatur, in foro fune ſuſpenſam, quaſi venalem, per ludibrium poſuêre: vt alia eorum horrenda ſacrilegia omittamus. Huic iniuriæ ſarciendæ ergo, noſtri eandem B. V. ſupplicatione celeberrimâ, & magnifico apparatu loco ſuo, & honori reſtituêre, deinceps vel eo nomine enixiùs iam colendam. Pulchrè S. Bonauentura: *Gloria in excelſis* Deo, *& gratiarum actio, & vox laudis, qui multifarie multiſque modis ad honorem Virginis* Mariæ *Reginæ Cælorum, ac Angelorum ſynceriſſime nos inuitat, ac incitat: vt per ipſius ſancta merita omni acceptione digniſſima ex inferorum clauſtris arreptos, Angelicæ militiæ nos adſcribat.* Ita Marianus Doctor Bonauentura: qui mihi in mentem venire fecit etiam alibi referendum Peletarij huius elogium quo *Diuæ* Mariæ *Doctor* dicebatur.

Sach. nu. 78. 79.

Illatas B. V. iniurias maiore gloria compenſare.

In præf. pſalt. B. V.

Viſit.B.V tationes ad Socios Romæ hoc anno die Viſitationis Deiparæ ſacro, quo die priore anno ad gubernacula admotus erat, ſalubri planè conſilio priuatim domi cœptas à Lainio ait Sacchinus: quò hæc etiam pars non vltima inter adminicula diſciplinæ, in Beatiſſimæ Dei Matris, vt die, ita præſidio auſpicatò initium caperet; fructum latura eò maiorem quò id à Dei Matre flagrantiùs poſtulauerimus. Vnde benè illis venit in mentem, qui exhortationis habendæ ſigno exciti, eleuatâ mente ad Devm, *Aue* Maria pronunciant ad fructum ſolidum referendum: vt is qui dicturus eſt dicat appoſitè; ij verò, qui audituri ſunt, Mariæ Virginis imitatione, ac ope conſeruent ea verba omnia conferentes ea in corde ſuo; & è verbis facta cudentes. inde dicenti vigor ſolidus, & audienti coronæ cor experrectum à Deo per Virginem æterni verbi Matrem petitur, & impetratur. *Aures tuæ*, ait ad Deiparam S. Ioannes Damaſcenus, *ſpiritus cithara oblectantur*. Hac ſpiritus citharâ in cohortatione domeſticis ſonante vt aures noſtræ vtiliter delectentur, ipſa efficiet: vt illi cum gratiarum actione dicamus illud: *aures autem perfeciſti mihi*. Et certè benè audiet, qui per illam à Deo aures, & cor, ad audiendum, & faciendum perfici ſibi petierit.

n. 25. — Exhortationes Deiparæ commẽdare. — *orat. 1. de Nat. B. V* — *Pſ. 39.*

136 Ioannes de Cruce Coad. Hiſpanus Societatem hoc anno Florentiæ eſt amplexus, vir ſimplex & rectus. Inducere animum non poterat ad generalem de totâ vitâ confeſſionem inſtituendam: idque diſſimulanter in eo tantiſper habitum eſt: quippe, cùm id è ſimplicitate ab eo fieri conſtaret, ſinè vlla ſuſpicione maliciæ. Sperabatur fore, vt ſenſim ad hoc adduci poſſet, poſteà magis condocefactus de ijs quę ad ſpiritualem vitam ſpectant. Sed Beatiſſimæ Vir-

Vid. Incit. Grac. nn. 20.

Digitized by Google

Virginis ope res peracta eſt, vt aliàs narraui. Expertus tunc eſt Ioannes illud quod Andreas Hieroſol. Archiep. dixit; quòd in Beatiſſima Virgine, *miſericordiæ largitor viſcerum ſuorum optimorum abyſſum nobis reuelet.* *Serm. in* S. *Maria ſalutationem.*

137 Hoc anno diem ſupremum habuit 25. Aug. P.Cornelius Vvishauæus Belga, dictus *Deiparæ*, ac Virginum ad illam ducendarum velut *paranymphus*. Hic honorato Sacerdotio, moribuſque foris inſignis, cùm à Patre Petro Caniſio amico ſuo literas accepiſſet, quibus vt P. Petrum Fabrum ſequeretur monebat Caniſius; neque Fabrum reperire poſſet antehac ignotum; ad Beatiſſimæ Deiparæ imaginem ſupplex demiſit genua, & ducem petijt quem ad cælum ſequeretur in itineribus æternitatis. Eius ope P.Petrum Fabrum reperit: ac licèt ab illo antea nunquam viſus, tamen mox nomine ſalutatus, in ſpiritu deductus per vias rectas, & Societatem amplexus eſt. Sic ab illa S. Gregorio Thaumaturgo S. Ioannes Euangeliſta datus eſt magiſter, vt habet eius vita: *Ipſam ſequens non deuias*; inquit S. Bern. aliàs hîc laudatus.

A B. V. ducē ſpiritus petere.

Vide Incitam. Grat.nu. 21.

ANNO MDLX.

138 Bellimarenſe in Caſtella Collegium, vti & ſacra ædes, Virginis Parientis honori, & amori dicata: & inde natum *Bethleem* nomen Collegio, de quo ita Sacchinus: Gratum eum *cœli Reginæ* locum eſſe inde multi, & nominatim Archiepiſcopus, augurati ſunt: quòd plauſtro materiâ ad ædificationem eius domus onuſto ſupra infantem puellam per imprudentiam acto, cum puellæ Pater in ipſo diſcrimine re animaduersâ examinatus, Deiparæ, in cuius honorem opus faciebat, filiam commendaſſet, tenerum infantis corpuſculum, tam immani preſſum

Collegia Deiparæ dedicare.

nu. 173.

ſum pondere nihil vllâ ex parte læſum eſt. Benè illi Collegia dedicantur quam è Chryſologo diximus
Serm.2.in Annunc. B.V. eſſe *Collegium ſanctitatis*; cui S.Gregor. Thaumaturgus, *Aue*, ait, *cælo, & terræ æquiualens, dignumque domicilium*.

Formulas laudū & precū ad B. V. cōcipere. Per itinera B. V. cultum promouere. à n. 210.

139 Certum eſt, nihil eſſe quod orationi Dominicæ, atque Angelicæ ſalutationi ad præſtantiam addi poſſit; hoc tamen ex ipſo Eccleſiæ vſu dicimus, concipi nonnunquam certos orandi modos, vt nos neceſſitati quæ vrget, ac eorum quibuſcum verſamur pio ingenio accomodemus. Fecit id ad Cafres nauigans P.Conſaluus Silueria, qui poſt pronunciatas cum ijs qui naui eadem vehebantur, SS. omnium litanias, omnium animos & preces ad Matrem DEI excitabat, idque quotidie. *Addita* (inquit hiſtoria Soc.) *quædam ad celebrandas laudes, & opem implorandam Matris magnæ Virginis, ex formula piè admodùm ab Conſaluo ipſo concepta.* ita vt ea maria laudibus Virginis quotidie perſonarent. *Aue, mare ſpirituale habens gemmam cæleſtem* CHRISTVM, inquit ad illam S.Epiphanius Epiſcopus.

to. 2. oratio de laudib. B. V.

140 P.Conſaluus Silueria dum ſibi cum primarijs itineris comitibus diu ſecundùm menſam eſſe verſandum videret, viam reperit, inquit Sacchinus, per quam otij illius ratio egregiè conſtaret. Manè de gradibus perfectionum Deiparæ, quos tredecim numerabat, ſermonem inſtituit, miro cum animi ſui, & audientium guſtu, iucundè dicens: *Vti Gubernator muti, & inanimi ſpectabat aſtri; ita ſe ſemper Virginis ſemperquè Sanctæ Mariæ Cynoſuræ ſuæ longè nobiliores ſpectare altitudinis gradus*. Vide quàm vbique ad ſolida virtutum decora ſe incitent cultu Virginis, viri verè ſolidi, ac germana proles Ignatij MARIAM ita colentis, vt per illam, velut per ſcalam

à n. 211. De gradib⁹ perfectionis B.V. tractare. Colloqui de B. V.

vir-

Digitized by Google

virtutum eminentiſſimam, aſcenſiones in corde ſuo diſponeret; iterque de virtute in virtutem. *Stupendus Eccleſiæ theſaurus eſt* MARIA: inquit ibid. S Epiphanius. Ex illo theſauro per bonum otium licebit nobis opes depromere: ac ad eundem etiam alios inuitare.

141 P. Conſaluus Silueria, præter preces ad Virginem Matrem vnà cum alijs voce per ea maria ſonorè depromptas, & quotidiana de excelſis B. Virginis ornamentis colloquia, ſeu adhortationes, vnà cum ſuis canebat quotidie receptui ad multas precationes, & ad binas quotidie meditationi tradendas horas: matutinam tribuens CHRISTI Domini, veſpertinam Sanctiſſimæ eius Matris vitæ conſiderandæ. Bonus dies profectò in quo veſpere, & mane fit dies vnus, Filio matutinas, Matre veſpertinas horas ſuis laudibus occupante: vt, quemadmodum ait B. Petrus Damianus, *ducat nos Mater ad Filium, Filius ad Patrem, Sponſa ad Sponſum.*

Canere B.V. laudes; de illa colloqui, meditari.

de Annunc. B.V

142 P. Conſaluus Sileria, & ſocij in difficili nauigatione, Deiparâ patrocinante; quod ait Sacchinus, præter nauarchi ſpem, die *Purificationi* eius dedicato in terræ conſpectum prouecti, pridie nonas Februarij deſcenderunt: protinuſque Conſaluus ad eiuſdem Deiparæ ædem cui *à propugnaculo* nomen, nudis pedibus adijt: Tum nempe actio gratiarum DEI Matri eſt gratior, quando pietatem habet humilitate, ac mortificatione conditam. Pedes, & manus, & quicquid in nobis eſt, offerendum eſt CHRISTO per Matrem, cuius *exemplum* pro modulo noſtro ſecuti, inquit Beda, CHRISTI *ſemper obſequijs omnia corporis noſtri membra mancipemus.*

n. 212.

Purif. B.V

Mortificatione colere B.V. Gratias ei agere pro itinere benè peracto.

to. 7. hom. in Annunc B.V.

143 Non eſt noſtrarum virium vllum ad fidem adducere, vel adductum firmare: idcircò ex alto

Templa B.V. cōdere. auxilium, & petendum, & expectandum. Ea de causa, vt id per Beatam Virginem enixiùs ageret P. Conſaluus Silueria, Rege Tongenſi cum ſuis baptizato, ſacram ædem ſub Deiparæ in cælum aſſumptæ auguſto, & Societati multifariam anguſtèque colendo titulo moliri cœpit: vt apud Filium illa proueheret, quæ auſpicatò inchoata ſpem dabant vberiorem. *Tu*, inquit hoc ipſo Aſſumptionis die S. Ioannes Damaſcenus ad B.V. *tu fons perennis veri luminis, atque inexhauſtus ipſiuſmet vitæ theſaurus, & vberrima benedictionis ſcaturigo.*

n. 217. Sabbato conualeſcit P. Silueria. Valetudinem ſuā B.V. cōmendare

144 Deiparæ acceptam refert Sacchinus, quam die Sabbathi recepit valetudinem Silueria. In Inhambane parùm abfuit quin Silueria principio grauedinis immani copiâ offocaretur. ſed cùm Sabbato ad vicinam arborem ſeſe ſiue orandi, ſiue reſpirandi causâ traxiſſet: inde febri liber rediit; adeòque validus, vt poſtridie, qui dies erat Palmarum, obeundis eius diei cerimonijs ſacrificioque ſuffecerit. Et quia dies erat Sabbati, & tantus ipſe Deiparæ cultor, interpretari licuit Patronæ indulgentiſsimæ munus fuiſſe: quam idem Sanctus Ioannes vocat *gratiæ abyſſum, ſanationum pelagum, ſanitatum fontem perennem.*

orat. 2. de Aſs. B.V.

Vid. Imcis. n. 22.

145 Monomotapam appulſus Conſaluus Silueria, elegantem, quam ſecum habebat, Deiparæ imaginem Regi petenti, & venerabundo dedit, vt habet Acoſta, eidemque in Regio cubiculo quaſi ſacellum adornauit. De hac alibi plura narraui. Quinto circiter, & vigeſimo poſt aduentum Conſalui die Rex & Mater à Conſaluo baptizati ſunt, non ſinè ſolenni pompa, & gratulatione. Omitto quæ accidêre deinceps. Illud tamen haud obiter aduertendum, ad res magnas Deiparæ (cuius imaginem

Imaginē B.V. ſecum circūferre.

ginem

Digitized by Google

ginem ſecum circumferebant) patrocinio, comitatos fuiſſe noſtros; diuinas *inſpirationes* eſſe *linguam* illam *diuinam* dum documenta ſalutis ſeu à DEI Matre, ſeu illius preçibus à DEO, Angeloue monitore accipimus: dum pia quæpiam cogitatio nobis ad imaginis Marianæ conſpectum ſuboritur, omne id à DEO, vt magnum munus accipiendum obedienter, & gratè; petendumque vt ope DEI Matris diuinam illam linguam nobis in corde loquentem, ita intelligamus, vt ei etiam ſemper obtemperemus. Apud laudatum Damaſcenum Beatiſſima Virgo ſic loquitur: *Qui peccatorum obliterationem, qui regni cælorum quietem ſitit, cum fide ad me veniat.*

146 Apamijs hoc anno P. Pelletarius Deiparam tantis laudibus pro concione celebrauit, vt inuidiam hæreticis, bilemque commouerit. Quare detractam B. V. effigiem ex eo loco vbi piè colebatur, in foro fune ſuſpenſam, quaſi venalem, per ludibrium poſuêre: vt alia eorum horrenda ſacrilegia omittamus. Huic iniuriæ ſarciendæ ergo, noſtri eandem B. V. ſupplicatione celeberrimâ, & magnifico apparatu loco ſuo, & honori reſtituêre, deinceps vel eo nomine enixiùs iam colendam. Pulchrè S. Bonauentura: *Gloria in excelſis* DEO, *& gratiarum actio, & vox laudis, qui multifarie multiſque modis ad honorem Virginis* MARIÆ *Reginæ Cælorum, ac Angelorum ſynceriſſime nos inuitat, ac incitat: vt per ipſius ſancta merita omni acceptione digniſſima ex inferorum clauſtris arreptos, Angelicæ militiæ nos adſcribat.* Ita Marianus Doctor Bonauentura: qui mihi in mentem venire fecit etiam alibi referendum Peletarij huius elogium quo *Diuæ* MARIÆ *Doctor* dicebatur.

Sach. nu. 78. 79.

Illatas B.V. iniurias maiore gloria compenſare.

In praef. pſalt. B.V.

Digitized by Google

Obijt 1560. Martia 3. Maij. Aſſumpt. B. V. Octiduū Marianū celebrare.

147 *P. Ioannes Bapt. Parma*, vt in ſiccitate magnâ, & Turcarum metu pluuiam, & ſecuritatem impetraret, totos qui Aſſumptæ Deiparæ feſtum præcedunt octo dies partitè in Socios Gandiæ tunc Rector diſtribuit; vt Sacerdotes ſacrificia celebrarent, alij S. Synaxi reficerentur, præter flagella voluntaria præſtituto cuiuis die ſuſcepta. Additæ per eos dies aliorum alijs ſuccedentium preces à quintâ poſt mediam noctem horâ vſque ad nonam poſtmeridianam, ſeu veſpertinam. Felici planè ſucceſſu omnia. *Aue*, inquit Chryſippus Hieroſolymitanus, *aue quæ es hortus Patris; aue quæ es pratum fragrantiæ Spiritus Sancti; aue, radix omnium bonorum*.

Bibl. Vet. PP. t. 2 vbi de S. Maria.

ANNO MDLXI.

Nu. 168. Cultum ab hæreticis B. Virgini detractum reſtituere.

148 Viennæ Auſtriæ, ac excurſionis circùm variæ præcipuus labor, inquit Sacchinus, præcipuumque pretium fuit paruulos cùm cætera Chriſtianæ fidei ſincera rudimenta, tum ſalutationis Angelicæ clauſulam (*Sancta Maria ora pro nobis, &c.*) quam hæreticorum impietas abſciderat, edocere. Sic ille. Quicquid vituperent ſpem noſtram hæretici, dicamus nos cum S. Damaſceno: *Inuituperabilem, Deipara, ſpem tuam habens ſeruabor: defenſionem tuam poſſidens non timebo*.

Inter cantica fol. 403.

Feſta B.V. colere Aue M. millies recitato.

149 Hoc anno in fidei odium cæſus eſt P. Sylueria, de quo egi dum eius erga Deiparam pietatem in anni ſuperioris nauigatione referrem. Illud hîc de illo addo; illum quolibet feſto Deiparæ die ſalutationem Angelicam pronunciaſſe millies; & cùm *Aue Maria* recitaret, genua ſemper humi ſubmiſſione reuerentiæ pleniſſima demiſiſſe. S. Ioannes Chryſoſtomus: *Santiſſima, intemeratæ, incontaminatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ dominæ noſtræ*

Fragmento 23. in editione Maraccii.

Dei-

Deiparæ, & ſemper Virginis MARIÆ *memoriam agentes, nos ipſos, & inuicem, & omnem vitam noſtram* CHRISTO DEO *noſtro commendemus.* Silueria certè hac arte vitam ſuam, & mortem DEO per Virginem in illius feſtis, ſeu memoriâ, millies commendabat.

150 Sachinus dum de P. Conſalui Siluerię erga Deiparam pietate ſingulari agit, hæc habet: *In tot eius virtutibus, erga integerrimam Virginem* DEI *Matrem inennarabilis obſeruantia eminebat.* De qua ita ſuauiter, frequenrer, magnificè loquebatur (vt epiſtolæ eius multæ teſtimonio ſunt) vt præclariſſimâ tantæ Reginæ exiſtimatione & amore plenum omninò, ac redundantem animum ſit agnoſcere. Videbatur Conſaluus experiri id quod de B. V. loquens ſcribebat olim S. Ioannes Damaſcenus: *Mens extra ſe rapitur, pectus ſubſilit, ac lingua impeditur. Voluptatem ferrenequeo.* Inde Conſaluo frequens in calamo, in ore frequens, in pectore ſemper Deipara habitabat; & exundabat.

Nu. 244.

Etiã epiſtolis teſtari amorem erga B. V.

Orat. I. *de Natiu.* B. V.

151 De ſocijs Treuirenſibus hoc anno hæc habet Societatis hiſtoria: *Treuiris altero Februarij die, qui Purificationi Deiparæ Sacer eſt, votis rite inſtauratis, ipſam Deiparam, ſtudiorum præſidem adoptarunt.* Et aptè ad rem. Nam Filius illius, *ſcientiarum Dominus eſt*: & ipſa à S. Ephræm Syro *charta diuiniſſima*; ab alijs, DEI *liber, codex, volumen* dicitur.

Nu. 172.

B. V. eligere in præſidem ſtudiorũ. *De laud.* B. V.

152 Sic præclarè omninò celebrabimus feſta Deiparæ, ſi feſto nos æterno parabimus, vt ſe comparabat in hiſtoria Societatis (quam conſule), Ægidius Montanus, qui ſe ad feſtum Annunciationis B. V. parauit vt ad diem ſuæ mortis; eoque die diem extremum obijt.

Vide num 65.

Digitized by Google

Ob.1561. Ebor.a. 153 P. *Franciſcus Henriquez de Nauarra*, coronâ Deiparæ quotidie recitatâ, Sabbati die officium etiam B. V. adiungebat, gratias agens Deo pro amore omni, & omnibus Deiparæ ornamentis; ter etiam quotidie humi ſeſe proſternens honori & amori SSS. Trinitatis. Nec nos meliùs id agemus quàm ſi nos ita toti componamus, quaſi proximum feſtum Deiparæ celebraturi in cælo. Si quid adhuc plumbi nos circumdat, illam ſole amictam rogemus, vt illud omne ſancto amoris diuini calore diſſoluat: *Domina*, inquit S. Bonauentura, *benedicta ſit dulcedo miſericordiæ cordis tui*. Hæc dulcedo dulcia reddet quæ mortem amaram reddunt, leuia quæ grauant animam emigrantem.

In feſtis B. V. ſe ad mortẽ præparare.

Pſal. 8.

Induſtria vti in Roſario B.V attentè recitando.

154 Hoc anno 1561. 14. Kalend. Auguſti Florentiæ piè mortis diem obijt P. Deſiderius Gallus in Roſarij euoluendi aſſiduitate mirabilis. ne verò aſſiduitas frigidum quendam vſum induceret, hac vtebatur induſtriâ. In prima decade varios colores præ animo verſabat: & in illis ſua peccata dolenter cogitabat: in ſecunda, colorem pallidum & mortis ſuæ timorem, pericula: in tertia parte colorem rubrum, & iudicij diſcrimen: in quarta parte colorem atrum, & inferni tormenta: in quinta parte colorem aureum, & cæli æternitatem: in ſexta parte colorem argenteum, & Matris Dei Virginitatem. Hæc de illo refert Gaſpar Tauſch in lib. de Virgine doloroſa: & addit; P. Bernardinum Realinum roſaria ſeu coronas duodecim orando quotidie perſoluiſſe. Roſarium videtur eſſe dulciſſima ſymphonia in qua canimus (vt loquitur Sanctus Ephræm Edeſſenus) *melos illud Angelicum celebratiſſimum, ſalutationem Angelicam digniſſimam mundi ſalutem, cunctarumque*

Nouiſſima in roſario meditari.

Pag. 691.

De laud. Dei Matris.

animarum tutelam.

155 De Patre Bernardino Realino, in hunc annum alio loco dixi. Videri poreſt eius vita à Leonardo de Anna illuminatè conſcripta. vbi hoc anno 5. nonas Iulias, arcano vocatu, & ſuauiſſimo Deiparæ præſidio, efficientiâ, luculentiſque ſignificationibus animum appulit ad ſancta & ſeria non deſideranda tantùm ſed efficienter etiam complectenda. Leuemus, inquit Bernardus, leuemus cor noſtrum cum manibus ad eam, & appropinquemus ei paſſibus amoris de die in diem, de hora in horam. Hoc fecit Bernardinus, qui anno 1564. hauſto inde lumine, recitando R.V. ſerto cor, & manus, mox, & Societati nomen dedit.

in Incitamentis

Incit. impreſſa Græci n. 23. lib. 1. c. 7. et 10.

To. 2 ſer. 2 ſup. Salue R.

ANNO MDLXII.

156 Vetus Collegij Romani templum, cui ab Auguſto Annunciationis *Marianæ* Sacramento datum eſt nomen, nouo quodam obſequio Socios deuouit Virgini Matri. Etenim id quod raró, ſi vnquam, contigit, quicquid hoc ædificationis fuit in hoc templo *Mariano*, totum religioſis auxiliariorum noſtrorum fratrum manibus exædificatum eſt, nullâ profani vllius fabri, famuli, vel operarij manu, operaue admiſsâ; vt in quo Collegio Patres, & Scholaſtici DEO ingenia ſua dedicant per manus Matris DEI, in eodem Coadiutorum claſſis ſuas manus, & manuum labores eidem per eandem dedicaret. Nam, quod ait S. Hieronymus, nulli dubium eſt, *quin totum ad gloriam laudis eius pertineat quicquid digne* GENITRICI *ſuæ impenſum fuerit, atque ſolenniter attributum.*

Sacch. nu. 3.

Labores B.V. dedicare.

In F. Aſſump. B.V.

Et

157 Et verò quiddam nos docere velle viſus eſt DEVS in eiuſdem templi fundamentis, vt pro fundamento ſolido fabrica ingenij noſtri ac etiam eorum quæ manibus agimus, DEO innitatur, & Virgini Matri DEI, quæ noſtra felix & prompta ſequeſtra eſt apud Filium. In templi noſtri *Mariani* fundamentis, vt vetus, & chartis quoque ſignata memoria eſt, ærea lamella reperta eſt cælata eius myſterij ſacramento quo Angelus MARIAM DEI Matrem ſalutat. Iſidorus, quem Theſſalonicenſes ſanctiſſimum ſuum Præſulem vocant, ait vnum è prophanis Sacerdotibus Iudaici illius CHRISTO repugnantis Collegij voluiſſe B. V. arcam in qua ad ſepulchrum portabatur euertere, ſed repentè humi *ſine manibus* iacuiſſe. Nos verò quos totis ingenij corporiſque viribus DEI Matri eſſe addictos decet, non humi ſinè manibus iaceamus, vt ille Virginis inimicus; verùm toto ingenio, & manu, ideſt, opere ac veritate, illi ſeriò ſeruiamus, ac pro rerum agendarum fundamento habeamus IESVM & MARIAM.

Templa Deiparæ condere.

Sacchin. n. 4.

Orat. 4. pag. 134.

158 Et eam quam dixi Annunciatæ DEI Matris imaginem in lamina è fundamentis templi erigendi erutam, & quòd nullum intra Vrbis Romanæ mœnia per id tempus extabat nomine *Annunciationis Marianæ* dicatum templum, cauſam fuiſſe ait Sacchinus, cur nomen *Mariano* illi Collegij Romani templo quod fratrum noſtrorum Coadiutorum manibus aſſurgebat (nempe vt docta & indocta Societas nomen Virgini ædificaret) Annunciatæ Deiparæ daretur. Conandum quippe, vt ſi quid quoquomodo poſſumus addere honori Virginis, quod alij necdum fecerint, id nos faciamus: vt quemadmodum ij qui ante nos fuêre nobis prælu-

Ibid.

In B. V. honoranda etiam veteres ſuperare velle.

luxêre; ita nos poſtfuturis præluceamus exemplo in hac etiam pietate; magnum omninò pietate hac ingenij noſtri pretium relaturi. S. Bonauentura: *Intellectus bonus*, inquit, *omnibus honorantibus te: & ſors illorum inter Angelos pacis*. Pſal. 110.

159 P. Antonius Martinez Roſarij Mariani pietatem in miſſione quadam ardenter explicabat, omneſque ad illam cohortabatur à populo dictus *cereus ardens* Beatiſſimæ Virginis. Hoc lumen nobis, hoc ijs petendum eſt quos ad ſolidum DEI Matris honorem, amorem, cultumque hortamur; vt ijs è cælo diuinitùs lumen & ignis affulgebat. S. Ioſeph Græcus pro ſe à B. V. id petit quo nos egemus, & ij quos hortamur: *Lumine vultus tui illuſtra me iacentem, ne nox mortis comprehendat me, quæ irritas reddat ſpes ſalutis meæ*.

Hiſp. obiit 1562. 17. Iul. Vid. Incit. Grac. num. 24.

M.S. 25. Sept.

ANNO MDLXIII.

160 Hic ille annus eſt omnium per vniuerſam Societatem Sodalitatum *Marianarum* caput, quo Romano in Collegio M. Ioannes Leonius Belga infimis diſciplinis piè tradendis intentus, iuuentutem in cœtum collectam, in *Marianum* Sodalitium erudiuit. vnde primaria B. V. Annunciatæ in Romano Collegio Sodalitas, reliquarum Mater, ac princeps, eſt propagata. Eapropter ſi quid inſigne in Sodalium corona, Virginis houori ad imitationem noſtris autoribus actum reperiam, ſuis locis indicabo: cùm ea quæ in Sodalltatibus fiunt, fiant ſub rectione Societatis, quæ tota eſt in mentibus *Mariana* pietate, velut lacte, ſuauiter, tenerè, ac ſolidè nutriendis; DEO etiam id ſibi arridere non obſcuris argumentis perſæpè teſtato. Cogamus cœtus quos poſſumus ad gloriam Virginis, cui laudandæ ſoli non ſufficimus, dicente S. Bonauen: *Laudate eam*

Sodalitates B.V. erigere.

Pſal. 158. et 112.

omnes

Digitized by Google

omnes homines. Laudate pueri Matrem DEI: *glorificate ſenes nomen eius. Miſericordia eius ſuper omnem carnem.*

161 P. Antonius Madridius hoc anno moriens, poſt habitum appoſitè cum ſingulis Sanctiſſimę Trinitatis perſonis colloquium; valete, inquit, Patres: ego eo. Plura deinde ad Crucifixum vbi dixit, ad Beatiſſimam Virginem ſupremis verbis conuerſus, in ipſo expirandi articulo hæc vltima verba adiecit: *Maria mater gratiæ. Mater miſericordiæ. Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.* S. Germanus MARIÆ nomen inter moriendum in ore habere ſe velle poſtquam dixit, adiecit: *Mihi enim omninò perſuadeo, futurum, vt crudeles exactores hominumque hoſtes illud timeant.*

In morte ad B.V. aſpirare.

In Annūt. B. V.

162 Inter varia piè hoc anno inſtituta Valliſoleti, cultus Virginis Matris, & cætera bonarum mentium rudimenta vt vigerent curatum. ſed & alibi remigibus inſtruendis miſſi ſocij, qui illos roſarijs ad ſalutandum Virginem donarent: vt miſerabilis illa turba, ſi quando ab opere vacaret, otium piè ſolaretur: & inter laborandum appenſo è collo, vel aliàs ſub aſpectum poſito roſario, interſpirare, ac ad Matrem DEI aſpirare condiſceret. Doceamus iſta quos poſſumus; donemuſque quibus poſſumus roſaria, ſeu coronas, velut felicis mortis quotidiana & ſancta inſtrumenta, in quibus *nunc* in horam mortis noſtræ MARIAM toties inclamamus: de quo nomine pergit ibid. S. Germanus ſic dicens: *Idem* DEI *Matris nomen ſit mihi vltimus linguæ loquentis motus, vt illud velut oliuæ ramum in ore ferens auolem & requieſcam; quemadmodum columba in arca Paradiſi.*

Sacch. nu. 91. et 108.

Eos qui laborant cultu B. V. erudire.

163 P. Conſaluo de Mello 14. Maij hoc anno mor-

Digitized by Google

mortuo moris fuit, vt in itineribus ad B. V. ſe liberaliùs per varias preces effunderet. Hoc P. Conſaluus tunc petebat à Deipara, quod olim Bernardus dicens: *Tu altitudo cæli, beatos oculos tuos quibus incomprehenſibilem gloriam illam lucis æternæ cum deſiderio ſemper intueris, ad tuos ſupplices in hanc mundi miſeriam proiectos de alto inclinare non deſpicias.* Ita Bernardus. Reſpicit nos ex alto illa quoties nos pio mentis oculo illam aſpicimus. Vid. Incit. nu. 25. T. 2. orat. ad B. V. fol. 403.

ANNO MDLXIV.

164 Quæ cœpta ſuperiore anno Sodalitas diſcentium erat (ait huius anni geſta referens Sacchinus) ea Beatiſſimæ Virginis ſubiecta hoc anno tutelæ eſt, ijſque conſtituta legibus, quibus magnam partem hodieque regitur. Quâque hebdomadâ noxas confiteri, ſingulis diebus ſacro intereſſe, Virginiſque vel roſaria vel preces è libello iuſſi percurrere. Pergit ibi reliqua pietatis meditamenta exequi. Celebris eſt in vita Lamberti Epiſc. Atrebatenſis illa B. Virginis *flagrantium*, ſeu *ardentium Societas*. Merentur hoc nomen hi cœtus Mariani, cœtus verè ardentium amore ſancto Deiparæ: cuius ignis cuſtos eſt Societas à DEI Matre adiuta, & ipſa *Societas hoc igne ardentium*. Num. 37. Apud Marrac. in Antiſtit. Mar. pag. 55.

165 P. Ioannes Pelletarius magni omninò zeli uir, deceſſit huius anni 1564. initio. Is quothebdomadis die Sabbati de B. Virg. laudibus conſtanter, mirâ gratiâ loquebatur ad concionem: ideoque plateatim cum tintinnabulo omnes ad Beatiſſimæ Virginis laudes curabat inuitari, vt nupèr dixi. vnde ille glorioſo & vero elogio: *Beatiſſimæ Virginis Matris Doctor* eſt nuncupatus. Sabbato Sancto quotannis diem coronationis B. Virginis celebrabant Serui eiuſdem Virginis Matris. Ioanni noſtro quiuis Sacchin. p. 2. lib. 4. cap. n. 79. Marracci in Fund. Mar. pag. 219.

O Sab-

Sabbati dies, magnus, & ſanctus fuit: quippe qui vt ſe B. Virginis ſeruum probaret, alioſque tam bonæ Dominæ ſeruos adduceret, illam nouis ſemper & nouis laudibus, id eſt gloriâ & honore inter mortales quanto poterat maximo, coronabat.

ANNO MDLXV.

Pro B.V. honore perorare

166 Hoc anno 14. Kalend. Febr. Romæ deceſſit P. Iacobus Lainez Præpoſitus Generalis, facundus ille ac doctus in Concilio Tridentino pro Immaculata Conceptione per tres ipſas, vt aiunt, horas orator; tametſi aliàs æger à febri. Dixit ille pro illo myſterio in illius comitij corona magno ſenſu, magno authoritatum è ſanctiſſimorum Patrum vi hauſtarum ac rationum pondere. Et ſacra illa ſynodus, Sixti IV. conſtitutiones de illo myſterio ſeruandas eſſe præſcripſit; teſtata, non eſſe ſuæ intentionis eo decreto, quod de originis peccato tulerat, beatam & Immaculatam Dei Genitricem comprehendere. Quæ res magnoperè facit ad ſolidum pietatis erga Deiparam firmamentum. Et profectò regula cultus Deiparæ debet eſſe illa quam Sanctorum & Eccleſiæ authoritas, & ratio illis conſentiens præſcribit. Quippe rationabile debet eſſe obſequium noſtrum, quo Devm, quo Dei Matrem colimus; quam S. Germanus Patriarcha vocat Deo *dicatum rationabiliſſimum altare ſacræ hoſtiæ*.

Immaculatæ Conceptioni honorandæ ſtudere.

Orat. in Præſent.

Invigilia feſti Immac. Conceptionis ieiunare.

167 Aiunt ij qui P. Iacobi Lainij temporibus interfuêre, illum ægris compluribus opem illo conſilio attuliſſe, quo illis in vigilia feſti Immaculatæ Dei Matris preces ac ieiunium perſuadebat: ſacrificio quoque de illa procurato; aut aliâ quapiam religioſæ pietatis induſtriâ: *Maria liber eſt, & apotheca gratiæ, in qua omnis anima quod neceſſe habet inueniat*.

Hom. PP. t. 4. Gloſſa in Natiu. B. V.

Ba-

Digitized by Google

168 Bazaini in India Orientali Brachmanum nobiliſſimus (à cuius lotis pedibus ſordida aqua pro ſacra bibebatur) CHRISTO nomen dedit, fidemque, inquit Sacchinus. paulò poſt valetudinarius ad Collegium, vt potuit, egit ſe, aquam luſtralem poſtulans. Diuinæ Matris inſtinctu id eum egiſſe vide in Sacchino. Quocirca nonnullis de Societate iſtud etiam ſtimulo fuit ad crebrum & pium aquæ luſtralis vſum, quæ ferè diebus Sabbati noua quothebdomadis in cubiculum cuiuſuis ſolet afferri. Amemus illam etiam ex hoc capite, id eſt, tanquam rem etiam à DEI Matre allatam, & commendatam; eiuſdemque Virginis opem imploremus ad ſanctum huius aquæ ſanctæ vſum, omnemque illam efficacitatem conſequendam, quam illa ab Eccleſiæ precibus ſolet accipere, ita vt multi admirabiliter ac vtiliter conſecuti ſunt, conſequendam, ipsâ Virgine adiutrice. Ita ibidem Bazaini ædes *Beatæ Virgini adiutrici* poſita eſt: *quam primam, extra vrbem, illa in ora Deipara ædem habuit*. Hæc eſt illa quæ eſt *aquæductus aquæ illius viuæ, ſalientis in vitam æternam*: aut, vt Bernardi verbis dicam; *Aquæductus ille plenitudinem fontis ipſius de corde Patris excipiens*.

Num. 136

Serm. in Nat. B.V. de aquæd.

ANNO MDLXVI.

169 In Iaponia milites Chriſtiani à Societate inſtructi, vt IESV & MARIÆ nomina inuocarent, conſtantiâ ſingulari enituêre in prælio; neque illorum quiſquam eſt læſus. vnde cæleſtium illorum nominũ reuerentia apud ipſos, apud Ethnicos verò timor, increuit. Hæc eſt Regina militiæ cæleſtis: *Per te*, inquiunt Menæa Græcorum, *Reges Chriſtiani accinguntur ad bellum*.

Sacch. nu. 127.

Militibus nomina Ieſu, & Mariæ colenda ſuadere.

Piet. Mar. Græc. nu. 405.

ANNO MDLXVII.

170 Hoc anno 4. Martij obijt P. Emanuel Miona. hic præter eas quas noctu ad B. V. fundebat preces, à menſa ad conclaue ſuum redux, pias diei reliquæ occupationes à Deiparæ Virginis officio, quod ſenex lentè in cubiculo inambulans recitabat, auſpicabatur: alijs quoque precationibus, & occupationibus ſuis frequentem cæli Reginæ ſalutationem interſerens. Aliquot ante migrationem diebus, inquit Sacchinus, cùm in eius cubiculo cauſa nulla odoris neque ab morbo, neque ab ſenectute hominis, neque à miniſtrorum cura eſſet; adeò tamen ex ipſomet decumbẽte ſuauis afflatus odor dicitur, vt vehementer qui aderant mirarentur. Nec eſt pro morte, ſecundùm CHRISTVM, conſolatio nobis maior aut ſuauior quàm Deiparæ patrocinium. Hæc B. Ioanni DEI morienti ſudorẽ è fronte abſterſit. Huic ergò par eſt vt nos quotidie pro illa hora commendemus: *In pulchritudine pacis*, inquit ad hanc S. Bonauentura, *& requie opulenta cibabis nos poſt laborem peregrinationis noſtræ*.

Off. B. V. attentè recitare.

Vid. plura in Sacch. nu. 91. et 215. de P. Goëz.

In eius vita. *Vide Incit. Grac. n. 27. Pſal. 9.*

ANNO MDLXVIII.

171 B. Stanislaus Koſtka Polonus Romæ nocte inter 14. & 15. Aug. mediâ hoc anno extinctus, literis operã nauans Viennæ Auſtriæ ſemper habebat manus occupatas roſario aut libellis Deiparentis potiſſimùm laudes continentibus. Scholaſticę quoque exercitationis argumenta pia illi erant; & potiſſimùm laudes eiuſdem auguſtiſſimæ DEI Matris. Laudent illam noſtra ſtudia; & ingenium cote tam nobilis materiæ acuatur. Meminerimus eius quod S. Caſimirus, Polonus & ipſe, in quotidiano illo ſuo hymno dixit: *Quamuis ſciam quòd Mariam nemo dignè prædicet, Vanus tamen & inſanus eſt qui illam reticet*.

Aſſumpt. B. V.

Manus habere occupatas roſar. libellis Mar.

De illa componere Scholaſticas exercitationes.

Iam

172 Iam ter in canis tetri formâ inſilientem dæmonem fugauerat, iam S. Barbarâ Virgine & Martyre præſente ab Angelis viaticum cæleſte acceperat B. Stanislaus, cùm Beatiſſima Virgo ingraueſcente deſperanter valetudine illi adfuit, & paruulum IESVM è ſinu ſuo in lectulo Stanislai depoſuit; ſoſpitatem reddidit: ac in digreſſu nominatim conſilium dedit, vt ſe Societati IESV daret. Nempe cùm in morbis, & dubijs, tum etiam poſt Euchariſtica ſuſcepta myſteria velut porrectus nobis ab ipſa Matre IESVS eſt in cordis lectulo collocandus; & cum illo atque cum cæleſti eius Matre de vitæ æternæ conſilijs conferendum. Lubet hortatorem S. Bonauenturam audire, ſic ſcribentem: *In periculis, in rebus dubijs inuocate eam; & in neceſſitatibus inuenietis auxilium, & refrigerium dulce.*

In morbo, & morte ad B. V. confugere.

Pſal. 33.

173 B. Stanislaus Koſtka à P. Emanuele Sa ad viſendum S. Mariæ Maioris ad præſepe ſeu ad niues, templum ductus, cum illo de illa ſuauiſſime colloquebatur; & ab illo interrogatus; amaretne DEI Matrem? blandiſſimâ demiſſione interrogando reſpondit: Quid quæris, Pater? Eſt mea Mater. Quæ vox Emanueli, ut ad aures peruenit, ita ad animum penetrauit, vt pluſquàm humanæ vocis quiddam habuiſſe illi ſit viſa. Et familiare iam erat inter domeſticos Stanislao illam ſuam parentem dulci elogio appellare. Huc facit id quod canit idem S. Bonauentura: *Generatio mea ablata eſt, quia Pater & Mater mea, & omnia dereliquerunt me: Maria autem aſſumpſit me.*

B. V. templa piè viſere.

B. V. Matrem vocare.

Poſt pſalter. in cãtico Ego dixi.

Hiſt n. 74.

174 B. Stanislaus Koſtka, Sacchino id narrante, cum frequentiſſimè de ipſa cæli Regina loqueretur, noua ſemper, & magnificentiſſima quibus eam appellaret excogitabat nomina, & gradus in-

De B. V. magnifica nomina excogitare.

qui-

Digitized by Google

quibus eam collocaret altiſſimos: vt ſimul appareret graue illi eſſe quòd celſius quiddam vbi reponeret non inueniebat, nec exæquare verbis iudicij ſui maieſtatem poterat: eo ferè modo quo Arnoldus Carnotenſis Abbas exclamat dicens: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, nihil digne, nihil proprie de Mariæ gloria eloqui potero.*

Tom. 1 homil. PP. de laud. B. V.

175 Ad ſalutationem Angelicam (pergit ibid. de B. Stanislao, Societatis hiſtoria) erga ſacrum roſariũ preceſque alias cum pſalmis, in laudem Virginis conſuetas ſuauiſſimè afficiebatur: cùmque quàm liceret crebertimè in ijs exequendis officijs verſaretur, animaduertebant Patres id quoque exequi eum quadam cum venuſtate vultus & gratia vſque eò extraordinaria, vt plane illi ab plena gratiæ Virgine, gratiæque parente Regina, cuius inſeruiebat laudibus, præter morem indita videretur. Eſt etiam qui ritè confirmat, ſplendore pluſquàm humano lucentem eius faciem haud ſemel ſibi conſpectam. Verum quippe fuit etiam in B. Stanislao id quod Iſidorus Theſſalonicẽſis de B V. dixit: *E terrenis euehit laudatorem in cæleſtia & diuina*: Et Bonauent. *Aperite cor ad inueſtigandum eam; & labia ad glorificandam illam.*

In Roſario, &c. recit. modeſtiam, & reuerentiam adhibere

Orat. de Nat. B. V.

Pſal. 77.

176 B. Stanislaus Koſtka à P. Petro Caniſio ad Romanos tyrones ſermonem initio Auguſti habente didicerat, optimas menſium ferias celebrari ſi eum quem ingrederis menſem tanquam ſupremum ineas, eo modo quo te vixiſſe velles menſe vltimo vitæ tuæ. Et eo ipſo menſe S. Laurentius obtigit Stanislao. Et verò eo ſibi menſe moriendum prædixit: & æger poſtea, Claudio Aquauiuæ, ac alijs abeſſe à morbo periculum affirmantibus diſertè dixit: *Se à Beatiſſima cæli Regina per patronum ſuum*

Sacch. nu. 92.

S. Lau-

Digitized by Google

S. Laurentianum instituiſſe, vt ad ſe euocare ipſo Aſſumptionis ſuæ die vellet : atque adeò ſperare ſe id quod rogârat impetraturum. id quod etiam conſecutus eſt, cereum, ac B. Virg: roſarium manu tenens. Fama fuit apparuiſſe morienti Deiparam; ad quam ille aſſumptus eſt tertiâ poſt medium noctis in Aſſumptæ diem euntis horâ, primus ad S. Andreæ ſepultus. Suauiſſima illi mors fuit in delicijs *Marianis*; quemadmodum idem Iſidorus de B.Virginis morte loquens ait: *Triduo vltimo vitæ ſuæ perfuſa gaudio, ſuauitatiſque rore, ſpirabat lætitiam, & voluptatis halitum emittebat*.

B. Virgini ſupplicem libellum per SS. porrigere.

De Nat. B.V.

177 Pro re Catholica Deiparæ opem implorare docet nos B. Staniſlai cælo iam recepti exemplum, quod alio loco retuli ex Proceſſibus. S. Andreas Cretenſis Archiep. Deiparæ ita canit ad rem noſtram: *Salue ſemper viuum fluentum fidei noſtræ*.

Vid Inclit Grac. nu. 29.

In M.S. Marrac. ode 2. in S.Georg Mart.

178 B.Staniſlaus Koſtka, fidelis, & bonorũ filiorũ moribus probè inſtructus Deiparæ filius, nõ priùs cubitum concedebat, quàm conuerſo ad eam partem quâ Beatiſſimæ Virg: Maioris templum eſt vultu, profundâ illam reuerentiâ ſalutaret. Hoc agunt & ij qui antequàm ſe in lectulum componant, profundâ genuum, vel etiam totius corporis inclinatione, Iesvm in Euchariſtia per omnia orbis terrarum templa conditum, & omnia Dei Matris templa, altaria, imagineſque ſalutant; idem mane quoque acturi, vultu ad celebre quodpiam Dei Matris templum, conuerſo: *Sperabam*, inquit pſaltes ille Marianus Bonauentura, *ſperabam in illa mane, ſerò, & meridie*.

Ante cubitum tẽplũ B.V. è cubiculo ſalutare.

In Cantico *Ego dixi*.

Litanias B.V. pro gratiarũ actione poſt ſacrum recitare.

179 Incertus mihi eſt annus mortis P. Reyneri Fabritij: ſed illum B.Staniſlao addo, quia Romano in itinere comes fuit B.Staniſlai, ac ductor. Is quo-

tidie

Digitized by Google

tidie poſt ſacrum abiectus in genua, B. Virginis Litanias recitabat. ſupremo vitæ ferè ad centeſimum (ſi tres excipias) annum porrectæ decennio, mille paſſibus à villa, in qua ipſe degebat, diſſitam B. Virginis ædem nullo die omiſſo, inuiſebat. Litaniæ ſunt corona elogiorum Dei Matris. Exaggeremus illam quantum poſſumus, nec enim allequemur. Id poſt alios multos diſertè in hæc verba teſtatur etiam laudatus aliàs S. Iſidorus: *Si conuenirent in vnum quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ erunt ad præſtandum hoc, nunquam futurum eſſet, vt hymnus tibi congruens necteretur.*

Illā breui peregrinatione colere.

Orat. 2. de Natiu. B. V. pag. 69.

ANNO MDLXIX.

180 Hoc anno 15. Febr. Franciſcus Andrada Scalabitanus Schol. obijt, qui præter plurima pietatis officia iam ſeſe aſſuefecerat, vt vbidemumcunque eſſet, CHRISTVM ad dexteram, ad ſiniſtram verò Beatiſſimam Deiparam ſibi coram præſentes & vbique comites magnâ mentis puriſſimæ tranquillitate veneraretur. CHRISTVS quà DEVS, eſt vbique; CHRISTI verò Mater in Verbo videt ea quæ ad illius gloriam ſpectant. Hæc DEI nobis præſentis, & Virgini Matri nos & noſtra oſtendentis cogitatio ſi bene inſtituatur, mirum in modum nos coniungit DEO: quam in rem optime laudatus Iſidorus: *Ad hoc fuit in lucem edita, vt arctiſſimo, & inenarrabili beneuolentiæ vinculo adſtringeret creatorem cum hominibus.*

Vbique tanquam corā B. V nos vidēte verſari.

Orat. 4. de Natiu. B. V.

181 De eodem Sacchinus in hunc modum tradit. Præter vſitata roſaria, & ſolennes Deiparæ, cui addictiſſimus erat, honores, texebat ei quotidie tale coronæ genus. Generatim res creatas mente colluſtrans, inuitabat ſeparatim vnumquodque genus, vt de virtutibus admirandis, deque ornamentis ampliſſimis quibus cumulata eſt, DEO gratias agerent;

Num. 230

Gratias agere pro conceſsis B.V. beneficijs.

gau-

gaudens ipſe, ac geſtiens quòd ſumma illa Regina ijs bonis omnibus, & celſiſſimo gloriæ culmine frueretur. Ita S. Hieronymus nos ad DEVM in Virgine, cum gratiarum actione laudandum inuitat, aitque poſt plura: *Quia iter ſalutis noſtræ in laudibus eſt Saluatoris, hortor vos, & commoneo in hac ſacra ſolemnitate Genitricis* DEI MARIÆ *nolite ceſſare à laudibus*. S. Bonauentura verò ad Beatiſſimam Virginem: *Benedicamus* DEVM, *qui te creauit*. *In feſto Aſſumpt. B.* *In cantico Benedicite.*

182 Ethnicus vir nobilis à noſtro quodam ipſo S. Iacobi die viſitatus, cùm ab eo fidem Chriſtianam ſibi ſuaderi audiret, admiſit conſilium: vtque obediret, ſe cælo authore permotum dixit, & B. Virginis patrocinio. Pulchrè illam, ac verè ſalutat S. Ephræm Edeſſenus: *Aue*, dicens, *porta cælorum, aſcenſus omnium, aue reſeramentum portarum paradiſi*. Obediētia colere B. Virginem. De laudibus Dei Matris. *v. d. Incit. n. 30.*

ANNO MDLXX.

183 Dabo hîc verba hiſt. Societ. anni huius de Amurate Roberto, poſtea Ioanne Thoma Lauretano. Hic, Laureti in tugurio, Eremitarum inſtar, habitans, orationi, diuiniſque myſterijs operam dabat: ac reuiuiſcente paulatim religioſæ vitæ cupidine, vehementer retardabatur offenſione priſtinâ animi quâ Societatem abhorrebat: deinde etiam metu, ne ſi ſe obligaret obedientiâ, Laureto migrare cogetur. Has inter curas fluctuanti, die S. Thomæ Cantuarienſi ſacro, cùm ſepties ad opem diuini ſpiritus impetrandam hymnum *Veni ſancte Spiritus* pronunciaſſet, ſuccurrit prompta S. Petri obedientia, qui naui ac retibus relictis, CHRISTI Domini voce, illico ſecutus eſt: eaque dum ſecum in ſuo tugurio voluit, opem Deiparæ eſt expertus, vt olim narraui, ad obediendum promptus factus. Ad Societatem receptum 6. Ianu. impetrauit, vbi in magna *Anno 1570. n. 13.* Obediētia illam colere. *Vit. Incit. n. 31.*

vitæ aſperitate, nullo vtens cubili, ieiunia ſeuera continuans; precibus diuturnis immorans conſtanter perſeuerauit, quoad tandem in Romano Collegio ſenex deceſſit. Hæc, & his longe plura Sacchinus. *num. 13.* Ab hac petendum eſt lumen conſilij, ab hac animi ardor, ab hac ſolatium, quæ eſt, vt S. Ephræm Edeſſenus loquitur, *acerra aurea, lucerna micantiſſima, charta diuiniſſima, conſolatio ſanctiſſima.* De laudib. B.V.

184 Ioannes Lauretanus ore, vultu, lanceâ minantem ſibi quendam (Angelum putant cuſtodem) vidit, quòd confeſſionem generalem aliquantulum diſtuliſſet; tametſi nec dum totum faciendæ ſexto menſe tempus pro more abierat. Vniuerſam ergò vitam expiat Ioannes iam æger, & ſe parat ad mortem. Repentè alijs de beatorum felicitate loquentibus attentus, & quaſi de ſupremo vitæ momento iam iam imminente admonitus; Quæſo, inquit, Patres, Fratreſque, abiecti in genua rogate pro me Beatiſſimam Dei genitricem, ſemelque pronunciate *Salue Regina*. Procubuere omnes: & vix illi *ſalue* Virgini, cùm ille vitam abſoluit, eò ſuauius quòd morientibus iam oculis tot pro ſe oratores videret ad Virginem. *Ne proijcias nos in tempore mortis noſtræ*, orat S. Bonauentura; *ſed ſuccurrere animæ cùm deſeruerit corpus ſuum.*

n. 18.

Io. Lauretanus moriens B. V. *ſalue* recitari petit.

pſal. 19.

185 P. Bartholomæus Buſtamantius, qui hoc anno 11. kal. Iulias obijt Trigueri in Hiſpania, cùm omnes vbique, tum in via Paſtores, & agricolas ad B. Virginis cultum, & orandum è roſario incitabat, edocebatque. Magno flagrabat deſiderio, eoque diuturno, formulam aliquam precandi nanciſci, quâ Virginis ab ipſamet Virgine obſeruantiam poſtularet. Tandem S. BonauentuRam huiuſmodi quadam vſum cùm inueniſſet, hanc & ipſe lætus

Sacch. n 148.

Amorem ergà B. V. à Chriſto petere.

arripuit, & ſæpiſſimè vſurpans, cæteris author erat, vt frequentarent. Ea erat huiuſmodi: *Dulciſſime Domine* IESV, *dignare me infimum omnium peccatorum ſacratiſſimæ Virgini* MARIÆ *Matri tuæ reuerentiam debitam exhibere. Et tu, clementiſſima Domina mea, mihi indigniſſimo peccatori impetra, vt perfectè ſim tuæ deditus ſeruituti, & tibi omni tempore obſequar pura mente: ac deuoto corde continuò tuæ benignitati aſſiſtam.* Hic eſt ille, quem Deiparæ de corona ſalutandæ in itinere intentum, & vnà cum iumento in præceps actum ingenti cum omnium admiratione illæſum ſeruauit Virgo, Beato quoque Borgia tunc pro illo orante. Etiam S. Ephræm, à Beata Virgine petit illam laudare, dum ait: *Imple os meum gratia dulcedinis tuæ. Moue linguam meam, & labia, ad laudes tibi alacri, & læto animo canendas.*

Et ab ipſa B.V.

De laudibus Dei Matris.

186 Idem, author erat alijs, vt ſi quando roſarium B. Virginis dicere non vacaret, breuiorem coronam non omitterent: dicerentque ad minora grana: *Benedicta ſit glorioſa Virgo* MARIA *Mater* DEI. S. Bonau: è trium puerorum cantico MARIÆ Deiparæ canens, multa illi accomodat: atque inter alia: *Benedicat omnis creatura Dominam noſtram; quam Rex ſic voluit benedici: Qui benedixerit tibi S. Virgo beata, ſit ille iugiter benedictus.*

Alia, & alia in hon. B.V excogitare. Iaculatorijs precibus illam colere.

187 Sed & noſtras de dæmone victorias coronabimus coronâ Virginis. Eboræ dæmon, energumenum, & plures, qui pro dæmone abigendo deſudabant Patres, fatigârat. Adfuit P. Ignatius Azebedius; & roſarium energumeni collo iniecit: ac, atque ſi quis pacis torquem illi impoſuiſſet, energumenus penitùs conquieuit, nihil deinceps ab hoſpite malo paſſus. Ita pelluntur dæmones etiam animum obſidentes, ſi non *attediemur* in torque,

Roſario contra dæmonẽ vti.

Eccli. 6. 26

Digitized by Google

ac *vinculis* MARIÆ dum illam, ceu quotidiani Angeli, ſalutamus; illam benedictam, & benedictum illius fructum toties imploramus contra technas, ac rabiem ſerpentis illius ab illa protriti, eumque velut ſacroſancti roſarij odore fugamus. *Odor*, inquit ibid. Bonauentura, *Odor tuus*, MARIA, *ſicut odor agri pleni cui benedixit Dominus; qui in benedicentes te redundat, irrigans omnia intima eorum*.

188 P. Ignatius Azebedius (do verba Spondani Epiſcopi) Braſiliæ Prouincialis manu tenens imaginem Beatiſſimæ Virginis crudeliter cum 38. ſocijs trucidatus eſt. In quo prodigium magnum factum eſt, *vt nullo vnquam conatu imago ei è manibus eripi potuerit*: cum qua in mare proiectus fuit. Sic ille. Sub hoc nempe vexillo ſuo, & cum hoc voluit viuere, ac mortem oppetere, ab illa protectus quæ S. Germano Patriarchæ dicitur *inamiſſibile ornamentum*.

1572. *n 25.* In morte tenere imaginē B.V.

orat. 1. in Præſent. B.V.

189 De eodem ita Societatis hiſtoria: Iure adſcitus in Societatem Filij, qui *in præcipuo Matris eius adoleuerat cultu*: iam olim ex voto concepto ad honorem eius integritatis cilicinam veſtem candidam aſſiduè geſtabat, nudo applicatam corpori: quotidie roſarium, & preces in honorem immaculatæ Conceptionis recitauit. Nec deſtitit vnquam poſtea impenſiſſimè tenere, diſſeminare, & amplificare cæleſtis Reginæ, & clementiſſimæ Matris venerationem, donec imaginem ipſius manibus tenens, vel potiùs in ipſius ipſe ſitus manibus, ſocioſque coram illa hortatus ad fortiter moriendum, inclytam mortem oppetijt. Et verò immaculatæ ſuæ Dominæ ope in puritate tantus fuit, vt Bracharæ quidam dixerit: ſe cùm ab immundo ſpiritu importunè vrgeretur, in Ignatium oculos coniecisse, atque

à nu. 254. Cilicium candidū geſtare in hon. B. V.

Caſtitatē illius ope tueri.

Digitized by Google

atque ab illo, tanquam conſcio, amabili quadam obtutus ſignificatione perſanatum ſtatim ab infeſto impuritatis genio conquieuiſſe victorem. Quemadmodum, qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt; ita qui in domo, & clientela huius Reginæ ſunt, ſæpe cilicio aſpero veſtiuntur; & iſto cultu faciliùs impetrant id quod in Menæis Græcis per B. Virginem petit ille, *vt poſt ſplendidam ſtolam ſordidatam noua ſanioris animæ toga conueſtiatur.* Etiam Blaſius Ribera, & Petrus Fonſeca eius ſocij coram B. V. imagine prouoluti ab hæreticis confoſſi ſunt. *Piet. Mar Græc. nu. 189.*

190 *Franciſcus Perez Godoius*, cum P. Ignatio Azebedio in fidei odium hoc anno trucidatus, religioſæ vitæ tirocinium poſuit ſub P. Balthaſare Aluarez viro illo inclyto; poſtquam Salmanticæ ſtuduiſſet. Hic totis viribus contendebat, vt quicquid ageret, ageret accuratione ad omnem amuſſim exquiſitâ. Mirabatur quiſpiam, & percunctabatur; eccur adeò perquiſitam diligentiam nauaret ita ſplendide mundandis, & abſtergendis culinæ vaſis, quæ tamen ſciret breui iterùm fœdanda? Reſpondit Franciſcus: In more ſibi eſſe quotidie Diuinæ Matri cælorum Reginæ Virgini veſperi ſupplici geſtu offerre quicquid per diei totius horas ſingulas egiſſet. Quocirca nullam ſibi diligentiam nimiam videri poſſe in ijs rebus perquiſitè mundandis; quippe quas ipſe veſperi tam auguſtæ Maieſtati ſiſtere deberet. Puderet me, aiebat, DEI Matri aliquid non vndequaque mundum nitidumque offerre. Nec enim id citra ruborem fieri poſſe: nec decere. Vide vel in hoc tirone ſcholaſtico quàm non inerti amore amet, atque amandam à ſuis doceat auguſtam Cæli Reginam Societas: quippe cuius amorem, eorum quæ à nobis fiunt magiſtrum eſſe

Veſperi ſingula diei acta Deiparæ offerre.

Agere omnia diligẽter

eſſe velit, ac incitamentum, vt ſingula horarum, ſingularum ſpatia, & negotia quàm exaggeratiſſimo ſtudio fiant; tanquam quæ & tunc dum fiunt, & veſperi poſtea, velut in cumulo, diuinæ Matri offerantur; & per illius manus amori diuino, ſeu DEO. Aiunt Heraclitum Scotinum carmina quæ compoſuerat, in templo Dianæ clam abſcondiſſe. Nos quicquid corde, manu, ingenio agimus, per MARIÆ manus in templo diuinæ gloriæ reponamus: & id ipſum calcar nobis eſto ad omnia quàm exquiſitiſſimo ſtudio peragenda: vt MARIANUS amor, quo illam colimus, omnes in nobis veri amoris dotes accumulatiſſimè inueniat. Sit *amor*, qui, Bernardo ſic docente, *otioſus eſſe non poteſt, de his, quæ* DEI *ſunt ſollicitans, & ſuadens.*

Serm. 57. in Cant.

191 P. Emmanuel de Nobrega primus de Societate Braſiliam adijt, & ibi vnà cum ſocijs templum MARIÆ *Virginis Adiutricis* in edito colle ſuis ipſe manibus conſtruxit. & dicente in aquæ inopia quopiam: O ſi Deiparæ placeret hinc fontem elicere! Confide, inquit: & hoc, & iſto maiora, poteſt hæc Domina. Ad ſacrum in eo celebrandum acceſſit: & ſub ipſo ſacro ibi ſcatebra aquæ perpetuæ, ac admirabiliter ſalutaris manare cœpit. MARIA eſt puteus aquarum viuentium, Oceanus gratiarum, mare DEI.

obijt 1570. 18. Oct. in Braſilia.

Templa erigere B. V.

ANNO MDLXXI.

192 P. Hieronymus Rubiola 12. kal. Sept. hoc anno mortuus, Rector Senis primus pro ſupremo ſolatio ſodales *Marianos*, quos ipſe congregârat, & rexerat, lecto ſuo circumfuſos: tenere ad ſancta hortatus, impensè rogauit, vt in ſupremo illo diſcrimine ſuis precibus adeſſent morienti. Tum paruuli adfuêre; quorum in corona humi iacens, accen-

Optare in morte B. Virgini ab innocētib' Sodalib' commendari.

accenſis pro ara duobus cereis, præiuit *Salue Regina* recitans, illis tenerâ pietate ſecutis. Ita ſe morti parans, cùm alijs, tum præcipuâ in Virginem religione ſpectatiſſimus; in beatam lucem, vt ſpes eſt, exceſſit. Nulla nimia eſt diligentia quam illi, vt nos in die noſtro vltimo iuuet, impedimus. Idem petebat S. Bonauentura, cùm dicebat: *In manus tuas, Domina, commendo ſpiritum meum; totam vitam meam, & diem vltimum meum.* Pſ. 30.

193 Barbara Borromæa Camilli Gonzagæ Nouellarienſis Domus Probationis Fundatoris coniunx, & iſtic tyronum velut Mater, multis virtutibus illuſtris, à Patre Antonio Valentino illum Gerſonis orandi modum didicerat, quem ſpiritualis mendicationis nomine appellamus: & ex eo die quotidie per vnius horæ ſpatium illâ mendicatione vtebatur. *Siſto me*, inquiebat illa Patri; *velut inopem, & mendicam coram Virgine Deipara.* Tum aiebat ſe ad Angelos, & omnes veteris, ac noui teſtamenti cælites circumire, atque coram Crucifixo conſiſtere, ac ſua omnia in illius vulneribus collocare, magno ſenſu, magno fructu. Multùm his conſonant illa S. Ephræm Edeſſeni velut mendici ad B. V. verba: *Ex vlnis equidem maternis tibi, Domina mea, deditus ſum miſerabilis; & cliens tuus vocatus ſum.* Et Bonauent. pſ. 79. *Solue vincula colli tui, paupercula anima meâ, & glorioſis laudibus accipe illam.*

Docere alios à B.V. mendicare.

Hiſt. Soc. cit. n. 31.

in bibliotb. PP. de laudib. Dei Matris.

194 Iulio ineunte, Pragæ Ægidius Anglus B. V. virtutes meditans quid opis ab eâ acceperit, vide Sacchinum n. 61. Nempe DEVS nobis Matris virtutes benè meditantibus fratrum quoque noſtrorum virtutes, & apud DEVM gloriam oſtendit; ibi quomodo nos viuos, & morientes CHRISTVS, diuinæ Matris ſuæ adductus precibus, veluti dexterâ manu ſuſten-

Virtutes B.V. meditari.

Digitized by Google

ſuſtentet, monſtrat; vt dum Matrem colimus, Filium, eiuſque erga nos, ac noſtros beneficia agnoſcamus: & fideles vtriuſque ſeruos, fratres noſtros, amemus, ac magni faciamus; bonâ ſpe freti, nos quoque à CHRISTO in morte protegendos; effecturamque apud Filium Virginem, vt ad nos ope ſuâ tegendos faciat potentiam in brachio ſuo.

Pſ. 90. S. Bonauentura pro morte ſua apud DEI Matrem ſollicitus, ab illa ſuſtineri petit: *Expande, Domina, manus tuas: ſuccurre pereunti: ne moreris propter gratiam nominis tui, vt efficiaris mihi in gaudium, & ſalutem.*

Sacchin. l. n. 113. 195 Hoc anno magnis dotibus, ac meritis clarus inter obſequia infirmorum exceſſit 4. nonas Majas P. Iacobus Sotomaior Gadibus, Deiparæ Virginis cultui addictiſſimus. Solebat dicere: ſi quando deterius ſolito haberet, pro remedio ſe roſarium percurrere, & conualeſcere. Appoſitè S. Ioannes Damaſcenus DEI Matri ſic loquitur: *Gaude, pharmacum ex omni pectore dolorem propulſans.*

B. V. roſario ſuam valetudinem curare.

Orat. 2. de Aſſ. B. V.

ANNO MDLXXII.

196 B. Franciſcus Borgia hoc anno 1. Octob. Romæ mortuus, obſeruabat perattentè, qui apud MARIAM cæli auguſtam velut primæ admiſsionis dynaſtæ, ac amici eſſent; & cùm aliàs, tum anniuerſariâ illorum celebratione redeunte, illorum apud illam officijs vtebatur. Ita die S. Lucæ, primum quod per illum à DEO poſtulabat, erat pietas erga Deiparam, vt habeo ex eius chirographo: quippe qui pictor, & Euangeliſta fuerit MARIANVS; à cuius penicillo MARIÆ imaginem, à cuius calamo Euangelium, & præclara quædam de Matre DEI accepimus. Sic illam ab illo in ſuo corde, velut in pinacotheca, collocari, velut in tabula pingi, ac velut

A Deo amorem erga B. V. per Sanctos petere.

in

in Bibliotheca reponi, ſeu tanquam in libro exarari, cupidiſſimè deſiderabat, quò eius ſæpius meminiſſet: iuxta illud S. Ioannis Damaſceni; *Curemus vt mentem memoriamque noſtram Genitrici* DEI *promptuarium efficiamus*. — Orat. 2. de Aſp.

197 B. Borgia breuibus, & mirâ quadam virium contentione vibratis precibus, viſâ B. Virg. imagine, nunc Matrem, nunc ſedentem in eius puro ſinu paruulum IESVM alloquebatur, gratias agebat, ſeque in ſpei dulciſſimæ delicias erigebat. Meis, aiebat, vtilitatibus mihi cæleſtem hunc paruulum diuina Virgo portauit: mihi eum ſanguine caſtiſſimo, virgineo lacte nutriuit: mihi concipiebatur, mihi creſcebat in MARIÆ vtero tenerrimus infans IESVS, mihi maternis brachijs portabatur: tota illa & Matris opera ac diligentia, & Filij vita, ac incrementa mea ſunt. Inde illi cæleſtes erumpebant ſcintillæ; vt nunc illam, nunc illum flagrantiſſimè alloqueretur, gratias ageret pro Virginis lacte in effundendum pro nobis à IESV ſanguinem tranſeunte. Optimè enim ibid. loquitur S. Ioannes Damaſcenus de CHRISTO ad Matrem: *Caro ipſius è carne tua, & ſanguis è ſanguine tuo.* — Ad B.V. imagines ſuſpirare

198 B. Borgia adorabat ſub MARIÆ corde latentem in vtero diuinum infantem, quaſi per Matris aures illi ſuggerens quæ petebat, ſeque per illam enixiſſimè offerebat pro illis omnibus pro quibus ipſe paruulus primâ quâ in vtero Virginis conceptus eſt horâ ſe Patri obtulit. Ita colebat Filium, ita Matrem: ex qua, quod ait, idem S. Ioannes, *Dulcis* IESVS *prodyt: qui totus eſt dulcedo, & totus deſiderabilis, atque expetendorum omnium ſummè expetendus.* — In B.V. vtero latentem Ieſum adorare. — *orat. 2. de Nat. B.V.*

199 Euchariſticam apparationem, & gratias

Se ad Euchar. per B.V. præparare.

reddendas idem illius ope aggrediebatur, toto ante triduo, alioque poſt, illi ſupplex; & poſtea ſuaſor, vt alij quoque id agerent. Primo præparationis die veſperi ad illam flexis genibus eundum, & ſupplicandum ſuadebat, recitatâ nouies Angelicâ ſalutatione, vt ipſa nobis à Deo apparatum animi menſæ tantæ parem, certè illi gratum, obtineat. Quo autem ſenſu ſalutationem nouies Virgini dici vellet, explicuit; quem ſingulis ad illam aſpirationibus complecti poſſumus in hunc modum, ſeruatis eiuſdem verbis:

Ad 1. ſalutationem Angelicam, O Auguſtiſſima Angelorum Regina, rogo te per illud deſiderium, quo, tanquam peccatorum Mater, Domini aduentum, adeòque humani generis remedium, tantoperè expectaſti; vt tuis meritis, Dei, & animarum ſalutis feruentia deſideria conſequar.

Ad Secundam: Rogo te per illam tuam præparationem quam habuiſti ſemper ad diuinam gratiam, vt mihi à Deo dignam ad ſacramentum hoc præparationem impetres.

Ad Tertiam. Domina, per illam humilitatem tuam quâ Dei Filium in Incarnatione ſuſcepiſti; rogo te, vt itidem ego eum humiliter recipiam.

Ad Quartam. Rogo te per tui amoris dulcedinem, quo ſine dolore natum complexa es, vt eum ego itidem charitate amplectar.

Ad Quintam. Rogo te, Domina, per illius doloris memoriam, quo de cruce depoſitum ſuſcepiſti in gremio; vt cum Paſſionis Christi ſenſu eum recipiam.

Ad Sextam. Rogo te, in eius fidei memoriam, quâ eum quem reſurrecturum ſperabas, in ſepulchro poſuiſti; vt cum incremento fidei Christvm ſuſcipiam.

Ad

Ad Septimam. Rogo te, Domina, vt per præparationem, quam ad Spiritus S. aduentum pro te, & Eccleſia tota feciſti, mihi à DEO gratiæ incrementum obtineas, quo dignè CHRISTVM ſuſcipere valeam.

Ad Octauam. Rogo te per deuotionem quâ ipſa in Sacramento CHRISTVM ſuſcipiebas, vt eum & ego deuotè ſuſcipiam.

Ad Nonam. Supplico tibi, Domina, per gaudium, & lætitiam quâ à Filio tuo in die Aſſumptionis recepta es in cælum, vt ego itidem CHRISTVM cum gaudio ſpirituali recipiam. Hiſce nouem punctis primo die conſideratis, & nouem illis virtutibus petitis, altero quoque die ad eandem, & ipſe it, & nos ducit.

Secundo die veſperi adeunda erit Mater DEI, cuius nobis manibus hic panis datus eſt, & dicendum: Oro te Domina mea glorioſa, vt quando hoc ſacrum conuiuium in crucis menſa apparatum eſt, per eos quos ſenſiſti dolores ad crucem, mihi hanc à DEO gratiam impetres, vt Filij tui paſſionis ſim particeps. Offero verò tibi quinque orationes Dominicas, totidemque ſalutationes Angelicas; & ſupplico, vt efficias tuis precibus apud DEVM, vt CHRISTI quinq; vulnera in corde meo imprimantur.

Tertio die veſperi, oranda erit Sponſa Spiritus Sancti, & dicendum: O Sponſa Spiritus Sancti, & peccatorũ Mater, obteſtor te per eam gratiam quâ templum SSS. Trinitatis facta es, meæ vt paupertati ſuccurras. Recitabo verò ſepties *Aue* MARIA; quò per te dona Spiritus S. impetrem. *Triduo* ita in apparatione poſito, triduum addebat, pro reddendis gratijs, ad quas etiam ope Deiparæ ſic vtebatur.

Primo die veſperi ad Reginam noſtram, & DEI

Patris filiam adeundum, recitatâ ter ſalutatione Angelica, & dicendum: Ago tibi gratias, Domina, de præparatione tua ad Incarnationis myſterium, quo tanquam medio ad nos cæleſtis hic panis peruenit. Maximum verò id eſt beneficium, quòd quam edimus caro, & quem bibimus ſanguis ex te Virgine ſit acceptus; quòdque eius meritis, & precibus, & ad CHRISTVM ſuſcipiendum dignè præparemur, & noſtra nobis à DEO peccata remittantur: quare pro omnibus tibi ago gratias, auguſtiſſima Virgo Mater.

Altero die veſperi adeunda Regina, & Domina noſtra DEI Mater, recitatâque ter ſalutatione Angelicâ dicendum: Ago tibi gratias, ô Mater IESV, quòd lacte proprio, magniſque laboribus panem hunc nobis ad victum dederis, in crucis ara pro nobis tanquam propoſitionis panem in altari in noſtrum, & remedium, & leuamentum æterno Patri offerendum, atque in ſacrario ad ſolitudinis noſtræ conſolationem reponendum.

Tertio die veſperi miſericordiæ Reginam, & Spiritus S. ſponſam adibimus; eique recitatâ ter ſalutatione Angelicâ dicemus: Gratias tibi ago, miſericordiæ Regina, quòd charitate maximâ redemptionis noſtræ causâ Filium DEI in cruce obtuleris. Quod ſi homines his quorum operâ redempti ſunt, & ſeruitute liberati, magnâ ſe intelligunt obligatione deuinctos; tibi Matri miſericordiæ, quæ pro libertate noſtrâ carnem tuam, tuum ſanguinem, amorem, vitam, bonum denique omne, pro nobis dediſti, quantum quæſo debemus? Aut pro his, atque alijs in nos à te collatis beneficijs, quas poſſumus quæſo grates perſoluere? Non id quidem opis eſt noſtræ: ſed quas poſſumus tamen (nam

(nam quas debemus non poſſumus) & ſacroſanctæ Trinitati, & tibi, & Sanctis omnibus referamus. Ita B. Borgia. Plus quàm obuiâ fronte appareat, in hiſce theſaurorum latet, ac artis magnæ ad Virginem Deiparam vtiliter ſolidèque colendam: vt ſunt illius virtutes, gratiæ pro labore quem Christo impendit, exilis opellæ noſtræ cum illius gaza, meritiſque coniunctio, fides viua, quâ idem qui de Virgine natus eſt Christvs in ſacramento præſens creditur; & hoc huius fidei fundamento nixa præſtans quædam erga Christi in Euchariſtia diuinitatem, humanitatemq; vnà iunctam, religio. Deipara nos pulchros reddet, vt pulchri ad pulchrum accedamus; ſicut illam, teſte S. Iſidor. *diuina, & ſempiterna ſpecioſitas ſuperaffluenter ſplendidam reddidit, vt Filij Dei domicilium eſſet, ac Mater.* *orat. 4. de Nat. B. V.*

200 Inter palmares Deiparæ actuosè colendæ modos B. Borgia, & hunc habebat, vt ſi quid è voto ſucceſſiſſet, ſi de re quapiam laudaretur, corde cum illa coniuncto, illius verbis gratias Deo per illam redderet, nullâ ſibi rei benè geſtæ parte decerptâ. Idem concionatorem docet, dum ait: Si fortè dicent amici, fructum te concionando referre, dic cum humili Maria: *Magnificat anima mea Dominum.* Atque hæc eſt vna oratio reponenda in pharetra, ſeu theſauro iaculatoriarum. Amemus, & colamus hanc: vt illa dignas Deo gratias pro nobis reddat. Etenim, vt ait S. Ildefonſus: *Eius honor, & gloria, laus & gratiarum actio eſt Redemptoris.* Dum laudamur, gratias Deo reddere verbis B. V. *Ser. 3. de Aſſ. B. V.*

201 Ex obuijs quoque rebus quæ accidunt, Marianæ pietatis ſuccum capiebat B. Borgia, & capiendum docebat: quale illud eſt, cùm dicit eum qui ab amicis diuellitur, meminiſſe debere Iesv & Mariæ, quando hæc ab illo, ad patiendum, & morien- B. V. memoriam dû amicis valedicimus retinere.

rien-

riendum abeunte, auulſa eſt. Amoris verè incendium eſt velle illum quem amas, etiam in minimis, vbi ratio ſuggerit, imitari. *Vita B. MARIÆ*, inquit ibid. S. Ildefonſus, *fuit magiſterium valdè eximium probitatis. Ecce via quà pergere debeatis.*

Humilitate illā colere.

202 Animi verò demiſſione verum Deiparæ cultum conſtare cenſebat B. Borgia, & hac potiſſimùm ratione colendam; vtpote virtute illi præ alijs charâ, Deoque vnicè pretiosâ, qui humilibus dat gratiam, quâ humilem MARIAM impleuit. Moneri nos ait ad hoc ipſum, quòd cùm Beatiſſima Virgo virtutibus omnibus cumulata eſſet, humilitatis tamen ſolius videtur meminiſſe, cùm Dominum magnificans dicit: *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Audiamus & hîc S. Ildephonſum loco laudato ita pronunciantem: *Theſauros eius humilitatis perſcrutemur. Nam humilitas cuſtos reliquarum virtutum eſt: & ideò venerabilis Virgo; quia virtutes ſibi aggregauerat, cuſtodem earum humilitatem in animo ferebat.*

Vocationē Deo per B.V. acceptā referre.

Incit. n. 35.

ſ. in Nat. B.V. de aquæductu.

203 Idem, quòd in Societate eſſet, id verò, ſecundùm DEVM Deiparæ referebat acceptum. Nec deſunt qui dicant, vt mox addemus, B. Borgiam *vocatum eſſe ad Societatem à Beatiſſima Virgine*, quamuis propenderet ex ſe ad ſtatum alterius ordinis, id quod in eius vita afferemus. *Altiùs intueamini*, ait Bernardus, *quanto deuotionis affectu* DEVS MARIAM *à nobis voluit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in* MARIA; *vt proinde ſi quid in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis, ab ea nouerimus redundare.*

Curare vt à tironibus eni xè colatur.

204 Volebat illam, curabatque à Societatis tironibus coli eximiè, ac flagranti ſtudio adlegi in Patronam. Recepta plurium famâ res eſt, quoſdam Societatis Nouitios ab illo interrogatos, quibuſ-

buſnam Cælitibus præcipuo ſtudio eſſent addicti, & quorum ſe Patronorum delectorum clientelæ potiſſimùm adſtrinxiſſent. Reperit à nonnullis Deiparam non delectam; & admiratus, Nouitiorum Magiſtrum, vt illorum conſtantiæ ſalutique attentè conſuleret admonuit. Nam ſe de illorum perſeuerantia ſubuereri. Et verò illi ipſi, alius alio tempore, miſerabili vertigine ad caduca retracti, ad ſua ſunt præcipitia reuoluti. Id in Romano tirocinio eueniſſe ait è Poiræo Ianinus in Corona Deiparæ compendio perſcriptâ. Plenum eſt ſolidæ ſpei id quod ſuggerit hîc Bernardus: *Aduocatam præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tanquam Iudicis Mater, & Mater miſericordiæ, ſuppliciter, & efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractabit*. Nobili experimento didicit id ipſe Borgia, cui per B. Ioannem Texedam Ord. Min. dici voluit Beatiſſima Virgo, vt Societatem IESV ingrederetur: ita ex eius vita id referente Nic. Lancicio t. 2. opuſc. 17. n. 179. *pag. 224.* *Ser. 1. in Aſs. B. V.*

205 Ad propenſam, ac effuſam erga cultum Deiparæ liberalitatem ita ſe B. Borgia, ita ſocios, ita omnes accendebat, vt diceret; Cùm ſacratiſſimæ Virgini ſimus obligatiſſimi propter Filij educationem, erubeſcere debemus, quòd gratiam tanto beneficio parem nunquam rependamus: quin etiam ſumus ingrati adeò, vt nec ab ea miſericordiam petere præ pudore audere deberemus. Vnde liquet Borgiam in ipſo hoc ſupremæ Virginis cultu, verè CHRISTI amorem quæſiuiſſe; amaſſeque *Matrem* ob amorem *Filij*; adeoque amando illam, illum amaſſe, dum pro impenſis CHRISTO Maternis ab illa obſequijs nunquam pares referre ſe poſſe gratias fateretur, dulciſſimo grati animi amplexu Matrem vnà Filiumque complexus. S. certè Caſimirus Colere B. V. ob Filij educationē.

omni

omni die, vt MARIÆ laudes dicat, ſeipſum hortatus, poſt multa, velut cauſam adiungit, dum dicit: *Tu portaſti inter caſti ventris clauſtra Dominum Creatorem, ad honorem nos reformans priſtinum.*

Sabbato de illa meditari.

206 Sabbatum, vt diem Marianum, illi meditandæ dandum ſuadebat. In ijs quæ ad Regias Madriti Sanctimoniales dedit monitis ait: Sabbato cogitanda eſſe Beatiſſimæ illius Virginis tenera illa ſuſpiria, quibus Incarnationem Verbi cupide expectabat, & humani generis libertatem. Nec citra illius dolores erant futura, quæ petebat, vtpote cuius maternam animam doloris gladius erat pertrãſiturus. Expendendum quomodo concepto diuino infante ſuos, & illius dolores omnes æterno Patri obtulerit. Ad hæc erubeſcendum eſſe ſuggerebat; quòd tanta nos dolorum, & Filij & Matris cepiſſet obliuio. Bernardo Ptolomæo CHRISTVS, & Deipara (cui ſtella pectus ornabat) viſi ſunt argenteæ ſcalæ inniti, & aſcendentes iuuare. Singula vitæ CHRISTI Virginiſque myſteria ſcalæ ſunt pretioſæ per quas attenta meditatione in cælum aſcendimus.

Marracci in Fundat. Mar. pag. 228.

Mortem ſuam per B. V. Chriſto offerre.

207 Quæ Borgiam mortis optimè obeundæ ſolicitudo perurgebat, hæc etiam alijs feliciter ab illo addita induſtria eſt, vt quemadmodum ea quæ adiaphora dicuntur, ſi ad finem diuinum referantur, & offerantur DEO, precium è cælo præmiumque accipiunt: ita mors, quæ nobis in hac mortalitate ſuprema veluti ſcena eſt, CHRISTO morienti per MARIÆ manus oblata; pretium ab illis, præmiumque acciperet. Quod ergò de cibo, potu, & omni quam ſuſcepimus occupatione, monet Apoſtolus; *Omne quodcunque facitis, in verbo, aut opere, omnia in nomine* DOMINI IESV CHRISTI: *Siue ergò manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam*

Coloſs. 3. 17.

1. Corint. 10. 31.

DEI

DEI *facite*; vt hoc nobiliùs ageret Borgia, mori etiam voluit in nomine Domini IESV CHRISTI in gloriam DEI, morte ſuâ morienti CHRISTO ac Patri æterno per MARIAM oblatâ. Eapropter adibat CHRISTVM Crucifixum, & Matrem ſub cruce ſtantem quotidie, alioſque vt adirent hortabatur; petebatque, ac peti ab illo, & ab illa ſuadebat, vt per eum dolorem, quem ſenſit ipſe quidem moriens, eius verò Mater morientem aſpiciens, id nobis concedat, vt in morte noſtra, & mortis ipſius recordemur; & propter ipſius mortem noſtra mors ſit æterno Patri accepta. Quæ res ponderari omninò meretur, facem Borgia prælucente. Nam ſi omnia quæ agimus per CHRISTI & eius manus DEO offerimus, ne nobis otioſa pereant, ſi adiaphora, ſeu indifferentia, vt vocant, eſſe ſinantur, nec altiùs ad amoris DEI & gloriæ finem eleuentur; quanto magis par eſt, vt mortem ipſam noſtram, in qua tantum nobis agendum eſt & patiendum, ne velut adiaphoram & ſine merito eſſe ſinamus, id eſt, ſimplex naturæ debitum, ſenio, morbouè vrgente perſoluendum, ſicut illud etiam bruta perſoluunt; verùm faciamus è ſuprema illa naturæ neceſſitate virtutem ſummam quam poſſumus, ſi mortem ipſam per Matrem vitæ, ac eius Filij ſanguinem DEO enixè offeramus; ac illam pretioſis his erga Crucifixum, & ſtantem ſub Cruce Virginem officijs exornemus. Huc reſpectabat S. Bonauentura cùm dicebat ad Virginem: *In manu tua ſalus, & vita conſiſtunt; lætitia perpetua, & æternitas glorioſa.*

B.V. ſtantem ſub Cruce quotidie adire.

Pſal. 71.

208 Cùm erga Crucifixum Dominum præcipuâ religione ferretur B. Borgia, ad illam cumulatiùs exaugendam, illi præficiebat Beatiſſimam CHRISTI Matrem, quæ ignem illum toto conceptum pecto-

Præficere illã morti noſtræ cũ Chriſti morte cõiungẽdæ.

Digitized by Google

re, ne ſoſpiretur, ipſa cuſtos, ac velut Veſtalis diuina prouidenter cuſtodiret; Ioanne quoque ac Magdalenâ eum in finem adhibitis, vt eorum etiam præſidio apud CHRISTVM, & Deiparam tegeretur: ad pedes crucis perpetuâ, perque omnem vitam in ſingulas horas perennante morte coram pendente Filio & ſtante Matre, moriendo, ſe ad mortem perquiſitè accuratèque obeundam hoc induſtriæ medi-

Pſal.86. tamento componens: *Perduc*, inquit idem Bonauentura ad Virginem Matrem, *perduc animas noſtras ad ſanctum finem*.

Gratias Deo per illã agere peracto itinere.

209 In itineribus laxabat animum Borgia eximiæ in Virginem pietati: videbaturque ipſa Virgo illi Lauretum viſenti fauere leuamento à doloribus dato, quò ad ſanctuarium illud propiùs accedebat. Redux ab itinere DEO per DEI Matrem gratias referebat. Vnde Romæ coram celebri Deiparæ, cui *à populo* nomen eſt, templo, venerabundus diu in lectica iam æger precatus eſt, Thoma Borgia interea ne à quopiam interpellaretur omnes arcente. Ibi ille gratias per illam agebat DEO pro itineribus exantlatis; gratiamque poſtulabat pro itineribus æternitatis, imminente iam præforibus morte, pro-

Pſal.113. ſperè ineundis. S. Bonauentura Beatiſſimæ Virgini de anima ſua loquens, ita ait: *Eſto illi ſcala ad regnum cælorum, & iter rectum ad Paradiſum* DEI.

B.V. orare pro ijs quib⁹ gratias agere debemus.

210 Eandem habebat B. Borgia inſtar ærarij. Si cui euangelium perſoluendum eſſet pro grato nuntio, illi à B. Virgine dona poſtulabat. Ita pro eo qui nati ſibi è Carolo Filio nepotis nuntium afferrebat recepit ſe Deiparæ pro illo nuncio ter ſalutandæ ſupplicem futurum: ibi ſuæ ratus eſſe diuitias paupertatis. S. Auguſtinus ſalutationem Angelicam vocabat *cælum ſidereum, coronam gloriæ ex lapi-*

dibus

dibus pretioſis & auro compoſitam. Hoc auro ſoluebat Borgia ſuo illi nuntio, boni nuntij baiulo: magnum certè coram DEO munus.

Maracci in Fundat. Marianis à pag. 38.

211 Quàm ad Virginis honorem pertinere ducebat, ſplendidè illam vndique celebrari, tam ipſe illam cultu paupere coli à ſe debere cenſebat. Quare *Marianam* coronam minimè pretioſam, eamque de muſicis chordis conſertam geſtabat, ſic Virgini placituram. Imitabatur in hoc S. Franciſcum de Paula Franciſcus; qui, vt eſt in eius vita, oblatam ſibi à Ludouico XI. Galliæ Rege auream B. Virginis imaginem non admiſit: dixitque ſuam è papyro ſuæ pietati abundè ſufficere. Coronam verò Deiparæ portabat è cingulo: in quo illam conſpicata Catharina Regina Franciæ, cùm Borgia iſtic verſaretur, illam venerationis ergò ab illo petitam accepit, & piè ſeruauit.

E cingulo paupe rem B.V coronam portare.

212 Vt diuino ſacrificio flagrantiùs operaretur, à ſe curatam *S. Mariæ Maioris* imaginem reliquarum Prouinciatim diſperſarum veluti primatem in eo in quo ſacrificabat altari depoſuit: vt ab illa Filium ritè tractare condiſceret; ipſoque illius aſpectu ad myſterij tanti reuerentiam ſeſe incēderet; quæ etiamnū in *Mariano* Romanæ Domus Profeſſorum Sacello iſtic ſacra peragētibus Patribus incitaméto eſt ad pietatem, atque ſolatio; Fratres verò ad operas domeſticas deſtinati, coram eadem quot hebdomadis ſemel, iterumuè, aut ſæpiùs, diuinam ſynaxim percipiunt. Canon Miſſæ Æthiopum ſic habet in rem præſentem: *Gloria ſit Diuæ* MARIÆ *quæ eſt gloria noſtra, & quæ parturit nobis ſacrificium*.

Sacrum celebrare coram B.V. imagine.

213 Eius quam cum Principibus habebat B. Borgia amicitiæ ac neceſſitudinis vinculum, &

Nobilib' cultū illius commendare.

emolumentum eſſe volebat auguſtæ huius virtutis pulcherrimum incrementum. Regi Catholico, cui ſanctæ Crucis particulam dederat, etiam Romanam *S. Mariæ Maioris* imaginem donauit: vt geminis hiſce velut polis nixus Rex, benè ſe, benè Rempublicam gubernaret. Eodem dono ad impenſiorem Virginis pietatem ſtimulauit MARIAM Impetratricem, vt tanto nomini reſponderet; Ioannam Principem, & ſorores; Regem Luſitaniæ Sebaſtianum, & Reginam Catharinam. MARIA S. Anſelmo *eſt nobilitas populi Chriſtiani*. Gregorio VII. *nobilitas omnium electorum*; Græcæ Eccleſiæ, *nobilitas cæli, & terræ*. Meretur nobilitati commendari, vt ab illa modis nobiliſſimis honoretur.

Apud Raynaudū in Nomencl. pag. 71.

214 In celebrandis Deiparæ feſtis, veluti ſolennibus anni totius & fori cæleſtis merciumque, emporijs, prælargè ingenium operamque intendit B. Borgia, in omnia occaſionis arripiendæ conſilia expeditus. Seligebat feſta quibus animum ipſe ſuum introſpiceret attentiùs, ac inſtauraret, ſi quid elanguiſſe comperiſſet: idque ideò feſtis Virginis, vt illa dilectionis Mater fidele hoc ſui ſerui pectus pulchriore ſemper Filij ſui dilectione imbueret, renouaret. Inter hæc ſui colligendi tempora erat etiam dies Deiparæ à ſalutatione Angeli exurgentis, & Elizabetham Ioannemque viſentis; quo die DEVS, Deiparæ veluti manu, Societati dederat Borgiam Generalem: vt iam de hoc die, ſeu Viſitationis feſto, quo ad ſuum ſpiritum cuſtodiendum, & inflammandum duos, & tales, Præpoſitos Generales Lainium, & B. Borgiam, accepit Societas, dicere poſſit illud ad B. Virginem: *Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum*.

Feſtis B.V. ſpiritū renouare.

Viſitat. B.V.

215 B. Borgiæ eſt illud: Super omnia debet Re-

Religioſum confundere, quòd *ſeruus* DEI dicitur, qui tamen ei ſæpè ſit inimicus. Nomen certè id eſt, de quo Virgo Beatiſſima veluti gloriabatur; cùm ſe diceret ancillam DEI: quod magnoperè ſuperbos quoſque debet confundere. De eodem Deiparæ titulo cùm loquitur Andreas Archiepiſcopus Hieroſol. ſtupet, & exclamat; *Ecce ancilla! Euge admirabilem diſpenſationem! Euge illius gratiæ! vah liberæ illius voluntatis & præſentiæ! Verè Spiritus S. cohabitauit Virgini.*

Seruum Dei eſſe ad imitationem tituli B.V.

In Annunciat. B.V.

216 Amabat ſolus eſſe B. Borgia, quantum officij ratio id ſinebat; videbaturque ſibi cum CHRISTO tunc in gremio Virginis paruulo, & adoleſcente illi ſubdito vna in domo habitare. Idcircò Romæ necdum Societati Præpoſitus, nouem dies ipſe ſibi à curis eximios delegit, honori & memoriæ nouem menſium, quibus in arcano puriſſimæ Matris conclaui clauſus habitauit conceptus IESVS. In Beatiſſima Virgine S. Gregor. Thaumaturgus laudat ſilendi ſtudium, aitque: *Quietem, atque ſilentium, caſtitatis Matrem, amplectebatur.* Huius ſilentij ac quietis ſtudio B. Borgia his nouem ſilentij diebus, alios tres, & triginta dies adiunxit eiuſdem CHRISTI amori, qui tot annos partim domi Matri ſubditus habitauit, partim ſe ſaluti noſtræ foris impendit: petebatque Borgia deſpectus ac ſecretus quietuſque in aliquo Societatis angulo, non in publico, habitare.

Nouem menſes Deiparæ grauidæ, ſolitudine honorare.

In Annun ſerm. 2.

Silentio illam colere.

217 Cùm ita ſolus ſecum eſſet, haud inutili otio conterebat id quod ſibi temporis lucrabatur. Solebat quotidie cùm pſalmum è quinque nominis MARIÆ Virginis pſalmis conflatum recitaret, flexo ſemel genu Deiparam reuereri: quem Hyperduliæ cultum vocamus, dum Virgini eâ reuerentiâ

Pſalmum SS. Nominis MARIÆ quotidie recitare.

tiâ ſupremum, qui ſupra Sanctos omnes eſt, & ſolo latriæ cultu minorem cultum nos exhibere teſtamur. Inter *Marianas* roſarij preces eandem genua curuandi conſuetudinem, quinquies nempe ad 5. Orationes Dominicas, integrabat. Agamus & nos quàm nobiliſſimo hyperduliæ cultu id quod egit B. Borgia; quodque ſuaſit Bernardus nos ita hortatus: *Amplectamur* MARIÆ *veſtigia, fratres mei, & deuotiſſima ſupplicatione beatis illius pedibus prouoluamur.*

Hyperduliæ reuerentiã B.V. exhibere.

Ser. de B. V. ſignum magnum.

218 Precum quibus voce conceptis Deiparam quotidie honorabat B. Borgia catalogum habebat deſtinatum. Eas inter fuit Pſalmus ille *Marianus*, cuius memini, è quinque *Mariani* nominis pſalmis conſertè contextus. Tum corona Deiparæ: quam etiam Prorex cùm eſſet, quotidianam habebat, myſteria illius gratè ponderans; quòd myſterio illo vti benè haud ſciuiſſet erubeſcens; petenſque gratiam aliquam ei quod mentè tractabat myſterio congruentem. Conſtantia in precibus, velut in tributo illi pendendo, faciet, vt & ipſa preces fundat pro nobis. de quibus S. Bonauentura: *Super thus, & balſamum oratio eius, incenſum preces eius: non reuertuntur vacuæ, nec inanes.*

Habere catalogũ precum ad B.V.

Coronæ B.V. myſteria meditari.

Pſal. 83.

219 Pretioſum illud quod ſalutandæ toties Deiparæ tranſcribitur tempus ratus, nullam illius particulam perire ſinebat. Vtque ne frigida, obtuſa, & hebes eſſet illa pietas, illi nouam è myſterijs flammæ materiam ſuggerebat. die lunæ ſeu feriâ ſecundâ, & quintâ, ita IESV & MARIÆ memoriam celebrabat, vt particulatim meminiſſet MARIÆ DEI Filium concipientis, Elizabetham viſitantis. IESVM parientis, Purificationis ritum obeuntis, paruulum CHRISTVM amittentis, atque inuenientis:

Hebdomadã in myſteria diſtribuere.

tis: quæ ſunt quinque myſteria gaudiorum. Feriam tertiam dolorum myſterijs aſſignabat, vnà cum feriâ ſextâ, & Sabbato; quartam denique glorioſis vſque ad Aſſumptam & coronatam in cælo Virginem, DEI Matrem. Horum omnium piam facilemque methodum conſcripſit; & ſingulorum myſteriorum meditationem adiecit. MARIA, S. Iſidoro, *cælum cæli, myſteriorum theſaurus eſt*. Ita proindè orandum, vt mentem ad hoc cælum eleuemus, & ex hoc myſteriorum theſauro inter orandum cæli diuitias eruamus. Orat. 2.

220. B. Borgia ea quæ de Virgine prodit Euangelium, aurifodinæ inſtar habebat, & ſolida inde ac pretioſa eruebat axiomata ſanctitatis, non violenter, ſed ſuaui diuini characteris iſtic expreſſi ductu, virtutumque ſe ipſas vltrò nobis offerentium. In viſitante Elizabetham Virgine, actuosè amare proximum deſiderabat; idque petebat à DEO per Virginem, tanquam regulam charitatis. In Purificatione adorabat integerrimam puriſſimæ Virginis mundiciem: eam ſibi deeſſe dolebat; petebatque perfectiſſimam caſtitatem. Ad conciones vtiliter audiendas, illam ſuadebat debere præfici, vt Magiſtram. Idem Iſidorus hanc Virginem vocat, *admirandum diuinæ artis opus*. Huius operis admirabilitas è vita eius lectâ ſpectanda eſt, & ab illa diſcenda ars veræ virtutis. Nam in ſingulis Deiparæ feſtis vna ferè inter plures virtutes illuſtriùs eluceſcit.

Mores è myſterijs vitæ B.V. inſtruere.

Orat. 15.

221. Per internos actus idem crebrò animum ſurſum ad Virginem eleuabat, gaudebatque de illius Aſſumptæ & coronatæ gloriâ; tum ſe in ſeipſum demittebat rubore plenus, quòd illi hactenus non æquè ac par erat fuiſſet addictus: quæque iam in

Internis actibus colere B.V.

in cælo aduocatæ noſtræ nomine gaudere dignaretur Virgo, illam enixè rogabat, vt eò quò illa præceſſit, nos quoque illam eius ope ſequamur; cùm etiam laudatus Iſidorus illam poſt CHRISTVM *vitæ interminabilis cauſam appellet*.

Orat. 2.

Roſaria B.V. diſtribuere.

222 Roſarijs etiam diſtributis gaudebat B. Borgia ſpargi plura colendæ Virginis inuitamenta & inſtrumenta: nec defuêre qui acceptum à Borgia dono roſarium, loco ſacri pignoris in veneratione habuerint. Inuitemus omnes ad illam ſalutandam, laudandam: *Omnes*, inquit Iſidorus, *omnes arbitror Angelicos ordines, & cælum, & Solem, & terram, ac mare, & reliquas creaturas datis vnicuique linguis vnà omnes cum Gabriele acclamaſſe Virgini: Aue!*

Orat. 3.

In ſacro, & templi ingreſſu illam colere.

223 Diuina myſteria, vt ita diuinè tractaret Borgia ſicut ipſa Filium ſuum in Euchariſtia poſt illius in cælum aſcenſum ſuſcipiebat, id etiam ſibi à DEO per illam dari crebris precibus flagitabat; ne in ipſo quidem templi aditu illius oblitus, verùm per illam à DEO petens, vt ſicut illa DEO in templo Filium præſentauit; ſic & ipſe DEO ſiſteretur, & eſſet Spiritus S. templum: *Obſecremus Virginem*, pergit ibid. S. Iſidorus, *vt viuificam eſcam dignè ſumamus*.

224 Gandiæ Collegium fundârat Franciſcus Borgia tunc adhuc Dux; eidemque Collegio vineam ſeu nouelletum, ſuis ipſe ac ſuorum filiorum manibus conſerebat: & ſingulas vites ita diſtribuebat, vt alias *SSS. Trinitati*, alias IESV, alias *Beatiſſimæ* DEI *Matri*, Sanctis alijs, ac alijs alias dedicaret; clero interea & ſymphoniacis, litanias, & in ijs *SSS. Trinitatem*, *Deiparam Virginem*, ac cælites, ritè canentibus. Ita labores noſtri DEO per

Labores, vineas ei dedicare.

Spec. exempl. dist. 9. ex. 103.

Digitized by Google

per Virginem offerendi: de qua notum eſt quòd pie laborantium ſudorem abſterſerit, collegerit, ſibi inſtar pretioſi odoris eſſe dixerit; præmium illis, coronamque promiſerit.

225 B. Borgia ita ſuam erga Cælites officioſæ voluntatis propenſionem à ſe nobilitandam cogitabat, ſi cum omnibus, & præ omnibus vnicè honoraret auguſtam cæli, Sanctorumque omnium Principem. Nam Sanctos alios alijs paſſim pro arbitratu poſthabere cùm inconſiderantiæ ſit potiùs quàm pietatis, DEI Matrem tamen omnibus anteferre & licet, nec dedecet. In hac ergò, & in Sanctis omnibus, laudabat Maieſtatem, ac beneficentiam DEI; & quicquid illa, & illi à DEO gratiæ, quicquid gloriæ accepiſſent, quicquid viciſſim grati animi obſequio reddidiſſent, gratulabatur DEO, ac Virgini, & Sanctis omnibus. Exempla verò illius, & illorum (vt lucem à DEO tetris noſtris tenebris datam) gratè accipienda docebat. Claritatem Lunæ, inquit, intellige Sanctorum exempla, quæ dum in huius ſeculi tenebris agerent nobis reliquerunt. Vt verò in Luna eſt aliàs intenſior lux, aliàs verò remiſſior; ita non omnes Sancti eadem luce reſplendent. Nam cæteros tanquam Luna plena Beatiſſima Virgo virtutum magnitudine, atque ſplendore longè antecellit. Si quis de Beata Virg. vel de Sancto quopiam concionetur, gaudere illum debere; dicebat, quòd ſit electus à DEO inſtrumentum gloriæ illius de qua dicit Sanctæ ſanctorum, vel cælitum aliorum.

Deo gratias pro B. V. & SS. agere.

tract. 6.

Gaudendum de B.V. cōcionamur.

226 A Beatiſſima Virgine frequenti ſuſpirio petebat B. Borgia ſenſum illum quem habuit è gladio doloris. Pro iaculatoria interdiu oratione illi erant ſelectiſſima quædam è cælo nomina. Vnde 4.

Dolorem B. Virginis petere.

Februarij ſic ſcribit: *Tener affectus nominato Patre & Filio, Spiritu S.* IESV, MARIA. Aliàs ita: *In Miſſa cùm venitur ad conſummationem, dolor Matris petendus.* Aliquando primas tres diei horas dabat Crucifixo; & *duas proximas Matri* DEI propter mortem crucis, & corporalem. Aliàs dat vnam horam CHRISTO, *Matri*, & Seraphinis; aliam CHRISTO, *Matri*, & Cherubinis: nempe ad amorem, & ſcientiam à CHRISTO per Matris, ac Seraphinorum, & Cherubinorum preces per illas horas pijs ſuſpirijs impetrandam. *Beatam te prædicant,* ait ad B. Virginem S. Athanaſius, *omnes Angelorum, & terreſtrium hierarchiæ; & hierarchicas manus attollentes, benedicunt tibi. Ab iſtis deinde nos hierarchiæ terreſtres exaltationes* DEI *in gutture ferentes, ſiue quod didicimus, ſiue quod mutuò hæc verba ſumpſerimus exaltamus te! Aue gratia plena!*

Horas certas illi dare.

in Euang. de SS. Deip.

227 B. Borgia orandi artem, tanquam rem ſummam, à ſumma quæ poſt DEVM eſt creatura, id eſt, à DEI Matre, ac per illam à DEO petebat. 28. Dec. ita ſcribit: *Attollere oculos ad Deiparam, ad petendum, quod petebat, & faciebat ipſa cum ſuum Filium in vlnas ſuſcipiebat.*

A Deo per B.V. petere artem orandi.

228 Idem 30. Decemb. Petendum ait à Deipara auxilium ad benè vtendum potentijs, ſeu appetitu iraſcibili, & concupiſcibili, & alijs. Per illam petit virtutes quas 1568. 22. Iulij enumerat, & 1565. 8. Auguſti: *Petita,* inquit, *ex Matre* DEI *humilitas.*

Item artem benè vtendi potentijs

229 B. Borgia anno 1568. 16. Ianuar. Aſſumpſi, inquit, ad viſitationes, ad pedes Magdalenam, ad latus S. Ioannem, ad manus Deiparam.

In viſit. SS. Sacramenti, comitem B.V. accipere.

230 Idem B. Borgia 24. horas diei Viſitationis B. Virg. in 24. virtutes Virginis Matris diſtribuit, conſiderato illius modeſto ſilentio, & omnibus, quæ egit

Feſtum Viſit. B. V. piè celebrare.

Digitized by Google

egit, quæque dixit. Aliàs monet, ipſos quoque noſtros paſſus paſſibus Beatiſſimæ Virginis imitatione iungendos dum Eliſabetham viſitat. Parebat nempe ille S. Hieronymi conſilio dicentis: *Amate quam colitis, colite quam amatis: quia tunc verè eam colitis, & amatis, ſi imitari velitis toto corde quam laudatis.* Marracci in vita S. Hieron. in Fundat. p. 26. 27.

231 B. Borgia decimoquinto ante feſtum Pentecoſtes die ſic ſcribit: *Cœpti xv. dies pro xv. myſterijs Roſarij ad præparationem SS. Spiritus.* Et benè nos illa illi parabit. Nam & illam ſibi Spiritu S. cooperante præparauit DEVS, fecitque *ſacrarium Spiritus Sancti.* S. Bonauentura: *Irradiatio gloriæ tuæ dilucidat intellectum: & lux miſerationum tuarum perducit ad ſalutem.* Ad Pentecoſtes feſtũ per illam ſe parare. Pſ. 85.

ANNO MDLXXIII.

232 P. Martinus Guttierez hoc anno in ærumnis hæretici carceris diem obijt. de quo ita Societ. hiſtoria ſcribit: Inter eximias Martini Guttierij virtutes eminebat aduerſus DEI parentem cæli Reginam propè *inenarrabilis obſeruantia* inde vſque à prima ætate ſuſcepta. Neque indulgentiſſima Mater clientis ſui vincebatur officijs. De quibus vide R.P.F. Eliam à S. Tereſia latè lib. 2. legat. pro animabus purg. c. 31. n. 61. & pretioſas occupationes morientium in Societate. c. 10. à n. 7. Incit. Grac. nu. 36.

233 Hiſtoria Collegij Matritenſis refert, de P. Martino Guttierrez conflatam calumniam inter illa turbida quibus tunc Societas in Hiſpania iactabatur. Adijt ille Deiparam ſupplex; vt illa apud Filium efficeret, quò veritas eluceſceret, ne calumnia de innocentia triumpharet: atque luculenter eſt adiutus, vt aliàs dixi. S. Bonauentura: *Circumdederunt me viri mendaces, & congregata ſunt ſuper* M.S. lib. 4 c. 8. Vide Incit. n. 37. Ad B. V. recurrere in calumnijs. pſ. 121.

 me

me flagella : & ecce manus tua eripuit me.

Inſit. nu. 38. Cor afflictũ B.V. commendare.

234 Aliàs cor Martini Deipara, vt olim ſcripſi, ſolata eſt, vt magno animo eſſet ad ferendas aliorum labeculas. Demus cor docile in Magiſtræ huius diſciplinam; vt cor illius, diuino cordi concors, ſit prototypum cordis noſtri. *Benedictum ſit cor tuum, Domina*, exclamat Bonauentura. Et: *Abſtulit à corde meo mæſtitiam, & mærorem; & ſuauitate ſua cor meum dulcorauit.*

pſ. 65. et 76.

Sanctos B.V. addictos amare.

235 Cùm verò amici eſſe ſoleamus illorum, qui eorum amici ſunt quos amamus, & ea ipſa cum his coniunctio ſit inuitamentum amicitiæ cum illis ineundæ; Guttierrez quoque impenſiſſimè ſtudens amori Virginis Matris, eos Cælitum præ alijs impenſiùs coluit, quibus olim cum Deipara familiaritatem, conſuetudinemque fuiſſe conſtabat; S. Ioannem Euangeliſtam, S. Mariam Magdalenam, & alios. Admirabile orationis donum per illam diuinitùs obtinuit quando, vt orare poſſet illam coram ea, quæ nunc etiam aſſeruatur imagine enixè rogauit cùm acerrimo capitis dolore ab orando prohiberetur. Ab eo temporis articulo per reliquos 15. vitæ annos facilitatem in orando mirabilem eſt expertus. Nec ille negabat quicquam quod ab illo Deiparæ nomine peteretur: quem morem in alios quoque, transfudit, magnâ de Virginis cultu efficacitate locutus. Illi gratias actas à Virgine aliàs dico. Sed ſumma illi cura fuit, Dei Matri imitatione ſeruire, iuxta id quod ſuadet Ven. Beda: *Exempla Beatæ* Dei *Genitricis* Mariæ *ſemper animo retineamus.*

Orandi donũ per illam petere.

tom. 7. hom. in viſit. B.V.

236 Atque vt cum Beda ibid. pergam; *Fit*, inquit ille, *largiente Domino, vt ſi B.* Mariæ *ſemper actus, & dicta recolamus, ſemper in nobis, & obſeruantia caſtitatis, & virtutis opera perſeuerent.* atque nos Martinum

In ii. n. 39.

id

id in tuenda etiam ſuorum puritate experimus alibi vidimus.

237 Nec illud ex Alegambe omiſerim. Conſueuerat Martinus poſt cibationem ſubſiſtere tantiſper in triclinio, dum ſpectabūdus animum paſceret effigie Virginis, quæ ibi (vt ferè in triclinio ſolet) pendebat: tantiſque ex eo ſpectaculo æſtuabat incendijs, vt priùs ad ſedandos animi motus eum oporteret in proximum conclaue ſecedere, quàm ad aliorum congreſſum veniret. Quid mirum oculos, & cor Martini tantas in illius imagine delicias reperiſſe, quæ, dicente id S. Greg. Thaumaturgo, eſt *ſemper vigens immortalitatis paradiſus*? *vita c. 7.* *in Ann. B.V ſer. 2 vita c. 11.*

238 Ad conciones quoque habendas illius auxilio vtebatur. Iam imminebat vernum ieiunium, cùm Guttierrez vires ad concionandum ſibi deeſſe aduertens, fiduciâ incredibili adijt DEI Matrem ſupplex: &; Quandoquidem, inquit, ego per vires imbecilliores impar ſum habendis ad populum concionibus, tuum erit, Domina, conciones habere. Obſeruatum eſt, illum tunc plus virium in dicendo quàm aliàs habuiſſe. *Aue, cæleſtis arx magni Regis*, inquit S. Theodorus Confeſſor, *de qua omnes linguæ omnes mentes admiranda narrant*. & S. Andreas Archiep. Cret. *Da tu nobis congruentem vocem, dicendique vim ſublimitati, & magnitudini glorioſiſſimorum de te mentis conceptuum reſpondentem.* Conciones illi commēdare. *M.S. è Bibl. ot. Vatic. orat. de Natiu B. V.* *orat. 5. in dormit. B. V. m.s. apud Marraccium.*

239 *P. Iacobus Cerrutus* 28. Aprilis Romæ obijt. Hic inter alia mira, quæ à Lauretana Virgine habere ſe fatebatur, à B. Virgine impetrauit, vt noctu ad Litanias illi dicendas excitaretur. Cùm enim illas interdiu ſæpiùs diceret, idque noctu quoque agere percuperet, interruptâ quiete quotnoctibus ter excitabatur ſtatutis horis ad litanias. Deiparæ Lit. B.V. etiam noctu recitare.

Vir-

Virgini recitandas. Eiuſdem Deiparæ beneficio in Societate permanſit, non vero ad alium ordinem transiuit, quò illum ſacri otij deſiderium anxiè inuitabat. Vt benè oraret, SSS. Trinitatem adoraturus, pro præparatione ſemper *Aue Maria* præmiſit, vt ab illa inſtrueretur. Si quis illi ſe in preces commendabat, primo quoque tempore pro illo *Aue Maria* recitabat: faſſus aliquando, ſe vel pronunciato Beatiſſimæ Virginis nomine purum quendam de peccatis dolorem ſenſiſſe vſque ad lachrymas; idque ſibi perſuaſum eſſe, quòd B. Virgo ſit promptior vt nobis opem porrigat, quàm nos, vt eam rogemus. *Ad te*, inquiunt Menæa Græcorum, *Ad te dies, noctesque clamabo, & hac ratione ſaluabor!*

Vide iſta Incit. n. 40.

4. Ian.

240 P. Antonio Araozio Româ in Hiſpaniam diſcedenti non ſine ſignificatione doloris, quòd à S. P. Ignatio, cui etiam ſanguinis neceſſitudine coniunctus erat, auelleretur, Ignatius quò ſolatij aliquid impertiret, vt erat cordis tenerrimi, promptam è ſinu DEI Matris effigiem donauit; dixitque ſe à primo vitæ in melius commutatæ, ac veſtium, quas pœnitentium peregrinorum ritu induerat die, ad illum vſque diem illam imaginem à ſuo pectore non dimiſiſſe, ibique vnà cum Crucifixi CHRISTI ſigno circumtuliſſe ſemper, ſemperque à DEO per illam miris modis adiutum. Quare illam ne vlli donaret; verùm, tanquã pignus perpetuum, & pectoris ſui theſaurum acciperet. Is 30. Ianuarij Madriti hoc anno morte ſublatus eſt: imago ad S. Ignatij neptem, atque ab hac ad noſtros peruenit: nunc Cæſaraugustæ ſeruatur. Neptem illam S. P. Ignatij aie hiſtoria M S. Aragoniæ fuiſſe filiam Martini fratris natu Ignatio ſenioris: imaginem fuiſſe dolentis Virginis. Hanc illa anno 1595. cùm iam 80. eſſet anno-

Imaginē B. V. geſtare in ſinu.

Ms. i. c. vlt. pag. 25.

annorum, Societati reſtituit. de qua vide hîc anno 1657. plura. Beatiſſimæ Virginis imaginem geſtatam in pectore vſus piorum docet: de Ludouico Vngariæ Rege narrat Cellenſis hiſtoria, à B.V. illi per quietem ſpectatâ depoſitam ſuper eius pectus imaginem MARIANAM: illum, eiuſdem iuſſu, cum Turcis conflixiſſe, & 80. Turcarum millia penè ad internecionem ab illo deleta, cùm ipſe non haberet niſi 20. millia armatorum. Non erit otioſa propè cor nobis in pectore imago Deiparæ, ſi à nobis ita portetur, vt illam portauit olim Rex ille Vngariæ Ludouicus, vel S.P. Ignatius. Certè clientes Octauiæ, Octauiæ *imagines geſtabant*, floribus aſpergebant. Hoc etiam anno 1573. lego Duacenſem Deiparæ ſodalitatem primam omnium Romanæ aliarum Matri adiunctam, indulgentijſque dotatam, & ceu primogenitam ſalutatam. Hoc eodem anno in inſula Gratioſa apud Indos inducta eſt Deiparę per roſarium colendæ conſuetudo, P. Petro Gomio id agente: ita vt ſummi & infimi, viri ac fœminæ, paſtores, & paſſim omnes, etiam per agros, ſuis incederent ornati roſarijs, ibi DEI Matris cultu triumphante, vbi dæmones triumphârant: id quod etiam anno 1550. factum operâ P. Gaſparis Barzæi, quo adnitente, delubrum, in quo Iogues agebant, dedicatum eſt DEO in honorem Matris DEI.

Flores mei cæleſtes n. 41. pag. 88.

Hiſt. Soc. p. 4. l. 1. n. 131.

Orland. l. 10. n. 127.

ANNO MDLXXIV.

241 In vigilia natæ Deiparæ *Ioannes Baptiſta Archintus* Mediolanenſis obijt. Vixerat in Societate magno ad ſtuporem planè exemplo. Hic vt ſtigmata IESV, & MARIÆ in corpore ſuo portaret, cùm eſſet in ſeculo, vtrumq; illud nomen pectori candente ferro inuſſit. In Societate, illa nomina itera-

Ieſu & Mariæ nomina ſæpè repetere.

ra-

Digitized by Google

rabat aſſiduè, ad illa colliqueſcebat ſuauiſſimè. Optimè fecerit, qui illa nomina per amorem & imitationem ſuo cordi impreſſerit. Monet, rogatq; id S.Ildephonſus ita ſcribēs; *Quæſo vos, ò filij, imitamini ſignaculum fidei veſtræ B.* Mariam *quam velut ignis ferrum, Spiritus S. totam decoxit, incanduit, & igniuit, ita vt in ea Spiritus Sancti flamma videatur, nec ſentiatur niſi ignis amoris* Dei.

S.1. *de* Aſſ.B.V.

242 Roſarij cultum non vno in loco planè ignotum celebrem fecit Societas. Hoc anno Romæ Sodales noſtri hebdomadâ ſanctâ, ſeu maiore, nouo, & B.Vir. honori apto eleemoſynæ genere, collatâ pecuniâ, magnam roſariorum vim comparauêre; quæ in pauperes, ac ruſticos eleemoſynæ piæ nomine deſtributa faciliorem illis redderet in colenda Deipara pietatem. Sodalium nobiliſſimi adoleſcentibus rudibus rudiméta fidei hoc anno explicuêre: ac Deiparæ Sodalitas Romæ etiam in Collegio Germanico inſtituta. Hæc nempe Sodalibus, vt latiùs pietatem Marianam propagent, perappoſitè à Sodalitatum Præſidibus pio ingenio ſuggeruntur. Ita in vita S.Brigittæ refertur, illi adhuc paruulæ à B. Virgine coronam pretioſam fuiſſe donatam. Donemus nos alijs B.Virginis roſaria, & coronas: & ſperemus per illam Deo pretioſas in cælo coronas pro hiſce coronis nobis repoſitas, noſtrarum (quibus hîc Deiparam tam ipſi coronauimus, quàm alijs, vt eam coronarent perſuaſimus) dona, & præmia coronarum futuras.

Roſaria B.V. pro pauperibus emere.

243 Hoc anno 2. Decemb. Societatis tyrocinium ingreſſus Ludouicus de Ponte (de quo alibi plura) quicquid ab obedientiæ occupationibus integri temporis nanciſcebatur, in ſacello coram ea S.Mariæ Maioris imagine, quam P.Balthaſar Alua-

In ſacello B.V. ſæpè orare.

rez

rez Româ ſecum attulerat, nixus genibus traducebat: viſus tunc id agere quod olim dicebat S. Ephræm Edeſſenus: *Ex vlnis maternis ſe Deiparæ eſſe*, vbi addit: *deniqueſub tutela & protectione tua totus ſum*. Vlnæ maternæ ſunt prima illa tyrocinij tempora quibus renaſcimur. *de laud. Dei Matr.*

ANNO MDLXXV.

244 P. Iacobus Ledeſma, hoc anno mortuus, ſingulis quas ſcribebat paginis IESV, & MARIÆ nomina præfigebat charactere maiori; vt illis, & per illos SSS. Trinitati, manus, chartam, calamum, & quæ ſcriberet omnia honore, ac amore præcipuo dedicaret. *In omni opere virtutis*, inquit S. Thomas, *potes eam habere in adiutorium*. Ijs quæ ſcribis præfigere SS. nomina IESV, & MARIÆ, *in expoſit. Aug. ſalutat.*

245 P. Iacobus Ledeſma morti proximus, rogatus enixè vt ſi quid haberet, quod ad maiorem DEI gloriam videretur, caueret ne ſilentio ſepeliret, P. Ioanni B. Piſcatori confeſſario ſuo retulit: ſibi de Societate ineunda cogitanti, verùm de ardua neceſſariaque puritatis integritate, atque in Societate conſtantiâ valdè anxio ea eueneſſe, quæ aliàs dixi; & habet Sacchinus Hiſt. Soc. p. 2. lib. 1. n. 65. Hæc nobis quoque à DEO per MARIAM vt petenda, ita ſperanda ſunt. Eſt illa, vt loquitur Bonifacius IX. Pont. *Virgo Regia, flos ſanctitatis, vas cæleſtis gratiæ mundiſſimum, omnium virtutum floribus redimita*. Huius gloriæ hoc anno in Braſilia à noſtris templum B. MARIÆ *à Spe* excitatum. *Incit. n. 16.* *Bullarij t. 1. pag. 230.* *Hiſt. Soc. lib. 3. n. 237.*

246 Hoc anno Maceratæ P. Raphael Riera Lauretanæ Virginis Eccleſiaſtes, typis vulgauit *Miracula B. Virginis Lauretanæ*. Hic ad ea quæ de illo alibi retuli humi proſtratus gratias DEO, & DEI Matri egit, ſe in eius cultu vehementer incendi ſenſit, flammis illis, illâ voluntate per dies plu- Miracula B.V. nota facere.

Vid. inc'r. n. 14. Marchio Ant. Iul. Brignole in columna Purgatorii c. 5. pag. 229.

res in accenſo animo perſiſtente. De hoc igne cæleſti plura, & enucleatiùs Turſellinus. Hoc nos igne veluti lacte lactamur ad amorem DEI, & Matris DEI: vt quondam Iunonis ſtatua viſa eſt fluentes ex vberibus flammas lactis loco effundere. Ita in amore non elangueſcemus tepidi; quia puro, & lacteo igne lactati, ac educati feliciter ſemper ardebimus puris flammis quas è corde charis ſui pectoris pullis MARIA propinat. Hoc lacte à Societate

Leonard. vitæ P. Realini l. b. 1. c. 15. 16.

lactari cœpti Lupienſes. Nam hoc anno Lupijs naſcenti Domui Profeſſę à Petruccio Proepiſcopo addita eſt ſalutatæ ab Angelo Virginis cum hortulis ſuis ædicula. Ibi Domus in Collegium verſa tantis cultus Deiparæ incrementis, vt ſeptem eius ſodalitia numerârit inſigni propenſarum in ea vrbe ad Partheniam pietatem voluntatum voluptate; fundamentis hoc anno iactis eius honori, atq; amori de qua Bernardus: *Fundamenta eius internæ dulcedinis ſuauitas eſt.*

tom. 2 ſ. 1. ſuper Salue Reg.

ANNO MDLXXVI.

B.V. cultum propagare.

247 In Bungo, qui rem Chriſtianam curabant Patres Chriſtiano cuidam Ioanni Goro Beatiſſimæ Virg. imaginem donârant; quam ille religiosè geſtabat ad pectus in ſinu. De hac imagine ex energumena dæmon ad Ethnicum Iaponem dæmoni pellendo ſe accingentem, dixit, ſe à nemine eijciendum præter quàm à Ioanne; *qui*, inquit, *habet in ſinu quiddam quod me vehementer terret, ac cruciat*: id erat (vt hiſt. loquitur) *ſanctiſſimæ cæli Reginæ effigies*, quam paucis ante diebus à Patribus acceperat, & ſancta crux. Et verò toruos oculos in imaginem torquebat fremens, ac tremens dæmon. donec tandem vi ſanctæ crucis, & orationis Dominicæ, ac illius imaginis, eiectus eſt. Ibidem Beatiſſimæ

Imagines B.V. alijs donare.

n. 248.

B.V. Aſſ.

Dei-

Deiparæ Aſſumptæ extructum templum. Hæc nos de hoſte illo victores reddet per CHRISTVM; & coronabit, quæ S. Epiphanio dicitur *corona Regia, pretioſiſſimum habens lapidem* CHRISTVM. *t.2.orat. de laud. B.V.*

248 P. Gaſpar Hernandez ad phreneticum quendam, qui confeſſionem ſemper ad extrema tempora differebat, vocatus, cùm vehementer doleret miſerandum hominem iuuari non poſſe, in ſecretum domus angulum cum ſocio ſe recepit; & Beatiſſimâ Virgine apud DEVM ſequeſtrâ vſus, quanto pectoris ardore potuit, DEVM, Deiparam, Sanctos omnes pro ægro illo precatus eſt. Stupuêre qui aderant! Quo diutius preces fundebat Pater, eò ægri morbus remittebat magis, adeò vt cùm Gaſpar orare inciperet, æger ſentiret aliquid leuamenti; cùm verò iam peroraſſet Pater, infirmus quoq; ad ſe redierit prorſus. Expiauit hominem, S. Synaxi refici curauit, eique vt extremæ Vnctionis Sacramentum peteret, perſuaſit. Quartam deinde horæ partem illi ad reddendas gratias pro tam opportuno beneficio aſſignauit: quâ peractâ; Iam, inquit P. Gaſpar, nihil eſt amplius neceſſarium. Et æger confeſtim phreneſi ſuâ correptus eſt. Bonam ſibi, & ægro elegit aduocatam Gaſpar; hoc etiam nomine celebratus, quòd ſi quid peteret, repulſam ab eâ minimè pateretur. *O Virgo*, inquit S. Ioan. Damaſcen. *O virgo, ignea luce coruſcans: illumina oculos meos quos tenebricoſus ſerpens peccatorum caligine obſcurauit*. Contra illam caliginem caſtæ lucis radios à B. Virgine hauriebat *P. Ioannes Ruiz*, cui ad cordis puritatem ſeruandam duo fuêre potiſſimùm præſidia: ſummus Deiparæ amor, & ſummum ſui corporis odium. Moriens, Deiparæ paruulum complexæ imaginem eo

Obiit Toleti 1576.

Pro tollendis cõfeſsionis impedimentis B. Virginẽ orare.

Nierembe tomo 3.

m.s. Sabbato.

obiit 9. Ian. 1576

ipſo die à Duce quodam Collegio Madritenſi donatam tenero amplexu tenebat;amantiſſimèque illam adſtringens,innocentem ſemper ab omni lethali noxâ animam exhalauit, præſentiſſimo illius auxilio cui S. Ioannes Damaſcenus; *O*, ait, *ſemper, & vbiq; inculpatiſſima, quæ es ingens cantandi materia omnibus cælitibus data. Salue ò columba electa, quæ mentem habes pennis inauratis ſpectabilem.*

22. Ian. Menaa.

249 Franciſcus Hernandez Coadiutor, Gandiæ hoc anno mortuus eſt. Hic erga DEI Matrem cùm alijs officijs fuit pius, tum verò ſingulari maximè *ſilentij*, & *patientiæ* ſanctæ curâ. Has ille virtutes ſuæ Dominæ offerebat, pro illo DEO vocantis beneficio quod per illam acceperat, de quo ego aliàs. Silentio benè colitur DEI Mater, ſilentij vt olim in ſe,ita nunc in ſuis amans. B. Laurentius à ſilentio illam laudans; *ſciebat*, inquit, *ſub diſciplinæ cenſura labia eſſe frænanda.*

B.V. ſilẽtio, & patientia colere. *Vid. Incit. nu. 41.* *de annunc B.V.*

ANNO MDLXXVII.

250 De Innocentio Fontana B.V. ope Societatem ingreſſo vide Sacch. num. 33. Euerardus certè Generalis,quanquam ab Aſſiſtentibus repulſum Innocentium, & cunctas difficultates cognôrat; tamen, inuocato cæleſti lumine, reſpondit: videri planè à diuino Spiritu eum adoleſcentem ad religioſam delectum vitam: neq; contranitendum. Ita die S. Catharinæ Senenſi ſacro, quam præcipuo Innocentius colebat ſtudio, acceptis parentis quibus id ei licebat, literis admiſſus eſt. MARIA repulſam non patitur. Piè ad illam ſic S.Ephræm Syrus: *Omnes tibi procidimus: ſpes noſtra es ſecuriſſima, & ſanctiſſima.* De P. Ioannis Zunnica morte, 2. Febr. optatò obitâ hoc anno, vide Incitamenta n.42.

Quæ val dè petis, illi apud Deum cõmittere. *29. April.* *in threnis B.V.*

251 Hoc anno,vt refert Sacchinus,Ioannes Ferdinan-

n. 113.

dinandus, & Antonius Salazarius in Belgium ad Principem Auſtriacum miſſi, auſi etiam ſunt, aditum humanitate eius aperiente, illi munuſculum dare. Flagellum nacti non inuenuſtum auguſtiſſimis IESV, & MARIÆ nominibus decorè intextum, ſerico coopertum inuolucro donant; addentes, telum ſe ei præbere, quo inimicorum ſuorum maximum edomare poſſet. Et gratum fuit id teli genus Chriſtiano bellatori. Ita hiſtoria. Cilicia aliàs his nominibus inſignita vidimus. Ecce & flagellum: vt ijſdem inſtrumentis noſtrum erga illos amorem, & in nos ipſos odium non verbo tantùm, ſed opere ac veritate conteſtemur. Sic in nomine IESV & MARIÆ agere ac pati eſt armatis precibus rem agere apud illam, cui ſic loquitur B. Petrus Damianus: *Audi nos! Nam & Filius nihil negans honorat te.*

Noſtri flagellum dat Principi in quo nomina IESV, MARIÆ

Mortificatione illam colere.

S. I. *de Natiu.* B. V.

252 Hoc anno 1577. in Luſitania (quod narrat hiſt. Societatis) datum Societati à Sebaſtiano inclyto Luſitaniæ Rege Eremitorium; *à lapa* vulgo appellant: in quo ſacra Virgini Beatiſſimæ colitur ædes peregrinorum multitudine & religione celeberrima, ob crebra inuitamenta inſignium miraculorum, quæ in eo Deiparæ Magnæ ſacrario, eadem apud Filium ſequeſtrâ patrantur. Ibi Societati meſſis eſt aurea eò confluentium animarum: *Summa*, inquit ibid. B. Petrus Damianus, *ſumma gloria eſt poſt* DEVM *te videre, adhærere tibi, & in tuæ protectionis munimine demorari.*

N. 308.

Peregrinos ad B. V. in ſpiritu erudire.

ANNO MDLXXVIII.

253 Didacus Mendoza anno 1578. deceſſit, & amanter fidenterque ſalutatâ in morte DEI Matre, humiliate, ac obedientiâ potiſſimùm excelluit: quæ decora humillimæ DEI Matri ſunt longè

Humilitate, & obedien. illā colere. *Vide Incit n.* 43.

gè acceptiſſima. Ex hac humiliate naſcitur ſuauis illa erga DEI Matrem fiducia, de quâ S. Bonauentura: *Super humiles vultus eius, & ſuper confidentes in eam aſpectus illius.*

Pſal. 112.

254 Romæ is Pater qui Sodalitati primariæ præfuit, vt Mexicanam Sodalitatem hoc anno Romanæ illigatam, ad cultum Deiparæ, communis Dominæ, acriùs incitaret, curauit, vt nobilem initæ germanitatis teſſeram illi deſtinaret Romana, miſſis illi decem millibus granorum piacularium. Et certè hac ſodalitatum neceſſitudine id efficimus, vt altera ab altera exemplum, ceu flammam, accipiat; & incenſa, viciſſim alias aliaſque Sodalitates, puro erga DEI Matrem amore accendat. Inuitabant Romani hoc facto Mexicanos Sodales ad id quod ibidem S. Bonauentura canit: *Benedicite ei mare, & inſulæ gentium: hymnum dicite ei, cæli, & habitatores eorum.*

Sodalib' dare dona Mariana.

Pſal. 102.

255 P. Gaſpar Loarte hoc anno Valentiæ in ſenectute bonâ deceſſit. Huius eſt ille de B. V. liber anno 1573. Romæ Italicè in lucem datus, qui docet modum meditandi myſteria Roſarij Sanctiſſimæ Virginis Matris. Myſteria ipſa in imagines, ac in articulos digeſta proponit ſpectanda, & expendenda. Tum longiore morâ inhæret ſingulis; ad voluntatem deinde concitandam, Deiparamque alloquendam progreſſus. Eſt is libellus idoneus planè ad condiſcendam artem eius precationis quæ mente perficitur, iuxta ea quæ docet S. P. Ignatius. Pius, ac diligenter illum peruolutabat B. Aloyſius Gonzaga, magno ſanctæ operæ pretio. Sed de Aloyſio dicam anno 1591. *Ad illam*, ait Bernardus, *ad illam reſpiciunt & qui nos præceſſerunt*, (Ignatij, Xauerij, Borgiæ, Aloyſij, Stanislai) *& nos qui ſumus, & qui ſequentur.*

Roſarij cultum promouere.

S. 2. in Pent.

Hoc

256 Hoc anno apud Thomæos in ora Auſtrali Chriſtianos illos ad B. V. reuerentiam enixiùs incitarunt Cocinenſes Patres, quando Angamalenſis Eccleſiæ, quæ Aſſumptæ Deiparæ dedicata eſt, anniuerſarius dies magnâ pompâ eſt celebratus. Detulêre, inquit Sacchinus, Cocino ad templi & Sacerdotum ornatum quicquid in ſacra ſupellectili habebant ſpectandum: adductis ad canendum, quibus vtebantur peritis, ſiue voce, ſiue fiſtulis. Denunciata eſt Indulgentia. Sacra magnâ cerimoniâ Patres executi ſupplicationem inſtituerunt: *Effigies Lauretanæ Virginis præferebatur:* duo chori, alter Latinè, alter Chaldaicè Dauidicos pſalmos alternis canebant. *Benè tibi*, ait Thomas ille à Kempis. *Tene eam, nec dimitte eam donec te benedicat, & ad cæli palatium felici gubernatione perducat.* Sacchin. anno 1578 n. 236. Aſſumpt. B.V. auguſtè colere. 3. p. ſer. 5. de B. V. in fine.

257 Macao in Iaponiam tandem feliciter appulêre ſocij horrendâ tempeſtate iactati: *Patres*, inquit Sacchinus, *propoſuere Deiparæ effigiem. Ad eam ſinguli ſtare cum ploratu ac gemitu percutientes pectora, imploranda Beatiſs. Virginis ope occupabantur.* Denique Iaponiam tenuêre: *Iuuante* Maria inquit idem Thomas ibidem, *euades pericula cuncta. Ibi pauper habet domicilium, ibi triſtis accipit ſolatium, ibi turbatus meretur conſilium.* Sacchin. ibid. num. 250. Imaginē B.V. proponere in periculis.

ANNO MDLXXIX.

258 Ioanni Ximeno, qui 6 kal. Martij hoc anno occubuit, coram imagine ſinè macula conceptæ Deiparæ ſcrupulus incidit, quòd erga animas purgante illo igne detentas parùm liberalis eſſet, atque propenſus: Hæc ſecum ipſe voluens; vehementer ſe ad piam erga illas liberalitatem inflammari perſenſit, vt olim ſcripſi; ſeque promptè, ac vitam omnem, omnem ſatisfactionis deinceps to- Compati animab⁹ purgatorij. In Mar. Matre agoniz. in anno mor. et mort. in Incit. n. 44.

tâ

tâ vitâ faciendæ cumulum liberaliter illis dedit. Beatiſſima Virgo S. Brigittæ: *Sum*, ait, *Mater omnium qui ſunt in Purgatorio*. Et verè ſe Matrem oſtendit etiam in eo, quòd Ioannem, & nos in illo, excitârit ad illas animas impenſiùs adiuuandas.

(Renel. lib. 4.c.138.)

259 P. Simon Rodriquez, qui & ipſe hoc anno diem obijt; diuinæ pſalmodiæ intentus ad fontem irriguum cui Magdalena nomen, inter pronunciandum ea nuptialis cantici verba: Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato; repentè per quendam mentis à corpore ſeceſſum, in Reginam ipſam Virginum contemplatione delatus, eius in pulchritudinem planè mortalibus inæſtimabilem raptus eſt; molem ipſam membrorum animo quaſi ſubleuante, pectoriſque incendio inflammante vultum, erectis in cælum oculis. *Verè, Domina*, inquit S. Brigitta, *verè tu es pulchritudo pretioſiſſima, pulchritudo deſideratiſſima*. In hanc pulchritudinem eleuandi ſunt caſti oculi; & cum S. Ioſeph Græco Confeſſore, pulchritudo animæ petenda à pulcherrimo IESV, per pulcherrimam eius Matrem. *Sacroſancta Virgo*, inquit ille, *Athletarum* CHRISTI *ornamentum planè diuinum, quæ ipſum nobis* CHRISTVM *dediſti venuſtatibus ſpecioſis decorum: vt mea quoque anima eleganti ornatu venuſtetur, Tuis ad* DEVM *precibus impetra*.

(De B. V. pulchritudine meditari. Vid. hiſt. Soc.n.290 Renel.lib. 4.c.19. Piet.Mar. Græc.p.1. n.251.)

260 P. Simon Rodriguez cùm *templi* Conimbricenſis iaceret fundamenta, primos lapides poſt IESVM, MARIÆ nomine inſcripſit. Tum adiecit nomen *Pauli III.* qui Societatem confirmârat, & *Ignatij* qui fundârat. Vt nempe naſcentis & creſcentis in Luſit. Societatis fundamenta à IESV imitatione, à MARIÆ amore, à Sedis Apoſtolicæ obſequijs, à legum ab Ignatio conditarum accuratio-

(Nier.to.3. pag.773. Ieſum & Mariam initijs rerum præfigere.)

ne

né ad excelſam virtutis, quæ poſtea iſtic ſpectata eſt, molem exurgerent. S. Theodorus Conf. *Virgo,* inquit, *nouum mundo cælum acceſſit. Sacratiſſimum Virginitatis templum.* M.S. orat. de Natiu. B.V. in Biblioth. Vatic.

261 Anno 1579. Lugduni prodierunt Elogia Deiparæ in hebdomadæ dies è S. Scriptura, & Sanctis Patribus eruditè contra Nouatores digeſta à quopiam è Collegio S.I. Pariſijs: vbi Deipara dicitur: *Paradiſus voluptatis, ſacrarium diuinitatis, gloriæ noſtræ præmium, virginitatis æternitas, feſtiuitatis noſtræ principium, medium, & finis, theſaurus Sanctiſſimæ Sanctitatis.*

Item è Madritenſi Collegio Patrum quiſpiam cùm ægram mulierem in ciuitate peccatricem ſub ipſo vitæ ac mortis agone, duram ad eum, quò de peccatis pœnitere par erat, dolorem reperiſſet, incertus conſilij, tandem illam Deiparæ impenſiùs ac teneriùs commendauit: & fœminam rogauit; vt, ſe præeunte, verſum illum repeteret: *Monſtra te eſſe Matrem.* Paruit fœmina: & verbis illis cum Patre ſæpiùs repetitis, ope diuinæ Virginis velut glacies liquefacta eſt, ac peccata magno cum dolore confeſſa. Hic dolor à DEO per illam petendus: tum dicendum cum S. Ioanne Damaſceno: *Abſolutam nobis numeris omnibus lætitiam, ac ſempiternam ſalutem concilia.* Hiſt. Coll. Madrit fol 152. Duros ad pœnitentiã B. Virgini commendare. Orat. de Nat. B.V.

262 P. Ioannes Tellerius, vt Beatiſſimæ Virginis pietate condiret vnàque proueheret ſingularem mortalium ergà exules à DEO in purgatorio animas pietatem, alteram alteri coniungendam putiuit, quò alteram alterâ, veluti cote, acueret, memor Deiparam ſingularem eſſe animarum illarum Matrem. Particulatim ergò Romanæ vrbis parochos adijt, eiſque dextrè ſingulare ergà illas ani- Obijt 1579. Sacch. nu. 34. Purgatorij animas iuuare.

mas ſtudium commendauit. Modum verò illum vrbi peropportunum fore oſtendit, ſi veſperi cùm Deiparæ ter ſalutandæ ære campano ſignum datur, daretur quoque pro purgatorij animabus, velut additamentum vrbicæ erga Deiparam pietatis; quæ certè Mater miſericordiæ cùm ſit, delectabitur ſuum cultum eſſe huius erga illas animas emolumenti velut vehiculum, & incitamentum. Vbi omnes illi propenſis voluntatibus conſensêre, in libellum retulit nomina ſingulorum; eaque Gregorio XIII. Pontifici obtulit, qui eo pietatis ingenio delectatus annuit perlibenter; & eam induſtriam indulgentijs quoque adiunctis prouexit. Hinc manauit mos ille, vt poſt Beatiſſimam Virginem veſpertino more ſalutatam, animæ quoque in mortalium memoriam reducantur, velut filiæ poſt Matrem. Meminerimus illius vocis quam ex illa S. Brigitta audiuit: *Sum Mater omnium qui ſunt in Purgatorio, quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis pro peccatis ſuis, in qualibet hora propter preces meas quodammodo mitigantur.*

Reuel. lib. 4. cap. 138 initio. Vid. lib. 6. c. 21.

ANNO MDCXXX.

263 Ioannes Brionius Coadiutor aiebat, ſe à Beatiſſima Virgine ad Societatem vocatum cùm Paſtoritiam vitam ageret. Totus in illam propenſus erat addictiſſimâ volũtate. Vt autem illum amorem incitaret magis, cùm in Societate coquendis officis admotus fuiſſet, ſecum allatam eam cuius nutu ſe ad Societatem vocatum aiebat B. Virginis imaginem decenti loco muro affixit: illam reſpectabat identidem dum laboraret, nempe vt per illius manus Deo ea offerret quæ agebat: illam ſalutabat cùm egrederetur, vel ingrederetur; coram illa genua ponebat humi: illam roſario percurrendo,

Incitam. n. 45.

Hoc anno Sacchin. n. 201.

Labores ſuos B. V offerre.

im-

impensè veneratus: atque Patres illos Fratreſque qui pro more ad iuuandum intrabant, ſuauiter inuitabat ad illius venerationem. Hoc anno 6. kal. Feb. migrauit è vita. Hæc nos inter orandum, & laborandum à torpore expergefaciet: id quod S. Ioſeph C. ab illa petens aiebat: *Ab ignauiæ letali veterno me libera: ſimulque ſuppedita vires, vt in operibus bonis meipſum peruigilem præbeam.* *num.* 148.

264 P. Balthaſar Aluarez hoc anno 25. Iulij ereptus nobis eſt. Sæpè animo repetebat Balthaſar quanta illa eſſet coram DEO, & quanti à nobis illam haberi, quantum coli vellet DEVS. Inſidias quæ capitibus noſtris ab aduerſario vbique tenduntur, hoc potiſſimùm clypeo, hoc pietatis ingenio auertebat; ſimulque cultum hunc egregijs virtutibus cumulabat, conſociabatque. Ab hoc amore proficiſcebatur, quòd preces quas eius honori conſtanter fundebat, haud obiter, aut indiligenter exequeretur. Vnde P. Gaſpar Aſtetus cum Balthaſare minus Deiparæ officium fortè recitans, obſtupeſcebat cùm videret quo calore, quanto æſtu pronunciaret omnia; & quàm religiosè ad verſus quoſdam, velut ad incendia noua, exardeſceret. Optabat, petebatque cor ſuum cordi Deiparæ, quantum fas eſſet, eſſe imitatione ſimillimum, vt refero in eius vita: vbi etiam de Nouitio, pro quo in B. V. Sacello ſe inclementer cæcidit; flagranterque orans, meliorem illi mentem à DEO per Virginem impetrauit. Archangelum Gabrielem eo etiam nomine particulatim & eximiè coluit, quòd legatus fuiſſet ad Virginem. Vt preces noſtræ accidant Matri DEI gratiores, aiebat ſalutationes Angelicas, velut libellos ſupplices, Sanctorum manibus inſerendas; & per illos ad Virginem deſtinandas.

Quanti Deus illã faciat meditari.

Off. B. V attentiſs. recitare.

S. Gabrielem colere.

Libellum ſupplicẽ ad B. V. dare.

V 2 das.

das; ita à porrigentibus gratiam, & efficacitatem acceſſuram pro illo, qui eas miſerit. S. Bonauentura: *Hymnum dicite ei, cæli, & habitatores eorum.*

Pſal. 102.

265 Idem Româ in Hiſpaniam redux Laureti Deiparam religioſè veneratus, ibi permotus eſt, vt ſe S. Ioſepho totum addiceret. Sanctam Tereſiam quoque laudauit Deipara, quòd coleret S. Ioſephum Sponſum ſuum; atque vt enixè pergeret hortata eſt. Pareamus huic *Dominæ*, tam bona imperanti: quam S. Bonauentura vocat, *primiceriam Dominarum.*

Vid. Incit n. 45. S. Ioſephum impensè colere. *Pſal.* 121.

266 P. Balthaſar Aluarez admirabili Spiritus experrecti ſenſu recitabat officium B. V. ab ipſo tirocinio. Pronum creditu eſt id habere vtilitatis quamplurimum, vel ex odio dæmonis inimici. is enim vt illum ab eo abſterreret, horrendas illi tentationes obijciebat. Perſiſtenti eò impenſiùs, aſſeueratè aliquando viſus eſt dicere ipſe dæmon: Remitte tu; & ego remittam: præcipuè vt iſtam deuotionem dimittas, quam habes in iſtam mulierem, quam MARIAM appellant. Sed perſtitit Balthaſar amans amore Deiparæ ſe dæmonis odium meruiſſe; atque alijs quoque incitamentum factus in penſo MARIANO ſuſcepto ad hoſtem peruincendum. Conſtantia eſt pulchra dos animæ MARIAM verè amantis, quicquid contra per mille artes nitatur dæmon. *Exurgat* MARIA, inquiebat S. Bonauentura, *& diſſipentur inimici eius. Non deficiat laus tua in ore noſtro, & amor tuus de viſceribus noſtris.*

Off. B. V. recitare conſtanter. *Incit. nu* 45. *Pſal.* 67.

267 Donandi ſunt oculi noſtri Matri DEI, vt illa illorum effrænationem compeſcat: *Meritò*, inquit Bernardus ad B. V. *in te reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, & per te, & de te benigna manus*

Oculos dedicare B. Virgini. *Serm.* 2. *in Pent.*

Digitized by Google

nus omnipotentis quicquid creauerat recreauit . P. Balthaſar Aluarez Valliſoleti in ſolenni quodam ſanctæ inquiſitionis actu , cùm oculos in theatrum intendere aliter non poſſet quin fæminas aſpiceret , parùm id ſuæ modeſtiæ decens eſſe ratus, eam, quam ſecum ſemper circumferebat B. V. imaginem oculis ſubiecit ; adeòque illi oculos & mentem affixam tenuit, vt toto ſeptem horarum ſpacio , quo ſpectaculum inquiſitionis durabat , Balthaſar ſemper intentiùs in B. V. imaginem defixus hæſerit , magno exemplo , oculis inde nuſquam & nunquam auerſis . Si dicat quiſpiam : & quid tandem tot horis in imagine vna ſpectandum inuenit ? Reſpondeo id quod Græcus ille pictor cuidam dicenti, ſe in pictura quadam nil quod magnoperè teneat reperire , reſpondit : *Si oculos meos haberes , hoc non diceres* . Si oculos P. Balthaſaris Aluarez quibus ille B. V. imaginem aſpiciebat haberes , hoc non diceres . Sint oculi animæ noſtræ in manibus MARIÆ ; ſicut ancillæ in manibus Dominæ ſuæ. Quem locum afferens S. Bonauentura ſic habet : *Ancilla dominæ*, MARIÆ , *eſt quælibet anima fidelis : Oculi omnium noſtrum ad manus* MARIÆ *ſemper debent reſpicere , vt per manus eius aliquid boni accipiamus , & per manus eius quicquid boni agimus domino offeramus* . Ita ille .

B.V. imaginem in ſinu geſtare.

in ſpec. B. V. fol. 39.

268 P. Gomez Damaralius tranſmarinas miſſiones toto deſiderio amplexus , neque obtinere illas valens , hoc adhibuit induſtriæ , vt voto ritè concepto ad Caſtellanam B. V. ædem quæ à Rupe Franciæ nominatur , peregrinabundus abierit , ibi petiturus à Virgine , atque à DEO per Virginem , quod à Superioribus domi non poterat impetrare : Obtinuit ; & in Indica nauigatione dum operam na-

Luſitan. P. occiſus 24. Sept. 1580.

Eà quæ impetrare vis , B. Virgini commendare

narraret peccata in pœnitentiæ Sacramento fatentibus, ab Ethnicis iugulatus eſt. Per Deiparæ opem euaſit Gomez ad illam mortis gloriam ad quam ſe ferri ſentiebat. Ego certè illius exemplo, id eſt, ope Deiparæ, vtendum nobis eſſe cenſeo in omnibus quæ nos ad exaggeratam virtutis viam capeſſendam inuitant; in omnibus quæ à nobis impetrare, ac in quibus ſuperare nos ipſi non poſſumus; in omnibus quæ nos ab ijs, quæ benè optamus impediunt in adeptione cuiuſcumque virtutis. S. Andr. Cretenſis Archiep. huc nos ducit, dum ſic ait ad Virginem: *O Sancta, & Sanctis Sanctior; omnis Sanctimoniæ ſuperſancte theſaure.*

In m. 1. orat. 5. apud Marraccium.

ANNO MDLXXXI.

269 De P. Claudio Aquauiua ope Deiparæ in Generalem electo, eique impenſiùs addicto dixi aliàs, & ſunt in M.S. Soc. hiſt. & in Anno dierum illuſtrium Soc. IESV 31. Ian. Etiam ex hoc capite mihi perſuadeo Societatem Deiparæ cordi eſſe; quodque illa S. Brigittæ olim promiſerat, velle ſe eſſe *pro matre* liberis Brigittæ, idem ab illa Societati, eiuſque filijs præſtari; vt verè dignetur eſſe *Mater* Societatis, & omnium filiorum eius. Liceat hîc ad Socios omnes dicere illud S. Bonauenturæ: *Quapropter, ad obſequendum ei ſinum mentis extendatis: ad laudandum, & glorificandum eam cor præparate, linguam laxate, ac celeri famulatu illi placere feſtinate.*

Incitam. n. 46.

Riuel. extrauag. c. 63.

in Præfat. pſalterii Mar.

270 Quomodo Deipara in morte ſuo cuidam clienti hoc anno fuerit propitia, narrat Societatis hiſtoria n. 14. & quò nobis pro aſylo contra infernatis hoſtis inſidias ſit eundum, vt ſecuriores moriamur, oſtendit, in Chriſti Sanguine, & DEI Matre præſidium præſentiſſimum reperturis. Matthiæ quo-

Vid. Incit. n. 47.

Digitized by Google

quoque Marij hoc anno Landſpergæ decedentis mors, Beatiſſimæ V. Matris beneficentiâ fuit amabilis, id quod 25. Iulij refert Annus dierum illuſtrium. Hoc agamus ad quod nos inuitat ſanctus MARIÆ pſaltes Bonauentura: *Impendite illi ſacrificium laudis, & inebriamini ab vberibus dulcoris illius.* Pſ. 32.

271 Inconſiderantiam verborum vt caueas, & priùs quàm loquaris ad IESVM, & MARIAM ſuſpires, hortatur id quod adducam: P. Gonſaluus Gomez (quod hoc anno perhibet Societ. hiſt.) priùs quàm loqueretur, aut reſponſum ederet, IESVM, & MARIAM tacitus decies pronunciabat, conſilij ab ijs, & auxilij poſtulandi ergò ad benè loquendum. Idem agebat cùm ſe horis canonicis præparabat. Huc facit idem Bonauentura hortatus ad linguæ cuſtodiam eos, qui Deiparæ ſunt addicti, dicens: *Recedant ergò vetera de ore noſtro, & linguis loquamur nouis.* IES. & MAR. conſulere antequàm loquamur. *in Cantico exultauit.*

272 P. Edmundus Campianus hoc anno cruentâ morte apud Anglos in fidei odium purpuratus, ad ſuos, & aliorum erga DEI Matrem fouendos igniculos teneræ pietatis, Litanias B. Virginis, ſeu titulos eius quoſdam, carmine ad memoriæ firmitatem complexus eſt. Pietatem in illo, & breuitatem potiùs ſpectabat, quàm elegantiam, ſyllabis etiam aliquando neglectis. Ita habet: Lit. B. V. carmine recitare.

Sancta DEI Genitrix Virgo MARIA ſacra.
O rube, qui medio ſoſpes in igne fuit.
Turris Dauidicæ gloria: mentis apex.
Vellus Gedeonis: flumina dulcis aquæ.
Fons occluſe, Domus aurea, Porta Sion:
Lectule pro thalamis, & Salomonis ebur.
Hortule flos campi, lilia, ſtella Maris.
Pulchra carens næuo, ſponſa columba DEI.
Sol electe, nitens Luna, ruina ſtygis.

Ora pro nobis.

Pal-

Digitized by Google

Palma triumphalis, pacis oliua, ſcala.
Fuſa procul Platanus, deliciumque roſæ.
Virtutis ſpeculum perpetuaque cedrus.

Marraccius in Biblioth. Mariana ait eundem cum P. Laurentio Magio collegiſſe è Patribus, & Scriptura, ac in ſingulos hebdomadæ dies diſtribuiſſe B. Virginis Litanias.

ANNO MDLXXXII.

273 Hoc anno apud Iulienſes Peruanos; quod annuæ narrant, mulier quædam ſatis illa quidem erga res ſpirituales affecta, cùm in neſcio quod peccatum eſſet prolapſa; ita mæſtitiâ, & pudore opprimi ſe paſſa eſt, vt id nunquam confiteri auderet. Tandem ex ægritudine deſperatione conceptâ, ſuſpendio moleſtias finire conſtituit. Huic, & laqueum vnde ſe ſuſpenderet apparanti quomodo ſubſidium etiam pro confeſſione apud noſtrum peragẽdâ Beatiſſima Virgo tulerit, aliàs dixi. Quàm benè diuinæ huic Matri S. Anſelmus! *Filius tuus*, ait, *erit ad concedendum quicquid voles promptiſſimus. Tantummodò itaque velis ſalutem noſtram, & verè nequaquam ſalui eſſe non poterimus.* Nos verò, & ad hoc Sacramentum benè obeundum gratiam à Deo per B. V. petamus; & eos qui ad peccata expianda nos accedunt, ita tractemus, atque ſi eſſent miſſi ab ipſa Virgine Dei Matre. Ita illam colemus.

Incit. n. 48. Pro confeſsione illam inuocare. *De excell. Virg. Mar. c. 12.*

274 Didicerat hoc remedium fœmina Mexicana à confeſſario quodam noſtro, vt pro adminiculo puritatis Iesvm, & Mariam pronunciaret proco ſcelus vrgente. Fecit id illa obedienter: & ecce tibi miro arcani cæleſtis adiumento, faſſus eſt procus, ſibi omnem illum conſceleratum æſtum non deferbuiſſe tantùm, verùm prorſus extinctum. Nempe hiſce nominibus immundus ille genius

Caſtitatē eius ope tueri.

planè

plane proſternitur: ſicut Limenſis illa Virgo hoc eodem anno, cùm viri cuiuſpiam vim obſcœnam tentantis impetum effugere ſe non poſſe videret, flagrantiſſimo corde IESVM, & MARIAM pronunciauit, ſceleſto illo horum nominum authoritate, maieſtate, terrore in terram proſtrato, & Virgine à periculo lætâ, ac ſaluâ. Fuit MARIA, inquit S. Ephræm Syrus, *fons ſpiritus æterni hominibus, & pudicitiæ atque incorruptionis præceptum*. *de Margar. pretioſa p. 673.*

275 Eduardus Trogmortonus hoc anno 18 Nouemb. poſt edita Nouitiorum vota Romæ mortuus eſt. Hic vt in Anglia à parentibus, ita deinceps à Beatiſſima Virgine manè, ac veſperi reuerentiſſimè ſupplex benedictionem poſtulabat. Id cùm æger per vires non poſſet, omiſit genuflexionem, & compoſitis manibus idem ita exequebatur, vt diceret: *O glorioſa Mater benedicta, digneris pro tua benignitate reſpicere me miſellum, & recipere in Filium tuum, tuamque mihi benedictionem impertiri*. Cùm nos ad cælum vocabit IESVS, dicet; Venite benedicti Patris mei. Ad id nos iuuabit ſi ſimus benedicti etiam Matris IESV; *per quam*, inquit S. Ioan. Chryſoſtomus, *vitam æternam inuenimus*. A B.V. petere benedictionem. Matris inſtar illam habere. *in pſ. 45. impreſſa Meſſanæ anno 1613 pag. 438.*

276 Hoc anno felici æternitati tranſcripſit beatum ſpiritum cæleſtis illa Virgo S. Tereſia, de qua in *hiſtoria ſacra*, ſeu mari, ac Oceano Religioſorum Abbas Silueſter Maurolicus in fine paginæ vltimæ ait, *inclytam Societatem* IESV *à B. Matre Tereſia conſpectam quòd à Beatiſſima Virgine modo quodam admirabili, Virgineo, & aureo ipſius Deiparæ pallio tegeretur*. *Te ſum nactus*, ait ad B.Virginem S. Sabbas, *vnicum animæ meæ ſolatium, & planè diuinum*. Fiducia magna ad illam confugere. *Menæa. 29. Ian.*

277 S. Tereſiâ rogante, ac ea quæ viderat verbis quibus poterat coràm explicante, præter CHRISTI *Ribera vita S. Tereſ. lib. 1. c. 10.*

reſurgentis imaginem, depinxit etiam effigiem Beatiſſimæ Dei Matris *Ioannes de Pegna*, poſtea Societati adſcriptus. Illam Ribera vidit, aitque fuiſſe *gratioſiſſimam*. Viſa à ſe plura quæ Ioannes pinxerit; verùm cum hac Deiparæ imagine collata nihil omninò ſplendoris habuiſſe: adeò vt Ribera vix adduci poſſet ad credendum quòd illæ picturæ ab eadem manu fuiſſent profectæ à qua hęc tam exquiſitæ elegantiæ imago picta erat. Hanc S. Tereſia ſecum ſemper geſtabat. Felices manus, & cor, & quicquid in nobis eſt, ſi quæſitiſſimis modis, & ſuæ, & alienæ in Deiparam pietati ſeruire ſciant, poſſint, velint; nec minùs velint quàm ſciant, vel poſſint. *Quid ampliùs*, inquit hiſce deſiderijs inæſtuans S. Anſelmus, *quid amplius dicere poſſum, Domina? Immenſitatem quippe gratiæ, & gloriæ, & felicitatis tuæ conſiderare concupienti ſenſus deficit, lingua fatiſcit.*

Imagines B.V. curare ad pietatem.

Alienæ etiam erga B. V. pietati ſeruire.

de excell. Virg. Mariæ c.8.

278 E Burdigalenſi Collegio Pater quiſpiam, Talamonijs, vt ad B.V. cultum populum incitaret, inſtituit, vt ſingulis diebus B.V. Mariæ *completorium* recitetur; diebus verò Dominicis, & feſtis, etiam *matutinum eiuſdem, & veſperæ*: vt quoniam plerumque ijs diebus, Sacerdotum inopiâ, miſsâ carent, eâ ſaltem ratione pietatis calorem conſeruent. Sic Annuæ. Benè profectò, & meliùs quàm olim Romæ Veſtales virgines igni ſeruando præficiebantur, Maria pietatis calori tuendo præficitur, quæ S Epiphanio eſt *clibanus intellectualis, quæ ignem & vitæ panem habebat*.

annuæ pag. 161.

Induſtrijs B. V. cultũ prouehere.

tom 2. or. de laud. B.V.

annuæ pag. 162.

279 E Lugdunenſi verò Collegio miſſum ab Vrbe vnum è noſtris ad B.V. Lauretanam velut nuncium literæ in hunc modum meminêre: Ciuitas Lugdunenſis anno ſuperiore valdè vexata peſtilentiâ eſt; neque morbus remiſit priùs quàm Ciuitas

Eſſe inſtrumentum publicæ in Deiparã pietatis.

votum

Digitized by Google

votum B. MARIÆ Lauretanæ publicè fecerit: cuius damnata voti, vnum è noſtris miſit, qui illud diſſolueret. Sic ibi. Ita ille velut collectis Vrbis totius linguis, & cordibus Deiparam ex munere ſalutauit; illam Deiparam, cui in Græcis Menæis Ioannes Euchaita ſic loquitur: *Te, tanquam amabile cunctorum mortalium decus, celebramus vniuerſi, hymnis cantandis in vnum veluti labium collecti. quare, ò palatium Verbi, nos quidem viles, ſed tamen tuos, ad cæleſte Regnum admitte.* 30. Ian.

ANNO MDLXXXIII.

280 P. Rudolphus Aquauiua P. Euerardo Mercuriano Generali ſcribens ex Indico itinere; Equidem, inquit, in memoriam tuæ erga me paternæ tutelæ ſemper in ſinu geſto *Deiparæ* effigiem quam proficiſcenti mihi dediſti. Benè illius effigies hoc in honore habebitur, *à qua*, vt ait Andreas Archiepiſcopus Hieroſol. *noſtra effigies nouam figuram conſequitur.* Nouam figuram ſe per illam à DEO conſecutum gaudebat P. Michael Gubernus hoc anno 28. Dec. Valentiæ extinctus. Solebat ille, etiam in triclinio aliquando, petitâ à Superiore facultate, tenerè narrare, ſe die Beatiſſimæ Virginis natum, eiuſdem die Societatem ingreſſum, item primùm introiuiſſe ad altare DEI ad primum ſacrificium celebrandum; & plurimis alijs ab illa beneficijs cumulatum, quæ ſuauiſſimo audientium ſenſu facundiâque amabili percenſebat.

Imaginẽ B.V. pro itinere dare amicis: *in S. Mar. ſalutationem.*

Beneficia eius narrare.

281 Benedictus Goëz miles licentior, Societatem IESV anno 1584. expetijt, & adijt ope Deiparæ, animo, in eius templo anno 1583. ad maiorem de noxis præteritis deteſtationem, & confeſſionem apud vnum de Societate faciendam, adeòque ad Societatem ineundam permoto: in qua ille, vtili

Cor pœnitẽs per illam petere.

Mogorentibus, alijſque operâ vixit, anno 1607.
11. April. Vid. Incit. n. 50. et annuas. 11. Aprilis felici morte perfunctus. Intellexit ille, tunc quanta ſibi veniæ ſpes eſſet ab ea quæ totius miſericordiæ fons eſt, & quàm non difficilis ſit Filius ad Matris preces, qui cum lachrymis perditum hominem ad ſe redeuntem excepit. Ad hunc, ait Bernardus, *ad hunc fontem ſitibunda properet anima noſtra; ad hunc miſericordiæ cumulum tota ſolicitudine miſeria noſtra recurrat.* (s. 1. ſ. 4. de Aſs. B. V. in fine.)

Obedientia illam colere. 282. Romæ nuncupatis ritè Societatis tunc primùm impetratæ votis mortuus anno 1583. & S. Andreæ tironum ſepulchro illatus eſt Georgius Gilbertus nobilis, opulentus, & virtute obedientiæ ſolidæ mirabilis iuuenis, de cuius erga Deipara pietate dixi alibi, de obedientiâ potiſſimùm. Obedientia eſt ancilla voluntatis diuinæ per homines explicatæ. Illam faciendo imitamur Matrem Dei. *Faciebat & illa voluntatem Patris*, inquit S. Auguſtinus: vnde illam etiam hoc modo Christi Matrem fuiſſe oſtendit. (Vid. Incit. n. 51.) (t. 2. ep. 38)

ANNO MDLXXXIV.

283 Guilielmus Elphinſtonius Nouitius Neapoli anno 1584. 16. April. diem pretiosè obijt. Hic à quo tempore ſodalium in albo nomen profeſſus eſt ſuum magni ſemper id fecit: ideòque iam tum ſe Deiparæ filium lætè vocabat. Hoc inter conſueta, & plurima in illo non omittendum, quòd Patres ſpirituales crebrò interrogauerit; *quomodo in amore ergà B. Virginem quàm maximè progredi poſſet?* item, quòd quotidie ſæpiſſimè diuinæ Maieſtati per B. Virginem cor ſuum totum impensè offerret: id quod illi, & viuenti magno ad virtutem emolumento, & morienti ad fiduciam dulciorem tenero ſolatio fuit. Vnde ad B. Virg. imaginem,

16. April. Cor ſuũ Deo per B. V. quotidie offerre. Quærere modos creſcendi in amore B. V.

quæ

quæ pro agone ſocijs proponi ex more conſueuit, dulciſſimè conuerſus: *Tu ſcis, Domina mea*, inquiebat, *quoties tibi cor meum obtulerim!* Iuuat id ſæpè agere. ſic enim cogitationum, & eorum, quæ amamus omnium fons illi offertur. *Tuus* (S. Bonauenturæ vox eſt ad Virginem Matrem) *tuus totus ego ſum: & omnia mea tua ſunt, Virgo ſuper omnia benedicta. Ponam te ſicut ſignaculum ſuper cor meum.* *in Cant. cantemus Domine.*

284 Idem Guilielmus in matutino ſuo exercitio hanc formulam adnotauit: Beatiſſima Virgo, quæ propter vitæ puritatem, & innocentiam præ ceteris omnibus fœminis digniſſima inuenta es, quæ D.N. IESV CHRISTI dignum habitaculum fieri mereteris, me tuum famulum Guilielmum hodiernâ die commendatum, tuæque protectioni commiſſum protege, & defende: vt quemadmodum in te (poſt IESVM) omnem ſalutis meæ ſpem locaui; ſic etiam tuâ ope cooperante validè tentationibus omnibus reſiſtere valeam; tandemque dignus haberi, qui ſalutis æternæ particeps eſſe poſſim. Audi, Mater pientiſſima, tuum Filium tuam opem ſuppliciter implorantem! mihi à D. IESV CHRISTO virtutum omnium complementum impetra, qui cum DEO, &c. Optima eſt contra tentationes hæc prouidentia matutina. *Domina noſtra!* inquit ibid. S. Bonauentura, *omnipotens poſt* DEVM *nomen eius.* Manè ſe B.V. dedicare contra tentationes.

285 Hic annus extinxit P. Franciſcum Turrianum die Præſentationis B.V. quod ille feſtum vindicijs eruditis ex omni vetuſtatis perſanctæ memoria oſtendit eſſe antiquum, non verò nouum, quod aliqui Pio V. Pontifici perſuaſerant, vt à Breuiario abeſſet. Vnde Pius V. illud Romano Breuiario reſtituit, & pia mors à P. Franciſco eodem feſto obita velut præmium fuiſſe ſanctæ operæ videri 21. Nou. Præſent. B.V. feſtum colere.

deri

deri poteſt. Atque appoſitè omninò hoc ipſo die B.V. in templo præſentatæ interceſſione petit à Deo Eccleſia, *vt in templo ſancto gloriæ præſentari mereamur*. Edidit idem Epiſtolam de definitione propria peccati originalis ex Dionyſio Areopagita: & de Conceptione B.V. ſinè peccato ex Scriptura Angelicæ ſalutationis, & teſtimonijs antiquorum Patrum.

286 Didicit eos qui ad pœnitentiam conuertuntur cordi eſſe Deiparæ Mexicanus ille Pater, qui anno 1584. vt ferunt annuæ, pellici obnoxium Indum adulterum, vt perſanaret, peccata confitentem non ſtatim abſoluit; ſed vt pellicem priùs dimitteret, ac deſtinatis corporis affligendi exercitationibus animum ad ſerium pœnitentiæ fructum præpararet, iuſſit. id quod Indus fecit perdiligenter: & veſperi ante quietem ſe Deo Deique Matri enixè commendauit. Reliqua vide in annuis pag. 331. vbi & de Beatæ Virg. miſericordiâ erga ægros. Indus hic accuratè confeſſionem peregit: & deinceps ipſo vitæ emendatiſſimæ tenore, ſe verè ibi narrata illa vidiſſe teſtatus eſt. Huc nempe ſunt ij, qui languidè pœnitere videntur remittendi, vt Deiparæ apud Crucifixum opem impensè implorent: ne pœnitentiæ aliquid fortè deſit. Raynaldus celebrem illam Christi Iudicis tres lanceas igneas in mundum vibrare parantis narrationem pertexens è varijs, Deiparam Christi pedes complexam ait illi miſericordiam perſuaſiſſe; ac SS. Dominicum, & Franciſcum illi obtuliſſe; quorum operâ mundum ad frugem reduceret. Vtinam vtatur & noſtrâ ad ſanctas omnium vtilitates.

Pœnitẽtes ad B. V. mittere. *Vid. Incit. n. 52.*

annal. t. 13. anno 1216. n. 48.

287 Gratias Deo per Virginem eſſe reddendas, & ſimul modum id faciendi ſuggerent noſtri illi

Ann. Dom Mediol. p. 32.

apud

apud Griſones, qui pro quodam magni momenti negotio ſecundis comitijs peracto, pro ſecundis etiam euentibus, *horarum 40 ſupplicationem ad Diuæ* MARIÆ *quam Lauretanam nominant*, *decreuerunt*. Decernamus DEO gratias per Virginem, corde fœcundo, non ſterili; vt per eandem accipiamus beneficium nouum benè vtendi beneficijs hactenus acceptis. S. Ioſeph hymnographus pro corde ſuo ſupplex ad Virginem: *Cor*, inquit, *meum fructiferum effice. Dilata mentem meam anguſtam, & diuinorum chariſmatum capacem redde*.

40. Horarum ſupplicationẽ in B. V. tẽplo inſtituere.

m. ſ. 16. Oct. 12. Nou.

288 Taurini excitatum hoc anno *in honorem B. V. ſodalitium* à noſtris, quò deuotæ Virgines congregarentur ad cuſtodiam pudicitiæ; Viduæ item. Earum procuratio penes primarias matronas eſt. Ibidem Dux Allobrogum recuperatâ valetudine, voti reus *auream ſtatuam* B. V. ædi Lauretanæ miſſurus, noluit eam niſi noſtris manibus fideique committi, duoſque è noſtris ad ædem illam cum viatico deſtinauit. Ita pro nobis, ita pro alijs agamus gratias. Aureas illi, quæ *Domus aurea* eſt gratias referamus. In hac habitandum, cui ſic ſupplex acclamat S. Ioſeph hymnographus: *O omnium cuſtodia, & vallum, & robur, & ſacrum ſubſidium!* Hoc etiam anno ait Balingen (Kalend. Mar. 31. Ian.) P. Claudij Aquauiuæ rogatu erectam à Gregorio XIII. Pontifice Romanam primariam ſub clientela Annunciationis B. V. Congregationem; cum facultate quaſuis alias Congregationes in noſtris extra Romam Collegijs erectas huic primariæ aggregandi. Quo factum, inquit ibid. Locrius, vt omnes penè orbis Academias, aliaſque Vrbes Sodalitas hæc Deiparæ ingenti cum animorum fructu peruaſerit. Eamdemum poteſtatem anno 1586. à Sixto V. ad cœtus etiam

Annuæ pag. 47.

Caſtitatẽ illius ope tueri.

Inſtrumentum eſſe aliorum erga B. V. pietatis.

ex horol. Græc. Venetiis impreſſo ode 4.

Digitized by Google

etiam alios extenſam, qui è ſtudioſis non conſtant, ſub quocunque Deiparæ titulo erigantur.

Inſpirationibus diuinis parere.

289 Goanæ Domus Probationis annuæ anno 1584. Miles, aiunt, cùm diu vocanti Deo pertinaci mente reſiſteret, ob eamque cauſam magnis conſcientiæ ſtimulis agitaretur; ſtratus ante venerandam Dei Matris imaginem, vſque eo animatus eſt ad parendum, vt ſtatim abiecto peccatorum onere per confeſſionem, illuſtriorem diuinæ voluntatis ſignificationem non expectârit: teſtis inſuper factus, quantis è tenebris ſe ſe expediat, quiſquis ad candidiſſimam Deiparæ lucem propiùs acceſſerit. *Tu*, inquit ad Deiparam Virginem Ioannis Monachi Zonaræ canon, *tu animæ meæ tribue, vt bona eligat*.

Incit. n. 53.

Bibliotb. PP. tom. 16.

Laudes illius è vetuſtate eruere.

290 Colitur etiam Deipara ſi è Græcis Patribus vetera, quæ ad eius laudem pertinent eruantur. Fecit id is, qui hoc anno Auguſtæ diem obijt P. Theodorus Peltanus, qui è Græco Latinè edidit, vt refert Marraccius, orationes de B. V. S. Procli, S. Baſilij Seleuciæ Ep. S. Ioannis Chryſoſtomi, & aliorum, impreſſas Ingolſtadij 1579. Laboremus eruditione quantâ poſſumus pro inclyta gloria Dei Matris: quieſcemus olim à ſacris hiſce laboribus apud illam cui pſallit S. Bonauentura: *In pulchritudine pacis, & requie opulenta cibabis nos poſt laborem peregrinationis noſtræ*.

Pſ. 9.

ANNO MDLXXXV.

291 Ope Deiparæ priùs enixè imploratâ ante pœnitentiæ Sacramentum eam quam hoc ſacramentum meretur diligentiam accuratione maiore adhibebimus. Quam in rem hoc anno annuæ Nolanæ quiddam narrant: cui ſimilia ſunt alia complura, & nota. Certè illa quæ animas ad nos deſtinat expiandas,

Vid. Incit n. 54. 55.

Digitized by Google

das, etiam ſpem porrigit fore, vt nos, & illas ad omnia ritè obeunda enixè adiuuet, omni, ſi quæ iſtic eſt, conſcientiæ tabe exemptâ. Eiuſdem Ioannis canon: *Cùm*, ait, *ſontium pœnæ ſint æternæ, O Virgo, iuua me: ſemitas meas, ò veneranda, dirige ad pœnitentiam*. Certè ſi Iudicis ſupremi bilancem, & diuinæ Matris opem ijs, qui apud nos peccata ſua deponunt non ſegniter expoſuerimus, erit illa non cum incuria, vt ſæpè fit, ſed perſanctè, ac ſolida cum voluntate confeſſio. *Eſt*, inquit Idiota vetus autor, *eſt aduocata noſtra apud Filium: ſicut Filius apud Patrem. imò apud Patrem, & Filium procurat negotia, & petitiones noſtras, & ſæpè quos iuſtitia Filij poteſt damnare, Matris miſericordia liberat*.

In pœnitentiæ Sacraměto ad B. V. opem cōfugere.

in prologo Contempl.

292 Hic idem annus Angræ tetrum vidit ſpectaculum militis à templo ad luſum auocati, & in eo atrociſſimè ſe dæmonibus, ob infelicem aleam, deuouentis, ac dæmones eſſe negantis, cùm non adſint vocati ad prædam: qui deinde repentè ſurdus, & mutus, rabidi canis inſtar in omnes irruerit. Hunc noſtri, nutibus ad diuinam miſericordiam excitabant, & parere paratum, ac à morbo ſenſim exurgentem ſcripto ſunt exhortati (quod narrant annuæ Luſitanæ) *vt ad commune omnium perfugium, cæli terræque Reginam, preces frequenter adhibeat; ita fore, vt à* DEO *quicquid poſceret, impetraret*. Nec inane conſilium fuiſſe aiunt literæ. *Sabbato* enim, inquiunt, quem Eccleſia diem colendæ DEI Matri vetere inſtituto dicauit, ad eius proſtratus effigiem longas preces lachrymaſque fundens, repentinâ, & inuſitatâ voluptate perfuſus, percipere ſibi ab ea munus aliquod videbatur. Inde in aliud DEI Matris ſacellum immigrat; & lychni penſilis oleo fauces linit. Tum ad preces recurrit ardens, & in ipſo

Afflicti, eius cultum perſuadere.

Sabbatū piè colere.

Digitized by Google

precationis æſtu vox redit. Vt ergò ſe gratum, memoremque præberet, remiſſo militiæ nuntio, B. Virgini ſe dicauit: cuius etiam ædis miniſterio in perpetuum ſe addixit, tanto futurus contra dæmones, quibus ſe tradiderat, tutior, quanto eſt eius quò ſe tranſtulit, tutela maior. Ecce conſilium remiſſi ad opem Deiparæ peccatoris, feriâ eiuſdem vitæ emendatione commendatum. Verè oleum effuſum MARIÆ nomen, de quo ſic pius, & ſapiens, adeoque laudatus ille Idiota contemplatur, atque pronunciat: *Super omnia ſanctorum nomina reficit laſſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat feſſos, vngit agoniſtas, & iugum diaboli extrudit.*

Cap.5.

293. Legionenſes literæ aiunt, quòd cùm pœnitentiæ ſacramentum quodam in loco quidam perperam adhiberet, Deiparæ auxilio Patres, vt ei prædictum erat, offenderit; quibus ad confeſſionem adhibitis, magnum à DEI Matris beneficio lætitiæ fructum cœpit; magnoque ſuo emolumento vidit verum eſſe illud Idiotæ de B. Virgine pronunciatum: *Theſaurus Domini eſt, & theſauraria gratiarum ipſius.*

Vid. Incit. n.55.

Idiota ibid.

ANNO MDLXXXVI.

294. Hoc à ſuis magiſtris didicerat, vt conſultricem Deiparam inops conſilij adhiberet, idque faciebat impensè Patauinus ille ſcholarum noſtrarum alumnus, qui, vt litteræ de illo narrant, cùm magnis conficeretur ſolicitudinum aculeis, ſcrupuliſque ex recordatione vitæ prioris, nullamque animo prorsùs ægro, & ſaucio quietem capere poſſet, ſpem omnem ſalutis ſuæ in Beatiſſimæ præſidio Virginis repoſitam habebat. Ergò eam precatur ſuppliciter, orat, vt ferat laboranti opem, mœſtoque ſuccurrat: ei ſe commendat etiam, atque etiam

Vid. reliqua Incit. n.56.

Digitized by Google

etiam quotidie: in quo cùm perſeueraret ſtudioſiùs, impetratæ ſpe veniæ ſe ſe erexit, omniſque quâ vrgebatur cura, continuò reſedit. Hoc nempe impenſæ in ſpe erga Virginem commendandæ operæ pretium eſſe ſolet, vt id quod alij à nobis in ſcholis, vel aliàs, audiuêre, in mentem reuocent in tempore opportuno. *In te,* inquit Bernardus, *Angeli lætitiam, iuſti gratiam, peccatores veniam inuenerunt in æternum.* Ser. 2. de Pentec.

295 P. Ioannem Ramirium (hoc anno extinctum) anno 1575. vehementes calculi dolores ad laniẽnæ experimentum, vrgebant. ſæua nimiùm carnificina viſa, eòque illâ abſtinendum cenſuêre Patres à Rectore conſulti. At Ramirius coram Deiparæ imagine conſilium à Matre quæ eſt ſolatium afflictorum petijt, deberetne ſectionem tanti doloris, & periculi plenam experiri. Mox tacito Virginis velut conſultricis, & annuentis conſilio rem Rectori, hic Patribus ad conſultandum proponit; & viſum inſtinctu interno omnibus, vt adhibeatur etiam tam dura carnificina. Adhibita eſt, & ſucceſſit. Hæc ipſe P. Ioannes Ramirius ad Euerardum Præpoſitum Generalem perſcripſit; Ioannes quoque Bonifacius, ait hoc anno vnum de noſtris B. V. Lauretanæ ope admirabiliter perſanatum. Meritò Deiparæ ſic loquitur S. Ephræm Edeſſenus: *Tu portus procellâ vexatorum, ægrotantium exultatio, mundi lætitia: ſub alis tuis cuſtodi me.* In morbo B. V. conſulere re. Incit. n. 57. hiſt. Virg. pag. 439. Biblioth. homil. PP. de laudibus Dei Matris.

296 P. Iacobus Benedictus 17. Decemb. anno 1586. ceſſit è vita. Semper illi amantiſſimæ DEI Matris imago habitabat in ſinu; è quo illam frequenter eximebat, caput aperiebat, genua humi figebat, reuerebatur, & ſuauiſſimè ſalutabat: eius honori officium, & coronam quotidie flexis genibus B. V. imaginem in ſinu geſtare. Eam ſalutare.

recitabat. Non vana putatur eſſe fama quæ de illo increbuit, illum à B. Virgine plurimâ impetratione gratiarum recreatum. *Dignare*, inquit laudatus aliàs S. Ephræm Edeſſenus, *dignare, Virgo, te tuum ſeruum laudare, & dicere: Aue præclariſſimum hierarcharum cæleſtium ornamentum.*

297 Hoc anno, nonis Ianuarij Sixtus V. Pont. Max. extendit facultatem à Greg. XIII. datam erigendi Scholarium Congregationes in Collegijs, primariæque Romanæ aggregandi, ac indulgentias eis communicandi Generali Soc. IESV Præpoſito aliàs conceſſam, ad alias non Scholarium, etiam in Domibus erigendas Congregationes; petente id P. Claudio Aquauiua, vt patet ex ijs latiùs quæ ad ſingulas nouas Sodalitates impreſſę mitti ſolent vnà cum literis Præpoſiti Generalis, & recepto aggregandi ritu.

Sodales.

ANNO MDLXXXVII.

298 Præiuêre aliâ in induſtriâ poſteris exemplo Antuerpienſes, quorum hoc anno litteræ ſic habent in rem præſentem: Vrbs Antuerpia ſub MARIÆ DEI Matris patrocinio ferè nata fuit olim, creuitque. Et extabat argumentum in Prætoriæ Domus pariete collocata ipſius effigies è marmore, quam auctu deinde rerum virumque, nouâ extructâ domo cùm ſuſtuliſſent architecti, aut obliuione reliquerunt, aut contemptu. Coloſſus pro ea poſitus informi magnitudine, Gigantem appellabant, anilem neſcio quam fabulam comminiſcentes. Ex eo omnia in peius ruere viſa huic Vrbi. Nunc diuinâ tandem ope reſtitutâ Antuerpiâ veteri Religioni, Antuerpiæ Collegio noſtro, ornato demum Collegio honeſtâ piorum Sodalitate, conſilium cœptum, DEO aſpirante, ac probante Senatu, exturbato monſtro,

Cultum B.V. in Vrbibus inſtaurare.

Digitized by Google

ſtro, in priorem ſuam ſedem cæli Reginæ reſtituendæ. Eius ſtatua facta eſt Sodalium impensâ pedum 14. altitudine. Hæc cùm ipſo die Annunciationis Regali coronâ ſceptroque inſignis triumphali eſſet thenſa è templo noſtro educenda; viſum eſt increbreſcente pluuiâ cælum inhorreſcere, ſed (quicquid alia iactarent in plebe hæretici) eo ipſo temporis veſtigio, quo efferebatur, ex turbido die, cùm ſerena lux, & tranquilla redijſſet, adſtructus eſt fauor diuini Numinis, & inſanus maledicorum furor obſtructus. Benè Vrbes tuetur hæc *ciuitas* DEI, de qua glorioſa ſunt dicta, & eſt in veteribus Senarum monumentis illud eius Vrbis elogium: *Sena vetus ciuitas Virginis*. Hac nos laude vtinam dignas reddamus Vrbes omnes, omnes in quibus degimus.

Statuam illi ponere. *Annunc.* B.V.

299. Anno 1587. narrant annuæ Legionenſes, quendam qui duodecimum iam annum dabat roſario Deiparæ quotidie percurrendo, ea de ſe ipſo teſtatum quæ ad fiduciam de B. Virginis auxilio pro confeſſione benè inſtituenda concipiendam faciunt quamplurimum. Non dubito ego neminem fore, qui miſſum ad ſe à Deipara quempiam non omni accuratione charitateque adhibitâ expiaret. Hoc nunc agamus: & cogitemus, per IESV merita, per MARIÆ preces eos nobis ſubmitti, qui aliquando etiam ex inſperato adueniunt. Et verò vt ſubmittat plures, ac plures, eoſque iuuet, enixè roganda eſt. *Neſcit reatum ſceleris, qui te deuotè ſequitur*, ait pijſſimus Bonauentura: quod ego, ceu Sanctum axioma, peruelim omnibus quos Deiparæ addictè deditos cupimus vnicè cordi eſſe.

Incit. r. 58. obi plura.

in tract. in Laus Mariæ.

300. Muſſipontani Collegij litteræ hoc anno ſic ferunt: Frater quidam noſter cùm iter faceret

cum.

Digitized by Google

Corona B.V. contra tentationes vti.

cum comite externo, & nox euntes oppreſſiſſet, narrauit à ſe ſex ſeptemuè cacodæmonas, vt ſuſpicabatur, aſpectos fuliginoſæ in ſpeciem caliginis, cui ater ſublucebat ignis, formâ moloſſorum, quales ſæpè in ijs locis conſpici dicuntur viantibus nocturno tempore, vt aberrare cogantur. Gnarum id fratri: itaque hæc ſpectra procul intuitus, confeſtim ſacram reſticulam globorum, quibus orationem Dominicam, Angelicamque ſalutationem diſtinguere, & numerare ſolitus eſt, in manus accipit: dat alteri pyxidulam, in qua aliquot de cera conſecrata agni cæleſtis imagines. nec mora, quæ ferarum ſimulachra contra ferebantur, retrocedere viſa; dum tandem ad fluuium, qui erat pago proximus, apparere deſierunt. *Potentiſſima*, inquit Bernardus, *& piiſſima charitas* MARIÆ, *& affectu compatiendi, & ſubueniendi abundat effectu æquè locuples in vtroque*.

In itinere coronâ Deip. geſtare.

S. 4. *de Aſs.* B.V.

301 Narrabant de B. V. ope vbique promptâ exempla ſocij Mexicani in Tepozotlanenſi domicilio; & fæmina eodem vſa eſt quod ab ijs audierat argumento ad Deiparæ auxilium pijſſimis lachrymis, ac precibus accerſendum. Et verè indulgenter inſtar filiæ opem optimæ DEI Matris experta eſt, vt annuæ id fuſiùs proſequuntur. Geminum huic eſt id quod Mathildi de B. V. ſcribit Gregorius VII. Pont. *Pone finem in voluntate peccandi; & proſtrata coram illa ex corde contrito, & humiliato lachrymas effunde. Inuenies illam, indubitanter promitto, promptionem carnali Matre, ac mitiorem in tui dilectione*. Pater certè *Bartholomæus Cochius*, qui hoc anno 22. Iulij obijt, patri ſuo familiaris rei ſubſidium flagitanti roſarium B. V. dedit; adiecitque, hoc ſe nihil habere præſtantius.

Exempla de B. V. narrare.

Concilior. Pariſiis editorum tom. 26. pag 71. ep. 47. in fine.

Qui-

302 Quidam afflictus animo, ad B. Virginem miſſus eſt à P. Roderico Aluarez (qui hoc anno diem obijt) & faſſus poſtea eſt, ſe in eodem temporis articulo quo ſe coram Deiparæ imagine collocauit ad preces, ab omni ſuo turbamento liberatum. Hanc mentis quietem petebat à B. V. S. Ioannes Damaſcenus cùm diceret: *Mentem meam iucundiſſimum diuiniſſimæ Trinitatis fac hoſpitium.* *Incit. n.60.* M.S. *Dominica ad veſp.*

303 Alius de ſua ſalute propè deſperanter ſollicitus; ad eundem P. Rodericum accurrit pro ſolatio tantæ ſuæ mœſtitiæ. Huic; oremus, inquit Rodericus: ego enim aliter confido; nempe te ſaluandum. Vix ſemel pronunciauêre ſalutationem Angelicam, cùm omnis mœror è turbido illo corde abſterſus in tantam repentè lætitiam eſt commutatus, vt illa in corpus etiam exundaret, geſtiretque totus dulci gaudio, qui paulò ante vix benè ſibi conſtabat præ timore miſerabili, ac tremore. S. Ioſeph Græcus: *Specioſam redde animam meam, & muri cor meum miſerum veræ pœnitentiæ cogitationibus, à caſta, qui ad te conſtanter, atque immobiliter confugio.* Plura de illo annus dierum illuſtrium 14. Aprilis. Sollicitos de ſalute ſua ad B. V. mittere. *m.s.* 30. *Oct.*

304 Acerrimis calculi doloribus perdiu conflictatus P. idem Rodericus gratias DEO agebat per Beatiſſimam Virginem; illamque impensè rogabat, vt ſuo nomine gratias redderet vnà cum omnibus Sanctis optimo DEO pro tam ſingulari ſuæ miſericordiæ ſignificatione; impetraretque ſuo clienti vires fortiter patiendi, id optanti agere, ac pati quod DEVS vult. S. idem Ioſeph ad Virginem ita ſuſpirat: *Stabilem me firma in petra diuinæ voluntatis.* Pater etiam Ioannes Sangenotius hoc anno ad mortem feliciter expectandam, & Pro morbo gratias per illã agere. *m.s.* 21. *Dec.* *Vid. plura Incit. n.61.*

obeun-

obeundam ope diuinæ Matris adiutus eſt, vt aliàs dedi. *P. Michael Lauretanus* Cognomentum ipſum à ſua erga Deiparam pietate tulit, quâ erga Lauretanam illius Domum ferebatur, in qua Domo ille olim puer ſeruiuerat, & primos pietatis igniculos imbiberat. Nihil priùs aggrediebatur, niſi illâ in conſilium auxiliumque priùs adhibitâ. Illius honori dicatam caſtitatem ſuam virginem conſeruauit in corpore duritiâ magnâ tractato, & nullo cum fœminis colloquio, niſi valdè neceſſario, eoque breuiſſimo; cùm diceret, caſtitatem quò eſt pulchrior, eò fragiliorem eſſe. Denique illâ conſultrice Collegium Germanico-Vngaricum benè, in Dei timore, ac Dei Matris amore gubernauit. *Honoremus*, inquit S. Ioſeph Græcus, *diuinum palatium Regis. O miraculum ſuper omnes miraculorum fines eleuatum!*

Obiit 12. Martii 1587.

Illa incō fulta nil aggredi.

Menaa 4. Ian.

ANNO MDLXXXVIII.

305 Franciſcus de Otazo (de quo Alph. Andrada) Compluti anno 1588. Beatiſſ. Virg. Sodalis, perpetuo æternæ damnationis timore ſuſpenſus, ſe in atro immortalis mortis libro legere videbatur, quæ res illi etiam corpus conficiebat macie triſtiſſimâ, cùm ne in ardentibus quidem precibus quietem ab ea cogitatione reperiret, etiam Deiparâ inuocatâ. In lectulum ergò abiectus, quaſi tædio indormiit; & excitatus ceruical totum rigauit lætis lachrymis, lætuſque poſtea ad Societatem conuolauit, ac Philippinas Inſulas impetrauit: vbi per 26. annos conuertit plurimos, poſtea Prouinciæ toti Præpoſitus dum demum Romam ad Societatis comitia venientem liber ille vitæ anno 1622. 16. Aug. euocauit ad vitam. Bernardi benè de ſalute ſua per hanc ſperantis vox eſt: *Filioli,*

Operar. Euang. p. 1 c. 12. §. 3. pag. 79. et de Baptiſmo B. V. fol. 122. Nier. t. 4. p. 746. Vid. plura Incit. n. 62.

Serm. de Nat. B. V.

hæc

hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ.

306 Quidam Brunæ in inimicum ardebat odio ita implacabili, vt ſubtraheret aures ſermonibus, qui de reconciliatione haberentur. Hunc orat vnus è noſtris, vt quandoquidem aures haberet obſtructas, oculos tamen ſibi clauſos eſſe non patiatur: in templum noſtrum concedat, ibi defixo obtutu in B.V. imaginem, eam deprecetur. Dictu mirabile, ſed verum. Perculit is viſus derepentè hominem, vt exclamârit: *Do veniam libens! obliuiſcor iniuriæ. Condona tu mihi,* DEVS, *condona peccata mea!* Quæ etiam ſtatim adhibitâ confeſſione, ſacraque communione expiauit. Deiparæ oculos Eccleſia *miſericordes* vocat. S. Ioannes Damaſcenus quoque eandem mitiſſimam Virginem deſcribens, ait, quòd illi *ſermo fuerit iucundus, ex leni anima progrediens.* Ad illius ergò imaginem remittendi ſunt, qui ardent irâ, vt illos tranquillet ſuo aſpectu illa *Virgo ſingularis inter omnes mitis.*

Annua Auſtr.

Turbato ſuadere, vt piè aſpiciat B. V. imaginem.

orat de Nat. B. V.

307 Diſcamus nunc docere alios, ac hortari, vt ante confeſſionem, Deiparæ opem ad rem tantam ita vt par eſt agendam implorent. Etenim hoc vt & ipſi faciamus, & alijs impensè ſuadeamus oportet, ob eius negotij noſtris viribus ſuperioris granditatem. Didicit hoc à noſtris Monachij Sodalis Marianus, & (verba ſunt literarum) cùm in ſe inquirendo quid cogitaſſet, dixiſſet, egiſſet, omiſiſſet, adhibito ſtudio recognoſceret, obſecraretque Reginam Angelorum, vt omnia ſibi fas eſſet peccata confiteri, ne vno quidem prætermiſſo, certè luculenter adiutus eſt, vt ſcripſi aliàs. Ibidem idem Sanctus Ioannes de innocentiſſima DEI Matre ſcribit; fuiſſe *cor illius purum, ac labis expers,*

Ante cõfeſſ. B.V. opem implorandã docere. *Vide Incit n.63.*

Digitized by Google

DEVM *ſpurcitiæ omni carentem cernens, ipſiuſque cupiditate flagrans*. Benè ergò lumen petitur per hanc Matrem luminis à Patre luminum: vt ne quid ſit in corde noſtro quod puriſſimis æternæ maieſtatis oculis vllo modo diſpliceat; & , ſi quid eſt, expiatione accuratiſſimâ extinguatur.

308 Hoc anno 15. Septembr. manifeſtè ſudauit, & lachrymata eſt Meſſanæ in priuata quadam domo antiqua B.V. imago ex oriente allata. Hanc Thomas Caluus Vicarius Generalis *ad Templum Societatis* tranſtulit: quæ à Noſtris collocata eſt ſub imagine S. MARIÆ Maioris olim à B. Borgia iſtuc miſsâ. Aiunt etiam in templo illo noſtro poſtea lachrymatam, & ſudaſſe: id quod, & in quibuſdam alijs B.V. imaginibus tunc notatum, ob homicidia quædam nefanda, vt putant, quæ ibi eo tempore contigêre. Ecce lugere pro nobis videtur illa cui S. Bernardus: *Tu in ſecretiſſimis amplexibus amantiſſimi Filij tui recubas in meridie ſempiterno, eiuſque familiariſſimo colloquio cum plena cordis lætitia perfrueris*. Quis ergò vetabit nos quoque imitatione Matris DEI, dolere, ſi offendatur DEVS, & pro aliorum etiam peccatis lachrymari? Et hæc imitatio erit pars nobilis eius cultus quo illam à nobis DEI causâ amari teſtamur.

P. Placid' Samperi' Iconologia lib. 2. c. 12. pag. 199

Sudores noſtros, & dolores B. Virgini offerre.

tom. 2. fol. 404. in orat. ad B. Virg.

Dolere quòd offendatur Deus.

309 Etiam ijs, qui ad nos pertinent, & ijs qui nos minùs amant hæc erga DEI Matrem religio quà poſſumus à nobis inſinuanda eſt. Fecêre hoc noſtri, vt Domus Profeſſ. Neapolitanæ literæ perhibent, ſucceſſu proſpero. Matronæ nobilis, aiunt illæ, quæ à nobis erat alieniore animo, filius letiferâ comprehenſus lue irrita remedia ſentiebat, & medicos deſperantes. Accerſuntur ad extremum Sacerdotes è noſtris: ad quorum genua Mater prouoluta

Fiduciam erga B. V. excitare.

ta cum lachrymis, En meus, inquit, filius miſeram relinquit: intercedite vos, & veſtris apud DEVM precibus abeuntem retinete. Admonent noſtri, ſpem in DEO omnem, ac Deipara collocandam. fecit nihil hæſitans. mirum dictu: eo ipſo temporis puncto retroagi morbus cœpit; & alleuari adoleſcens. Alia ibid. noſtri hortatu orare B.V. & ſperare iuſſa, ad B.V. imaginem manus tendens: DEI Mater, inquit, ſanitatem petenti reſtitue, vt valenti corpore, & animo valeam tibi in poſterum deſeruire. Nec vanam fuiſſe fiduciam fides valetudinis firmauit. Petenda nobis eſt à DEI Matre fiducia, & ardor ille amoris, è quo illa proficiſci conſueuit, atque id flagitandum eſt etiam pro ijs qui à nobis opem petunt; vt non ſolùm noſtri, verùm eorum etiam qui ad nos pertinent curam ſuſcipiat. Hoc agebat S. Cath. Senenſis Virgo illa diuinitatis inſtinctu plena cùm ad B. V. diceret: *Rogo te pro dilectiſſimis filijs traditis à te mihi, vt ignias eos, ita vt ſint carbones non extincti, ſed ardentes amore charitatis tuæ, & proximorum.* orat. 21.

ANNO MDLXXXIX.

310 Neapoli quidam (aiunt literæ huius anni) piam vitam egerat diu: quam paulatim intepeſcens etiam poſthabuit; hoc iam deterior, quòd non vitijs modò prouehebatur, ſed & prauâ animi contentione. Adit ad eum ingraueſcente valetudine vnus è noſtris, quaſi per officium: perſuadet, vt ex veteri conſuetudine confugiat ad auxilium DEI *Matris*, & Sanctorum, quos patronos olim habuiſſet. Nec fruſtra, reuocatur Sacerdos (cùm tamen æger aliàs de confeſſione monitus diſſimularet, ſeu negligeret) demum æger ſanctiſſimè expiatus decedit è vita. S. Ioannes Damaſcenus, *Hic*

Duros corde ad B.V. remittere. V. *id.* Iac. n. 64.

Digitized by Google

orat.2. de Aſſ. B.V.

peccatoribus, inquit, *ſyngraphæ lacerabantur*. Illa cum Sanctis noſtris quibus curæ ſumus faciet, vt noſtrorum quoque peccatorum ſyngraphæ lacerentur. Quare ij qui duri ſunt, vt conuertantur ad cor, ad illam, & ad Sanctos mittendi.

pag. 23.

Societatis candidatos Deiparæ commendare.

2. Ian. Incitam. Græc. n. 65

311 Etiam eos qui ad Societatem adſpirant cordi eſſe Deiparæ expertus eſt æger Sodalis ille qui ſe ordini noſtro aggregare conſtituit, de quo, quid à Deipara ſit beneficij conſecutus, videndæ ſunt Neapolitanæ annuæ; quæ poſtea etiam addunt Deiparam ab illo inuocatam, & ab ea febrim iſſi depulſam. S. Ioſeph Græcus in Menæis, *Salue*, ait ad Virginem, *ò cadentis mundi erectrix, Salue ò remedium doloris!* Ex huius manu ſumenda eſt medicina quæ nobis ægris offertur.

ANNO MDXC.

Noſtris in têplis cultam B.Virginem inuocare.

Vid. Incit. n. 66.

orat. 4.

312 Do ea quæ accipio è literis Domus Profeſſæ Neapoli. Matrona noſtri Ordinis ſtudioſa, cùm longè ægrotaret ab Vrbe, & conſumptis viribus non longiùs à morte diſtaret, cupiebat extremum ſpiritum effundere in aſpectu noſtrorum. Tum conuerſa ad imaginem Dei Genitricis, ei conſimilem quæ colitur noſtro in templo: *O Ieſuitarum*, inquit, *Virgo, impetra mihi à Filio tantulum vitæ, vt te reuiſam! moriar libens*. Quare cùm admirabilem cepiſſet ſpem in animo, corporis quoque valetudinem recipit. Etiam ea quæ in Sodalitate in effigie ſuâ colitur Virgo Sodali ibidem multifariam ſalutaris fuit: quod vide in annuis. Non vanum fuiſſe viſum, obtemperantis exitus oſtendit. Dicamus hîc id quod S. Iſidorus Archiepiſcopus dixit ad Virginem: *Propter te percipitur ſi quid in hac vita iucundum eſt, & ineffabilis futuræ vitæ lætitia nobis conceditur.*

Duo

Digitized by Google

313 Duo Nouitij hoc anno Lauretum Nouellariâ peregrini, vt adhuc recentes à ſeculo, neſcio quid verborum, ac diſſenſionis inter ſe habuerant: ope Deiparæ adiuti ſunt. Petamus cordi noſtro à DEO cor huius Virginis, & noſtrum illi demus, *quæ iuxta B. Petri Damiani ſententiam, ſingularem in cordibus noſtris ſibi vendicat principatum*. Hæc pulchræ dilectionis Mater cor noſtrum charitate implebit. *Incit. in. n.67.* *Serm. de Annun. B.V.*

314 Dolanæ annuæ de iuuene, qui à Congregationis Præfecto oratus eſt, vt exſcriberet ſodalium nomina præclaram rem narrant quanto id operæ pretio fecerit. Nempe ibi ſeruimus MARIÆ ſeruis, clientibus, filijs cælo inſcribendis. Æſtimemus cœtus illos quos illa tanti facit etiam in rebus minimis. Laboremus illius nominis gloriæ. Illa, de qua idem ait, *de theſauro diuinitatis MARIÆ nomen euoluitur* nomen noſtrum apud DEVM, in beatis diuinitatis theſauris collocabit. *Vid. Incit. n.68.* *ibid. ſerm. de Annun. B.V.*

315 E Vaxacenſi apud Mexicanos Collegio Patrum quidam piæ, ſed pauperculæ, fœminæ moribundæ aſſiſtebat. Hæc miris gaudijs delibuta, dicebat multa quæ Societatis Patribus, qui ægris aſſiſtunt magno ſolatio eſſe poſſunt. Dum extremum diem agentibus adſtamus ſumus amatores Beatiſſimæ Virginis, quæ à S. Bonauentura dicitur, *auxiliatrix ſalutis, cuius virtus perſequitur inimicos noſtros ne nos impediant ad ſalutem*. quæ vnica eſt noſtra apud morientes occupatio, atque induſtria. *Vid Incit. n.79.* *Pſal.87.*

316 Per iter habendam in DEO, DEIque Matre fiduciam, tenerrimè ſuadet ipſa Deipara quę noſtros cuiuſdam liberalitati commendauit, vt habent Annuæ 1590. pag.709. & Incitam. num. 70. Amemus hanc adeò amantem noſtri; ſeruemus ea quæ ſunt

inſti-

Digitized by Google

inſtituti, & veſtis noſtræ: O MARIA, inquit
orat. 11. S.Cath. Sen. *tu facta es liber in quo deſcripta eſt regula noſtra,&c. Ad te,ò* MARIA, *recurro: ò* MARIA, *dulciſſime amor meus*. Ita illa, & cum illa nos.

317 Erat Ioannes Baptiſta à Prato Dilingæ in conuictu, vbi lues quædam ex Vrbe hauſta, & contactu vulgata, quinquaginta adoleſcentes infecerat. Eorum vnus fuit Ioannes hic noſter, qui ſacramentis ad mortem comparatus, & confeſſario de B. V. ſuauia ſuggerenti attentus, poſt breuem quietem, verba dixit plena fiduciæ, de quibus Incitam. num. 71.
Pſ. 91. S.Bonauentura his accinit dum ait de Virgine Matre pſallens: *Qui acquirit gratiam illius, agnoſcetur à ciuibus paradiſi; & qui habuerit characterem nominis eius annotabitur in libro vitæ*. De imagine B. Virginis à noſtris donata vide annuas pag. 501.

ANNO MDXCI.

318 B. Aloyſius Gonzaga (qui hoc anno 1591. 21. Iunij Romæ ad immortalitatem beatè conceſſit) nouennis tum adhuc paruulus Florentiæ lectione libelli P.Gaſp.Loartis de myſterijs roſarij permotus, flagranter exarſit, vt amori, & honori diuinæ Matris tale quidpiam faceret, quod illi eſſet longè gratiſſimum. Et quod olim S.Emerico S.Stephani Vngariæ Regis filio idem cogitanti, hoc Aloyſio quoque occurrit: *Virginitas*. Promptè accepit, quaſi è cælo, conſilium, & ad Annunciatæ illius mirabilis Virginis imaginem, quæ Florentiæ colitur, acceſſit, ac ſe DEO per virginitatis votum obſtrinxit, vt DEO gratificaretur. Audiamus canentem B.Virgini Ioſephum Hermannum:

Quærere quid maximè gratum præſtare poſſis amore B.V.

in hymno cod. vet. m.s.

Gaude, Mater, quam qui audit
Contra carnem aurem claudit.

Nemo meliùs MARIAM colit, quàm qui optimo

quo

Digitized by Google

quo ſcit modo id conatur. A S. Ioanne Damaſceno Beatiſſima Virgo *donum omnium donorum præſtantiſſimum dicitur*. Meretur certè, vt & nos ei ea, quæ præſtantiſſima, quæque omnium gratiſſima ſunt donemus, DEVM imitati, qui illi optimum quod habuit; id eſt Filium ſuum, dedit. *ora:. 1. de Nat. B. V.*

319 B. Aloyſius, imitatione S. Catharinæ Senenſis, vt pote quam teneriùs amabat, & colebat, etiam paruulus cùm per gradus Domus aſcenderet, vel deſcenderet, *Aue Maria* recitabat: Mutemus paucula; & idem de B. Virg: fecit B. Aloyſius quod olim dixit Iob: *Per ſingulos gradùs meos pronunciabo illum, & quaſi Principi offeram eum*: Quod ille de libro dixit, hoc de B. V. fecit Aloyſius, cùm *per ſingulos gradus ſuos pronunciaret illam*, & ei quaſi Principi ſingulos paſſus ſuos offerret. Imitari S. Cath. Sen. in cultu B. Virginis. *c. 31. 37.*

320 Celeberrima eſt Madriti inclytorum nobilitate ac virtute Sodalium imago illa MARIANA, coram qua olim ſupplex B. Aloyſius Societatis ineundæ conſilium 15. Auguſti accepit. Circumfertur æri non ſemel inciſa illla imago cum hac epigraphe: *Sancta* MARIA *boni conſilij quæ in Collegio Imperiali Madritenſi B. Aloyſio conſuluit ingreſſum in Societatem* IESV. Iamque tam Sodalitas quàm imago nomen hoc eſt indepta: *Sancta* MARIA *Boni conſilij*. Hæc erat S. Bonauenturæ conſilium petentis oratio: *Miſerere noſtri, Dominæ, Mater luminis & ſplendoris; illumina nos, Domina veritatis, & virtutis*. Accinit hîc Deiparæ Ioſephus Hermannus ex Ord. Præmonſtrat. Illam cõſulere. *Aſſumpt. B. V.* *Pſ. 109.*

Gaude cuius eſt vox illa
Quæ nos lactat, vt mammilla
Ad me omnes vos tranſite
Me guſtate, & ſentite.

hymno è vet. codi.

Pudi-

Digitized by Google

Humilitatẽ per B.V. petere.

321 Pudicitiæ cuſtodem adhibuit humilitatem Aloyſius; quam petebat à Deo per illam cuius humilitatem reſpexit Devs. Inde illud illius inter aduerſaria ſua conſilium: *Recurrendum eſſe ſingulari contententione in fidem B. Virginis Matris* Dei, *quæ quantum nulla mens creata (quia quidem diuinitatis ſit expers) huius virtutis decus obtinuit*.

Ad B.V. nomen exardeſcere. Concionari de illa Purific. B.V. *pſ.*144.

322 B. Aloyſius audito Mariæ nomine exardeſcebat, omnibus id vel ex vultu notantibus non ſinè admiratione. Ipſe quoque delectus eſt in Romano Collegio, qui de humillima puriſſimæ Virginis Purificatione diceret domi ad Socios; id quod præſtitit ingenio, ſuauitate, ac pietate inſigni. *Benedicite nomen* Mariæ canit S. Bonauentura, *& ſuſcitabit vobis voluptates ſempiternas*. Id quod experiebatur Aloyſius, ſiue ipſe Mariam laudaret, ſiue laudari audiret.

Labores ſuos dedicare B. Virgini.

323 B. Aloyſius menſas instruens, primam Christo, alteram *B. Virgini* dedicabat, & ita appellabat, vt ſe hac induſtriâ magis ad pietatem acueret. Adeò etiam cùm externis hiſce diſtineretur, inter illos conuiuas erat Aloyſius quorum meminit S. Ioannes Damaſcenus de Virgine dicens: *Spiritualium epularum auſpex* Dei *Genitrix conuiuas ſuos voluptatis torrente paſcit*.

orat. 3. *de Nat.* B.V.

Conſciẽtiæ puritate illã colere.

324 Cùm Dei Mater non vno exemplo teſtata ſit, velle ſe vt perplexi quidam ad nos adeant conſilium accepturi: par eſt vt pro hac eius in nos voluntate grati ſimus, eamque rogemus vt ipſa nobis ſuggerat conſilium ſuggerendum. Annuæ huius anni in ſede Paſcuarenſi ex ipſorum quibuſcum geſta res eſt, ore latè narrant, inueni profligatæ vitæ luculentum ea in re à Dei Matre datum auxilium, vt reſipiſceret. *Ignea maligni tela extinxiſti, rebellibus*

*Initic. n.*73.

Arge-

Angelis formidabilis, inquit de illa Damaſcenus.

325 Hoc item anno animam egit P. Emondus Augerius de quo Incitamenta n. 74. & pretioſæ occupationes morientium in Societate c. 25. n. 17. Lechnerus Sod. Parthenij lib. 1. c. 9. Credo, id illic DEVM oſtendere voluiſſe: ad cælum, Sodalitatis tramite multos decurriſſe. qui eodẽ tendere cogitarent, commodiorem ſibi viam, munire non poſſe, quàm ſi Sodalitatis bonum procurarent. Quanti verò B. Virgo faciat Sodales ſuos, & minima quæque obſequia, luculento documento eſt, id quod ibid. narrat Lechnerus. Res fide certâ cognita eſt: locum annumque volens omiſit. duo è Sodalitiõ adoleſcentes die feſto, aut Dominico, pomeridiano tempore, captato ex amœnitate cæli præſidio, nauem conſcendunt, vt in Pado Italiæ flumine luſitabundi reliquum diem exigant. dum id agunt, dixit alter alteri; Quin in hoc otio Sodalitatis penſum perſoluimus, & B. Virginis horarias preces legimus? Reſpondit alter: Leges Sodalitij non obligare ſub peccato: & ſibi precandi animum non eſſe. Orat ergò vnus; negligit alter. Ortâ neſcio vnde tempeſtate, & cælo in turbinem verſo, alter qui orabat adiutus eſt à B.V. altero iſtic merſo; & quidem prius acriter reprehenſo. Vide ibi In Beatiſſimę Virginis Sodales cadit id quod S. Ioannes Damaſcenus ad ſuos auditores dixit, quòd in MARIANÆ voluptatis torrente ſint velut apiculæ è quibuſdam aluearibus dulcedinem ſtillantes, tanquam fauo quodam mellis collecto. Quot Sodales, tot apiculæ MARIANÆ ſuper mel & fauum.

Sodales B.V. educare.

lib. 3. c. 2. Pag. 451.

orat. 3. de Nat. B.V

326 P. Hieronymus Platus de bono ſtatus religioſi lib. 1. c 34 probat religioſos omnes, & particulatim Societatem, eſſe in tutela B. Virginis MA-

obiit Romæ 1591.

RIÆ, eiuſque præſidijs muniri. Ita Sancti Carthuſienſium Ordinis Deiparam cuſtodem fore à S. Petro illis promiſſum: Seruitis, à Deipara veſtem datam, & regulam S. Auguſtini; Oliuetanis verò S. Benedicti: Deiparam S. P. Ignatio conſpectam: Societatem viſam ſub expanſo Deiparæ pallio collectam, quam illa materno affectu fouebat. Plura de S. Dominico, Bernardo, Franciſco affert. vbi tandem illud è Ciſtercienſium faſtis addit: Deiparam laborantes in agro religioſos amplexu, oſculoque dignatam, ſudorem illorum è frontibus & puluerem abſterſiſſe; atque contentiùs laborantes, ſuauiùs & largiùs recreaſſe, Rainaldo ſene iſta ſpectante, ipſis verò nihil eorum videntibus. Vnde concludit: etiamſi Sacratiſſimæ huius Virginis beneficia ſub aſpectum non cadant; ea tamen & frequentiſſima, & maxima, omni loco, & tempore, maximeque in ijs laboribus, quos Chriſti eius Filij causâ toleramus, in animos noſtros prouenire. Addo ego, ex his illud quoque corollarium deduci, quòd quemadmodum Beatiſſima Virgo & noſtra & omnium Religioſorum Ordinum Mater eſt; ita par eſſe vt Religioſos omnes hoc etiam nomine, tanquàm Fratres noſtros, impensè amemus, gratum in eo etiam Deiparæ facturi obſequium. Illi ſe DEO, per DEI Matrem toti dant in holocauſtum amoris, Deiparam imitati, *quæ*, vt ait S. Ildephonſus, *diuinis extenuata diſciplinis, multis virtutum repleta erat odoribus; per quas quotidie ſe in holocauſtum Domino concremabat incendio pij amoris, & deſiderio charitatis.*

B.V. erga religioſos amorem narrare.

Religioſos omnes hoc etiam nomine amare.

S. 16. de Aſſ. B.V.

327 Hiſpali quiſpiam de Societate periclitabatur: imò iam ſua ſibi habere iubebatur. At ille incredibili erga DEI Matrem nixus fiduciâ, totum

Obiit Hiſpali 1591.

ne-

negotium illius curæ commiſit, & nuncium è Societate abeundi vultu nil mutato accepit; ac reſpondit; ſe certè, vellent illi nollentue, inuitis etiam illis, in Societate manſurum, quoniam id à DEI Matre ſperabat. Compos bonæ ſpei factus eſt illicò: Nam breui illum morbus, & hunc mors excepit; adeoque ille in Societate permanſit. *Filij* MARIÆ dicuntur *contritio, & emendatio* in Reuelationibus S. Brigittæ lib. 6. c. 20.

Curam vocationis B. Virgini commiſit. Annuæ Hiſpal.

ANNO M D X C II.

328 Non tenenda tantùm nobis, verùm alijs etiam ſuadenda eſt Sabbati veneratio, atque in penſo MARIANO conſtantia: id quod è Collegio Romano ad miſſiones varias profecti noſtri experti ſunt, vt eius anni litteræ ſic habent: Tres dæmones dum pellerentur, cum querimonia fatebantur inuiti, ſe præter vim exorciſantium, obſeruantiâ obſeſſæ fœminæ in DEI Matrem expelli: Deipara, inquiunt, interdixerat, ne ſuo die, hoc eſt die Sabbati, aut vim, aut tantam vexationem adhiberemus, vt illa percurrere coronam precatoriam non poſſet: contra verò ſi vel ſemel ſuâ ſponte, aut alijs tentationibus, exceptâ vi, intermiſiſſet, licebat nobis eam ſtatim, vel in proximum fluuium, vel ab his altiſſimis rupibus dare præcipitem. Nunquam intermiſit: & nos nihil lucrati, in ſumma ſpe, re tamen infectâ deturbamur. Sed hæc ipſa in eius cultu conſtantia per illam à DEO peti debet. Vnde S. Bonauentura: *Exaudi, Domina, orationem meam: ſuper firmam petram ſtabilias mentem meam. Eſto mihi turris fortitudinis, à facie crudelis vaſtatoris.*

Conſtantem pietate ſuadere alijs

Sabbat.

Vide Inſtit. n. 75.

Pſ. 60.

329 Hoc anno P. Ioannes Vnchalius edidit Craconiæ *Meditationes de B. Virgine.*

 P. Hie-

Obiit 1592. 2. Febr. Vid. Lucis n. 76. 3. p. ser. 4.

330 P. Hieronymum Ruiz de Portillo, humilitate ac orandi ſtudio ſingularem Deiparæ clientem ad ſupremum æternitatis iter apparatè ac hilarè ineundum, ipſo ſuæ Purificationis die, velut Simeonem, accinxit B. Virgo. *Seruitium* MARIÆ, inquit Th. à Kempis, *nec longum videri debet, nec oneroſum. Delectabile eſt, tali Dominæ corde, & voce famulari.*

Obiit Ximabara 1592. Interpretari libros de B. V. Roſario B. V. ſe pro morte munire.

331 P. Petrus Paulus Nauarrus in Iaponia totas aliquando noctes dedit vernaculâ linguâ donando P. Spinelli de B. Virgine libro, quem etiam feliciter deduxit ad finem; vt iſtic hac etiam arte Deiparæ gloriam propagaret. Ad mortem, quæ illi in fidei odium inferenda erat in igne, obeundam lætus ibat roſario MARIANO de collo pendente, ceu felici ad æternitatem viatico, inſtructus. Simplex, at pius, & pro mortis horâ maximè opportunus eſt ille veteris Eccleſiæ hymnus apud Idiotam nuper editum.

par. 16. contempl. 7.

Omnis homo omnis hora
Ipſam ora: & implora
Eius patrocinium.

ANNO MDXCIII.

Dubia ſua cum illa conferre.

332 Quidam, vt Annuæ Auſtriæ in Brunenſi Domo narrant, de ſuſcipiendo ſacræ vitæ inſtituto (vnâ exceptâ Societate, à qua mirum in modum abhorrebat) dum ſecum deliberabat, in grauem mœrorem incidit, qui illi cauſa adamandæ Societatis fuit, quod videri poteſt in annuis, & in Incitamentis num. 77. Nos benè colemus Deiparam, ſi eius conſilium ſecuti, opem à CHRISTO afflicto petamus, cùm nos videmus mœrore tentari. Hæc, S. Ildephonſo teſte,

ſer. 2. de Aſſ. B. V.

iure pluſquam martyr Mater eſt, quæ nimio amore vulnerata

rata teſtis extitit Saluatoris. Illa ergo nobis conſilium optimum & auxilium obtinebit: perorante pro nobis amoris & doloris gladio, qui vt eius pectus ita cor nobis aperiet.

333 Collegium Angelopolitanum in Mexico, cùm hoc anno Melchiorem Couarruuiam ſuum Fundatorem piâ morte functum amiſiſſet, ipſo annuente, honorem annuum, cereum Fundatori porrigi ſolitum, deinceps Beatiſſimæ Virgini porrexit, & accendit ipſo natali Collegij fundati die. *Gratias agere pro beneficiis à quocunque acceptis.* Odit Patrum huius Collegij erga Deiparam ſtudium dæmon. quocirca hoc anno (MARIANA iſtic Sodalitate condecorato) cuidam author fuit vt à noſtrorum conſilijs, & vſu Sacramentorum abeſſet; ſacram item agni cæleſtis ceram, & B. Virginis coronam abijceret: ſed IESV & MARIÆ nominibus profligatus abſceſſit. Pro cœtibus Deiparam laudantium orans Emmanuel Palæologus Imp. ait: *Impoſſibile eſt, ò immaculata, præſidium tuum inuocantes irrito voto fruſtratos reuerti*. *odo 4.* Quocirca perſanctè illud Collegium illi ſe dat in cereo, vt illius præſidio tegatur contra malorum dæmonum hominumque conſilia.

334 Lechnerus ait Neapoli hoc anno Patrem qui Sodalibus præerat ad Sodales dicentem, adieciſſe: Largiter darent, centuplum recepturos. ſub cum ſermonem vnus è Sodalibus in arcam nummum aureum coniecit; huic poſtero die Sacerdos quidam vnum & centum aureos ex reſtituta in confeſſione pecunia numerauit. Nempe MARIA Mater miſericordiæ ſuos vult eſſe liberales. *Quàm bonus*, inquit S. Bonauen: *Quàm bonus* DEVS *his, qui colunt Matrem ſuam, & venerantur!*

Sod. lib. 2. c. 12.

Liberalitatē erga B. V. M ſuadere.

pſ. 72.

335 Conimbricæ Antonio Miloni Magiſtro Gram-

Grammaticæ, miri erga DEI Matrem amoris nomine percelebri, cùm proximus à morte abeſſet, aderat quidam è Patribus. Is Antonium, inquiunt annuæ, magnoperè orare cœpit; vt vbi ad DEI diuæque MARIÆ conſpectum veniſſet, *præcipuum quoddam ſibi ſtudium aduerſus Deiparam Virginem impetraret*. Annuit ille: ac ſubridens; Precare, inquit, DEVM, Pater, vt quod ais mihi contingat; nec tu me promiſſi immemorem dices. Nec multa, illo mortuo, Sacerdos iam promiſſi oblitus, nihilo ſecius ſui poſtulati fructum cœpit. Maiorem indies flammam creſcere ſentiebat in pectore, ac ſtudium B. Virginis omni operâ colendæ. Miranti quid eſſet, venit in mentem poſtulati ſui. S. Bonauentura: *Stillicidium dulcoris tui affectiones fuit ſanctiſſimas*.

Amorem erga B. V. etiam per alios à Deo petere.

pſal.89.

ANNO MDXCIV.

336 P. Ioannes Oſórius edidit de ſingulis B. V. feſtis conciones: item de Roſario; & de ſingulari deuotione erga B. Virginem.

obiit 1594 Methymnæ.

337 Hoc etiam anno nonis Nouembribus euocatus eſt ex hac vita P. Franciſcus de Petris. In lethali ægritudine hymnum magnæ Matri factum ad alterum lecticæ latus appendi iuſſit, vt frequentius iteraret: quaſi illud diceret cum Hermanno Ioſepho celebri DEI Matris cliente, ac Sponſo, ita canente in ſuo hymno de B. V.

Pro morte illam inuocare.

Cordi meo tu iungaris;
Ad cor meum tu loquaris.
Aue gaudens tibi clamo.
Te vt poſſum totus amo.
Et totis meis viribus.

Tom.4. apud. Marracium.

Etiam *P. Gundiſaluus de Tapia* hoc anno 10. Iulij in Indijs, cùm Deiparæ Roſarium recitaret, clauâ

in capite percuſſus, in odium fidei peremptus eſt.

338 In Collegio Limano apud Peruuios, teſtantur annuæ ipſo octiduo Immaculatæ Conceptionis Deip. Virginis, cui diſcipulorum Sodalitas dicata eſt, viginti duas orationes de ſacro illo myſterio in eius ſacello dictas eſſe. Videtur omnis ingeniorum flos in laudes tunc conſpiraſſe illius, de qua S. Baſilius Seleuc. Epiſc. interrogat: *Quo laudum flore debitam illi plectemus coronam?*

Cōcept. B. V. feſtum colere.

orat. 39. quæ eſt de Annun. B. V.

339 Placet hîc Deiparam colendi modus, & ipſi Deiparæ, & S. P. Ignatio, vt humilitate colatur. Vincentius Puccinus in admirabili, & plurium authoritate probata vitâ B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis ait, anno 1594. 18. Dec. Beatam illam ab vſu ſenſuum ad cæleſtia abductam, admiranda ſpectaſſe. Videbat auguſtiſſimam cæli Reginam, quæ S. P. Ignatium Societatis Iesv Fundatorem elegit, vt Magdalenæ de humilitate loqueretur, ſeu illam exhortaretur, ac doceret, bonæ diſcipulæ, bonus è cælo, & MARIANVS planè Magiſter. Paruit iubenti MARIÆ Ignatius, & ea dixit, quæ ex ore loquentis in illa extaſi B. Magdalenæ audita ſunt, & deſcripta: Ego, Ignatius, aiebat, ſum electus à Genitrice Sponſi tui ad tractandum coram te de humilitate! Tum de humilitate loqui exorſus dixit; humilitatem eſſe ſicut oleum in lucerna: opus eſſe, vt humilitate ac manſuetudine, velut oleo, pleni ſimus: neque poſſe nos ſanctimoniæ lumine collucere ſinè humilitate; ſicut abſque oleo lychnus non ardet, non lucet. Humilitatem eſſe continuam quandam cognitionem ſui non eſſe, & continuum gaudium in omnibus ijs rebus, quæ hominem poſſunt ad ſui contemptionem inducere. Pluta ibi, ac diuina Ignatius; S. Angelo mox de Pau-

p. 2. c. 12

18. Dec. Humilitatem docere.

per-

pertate locuto. Tum Magdalena; gratiæ, aiebat, laudes, & magnificentia tibi DEVS virtutum, qui dignatus es mediante MARIA, Ignatio, & Angelo dare ancillæ tuæ notitiam alti huius, & adeò ſublimis exercitij. Et ſiluit. Vna nempè inter ſelectiſſimas MARIÆ (quæ humilitate DEO placuit,) placendi, eamque colendi artes induſtria eſt humilitas, quâ, & ipſi præditi ſimus, & ad id alios pro viribus prouehamus. Quod ergò Ignatium agere MARIA voluit dum illum iſtuc duxit, id age: neque ipſe tantùm humilitati ſtude, ſed & alios adhortare.

ANNO MDXCV.

340 Collegium Palentinum in annuis 1595. P. Ioannis Fernandi meminit. Hic etiam tum puer, à Patre ad mercaturam à ſtudijs vocabatur. Igitur ante Beatiſſimæ Virginis imaginem Toleti effuſus in mœrorem ac preces, illam tenerè obteſtatus eſt, vt ne auelleretur à ſtudio literarum. Reliqua de illo vide in annuis, vel in Incitamentis Græcij impreſſis num. 81. & 82. Heſychius Hieroſolymitanus Beatiſſimam Virginem *Matrem lucis, & ſtellam vitæ* vocat. Verè illuxit toti Ioannis vitæ hæc Mater lucis, & ſtella vitæ, ac multis alijs poſt Ioannem.

Studia ſua B. V. commendare.

h. 2. de B.V.

341 Hoc anno, vt perhibet Hippolytus Marraccius in Bibliotheca ſua Mariana, P. Hieronymi Natalis tractatus *de laudibus Deiparæ Virginis* excuſus eſt Antuerpiæ. In Zebù 1 Sept. hoc anno viuere deſijt *P. Antonius Sedennus*, qui vt Deiparæ cultum Manilæ, ac in Philippinis propagaret, pictores acciuit, & inſularum templa ferè Deiparæ imaginibus impleuit.

Imagines B.V. curare.

342 *P. Arnoldus Procurerius* ad ſuam erga Deiparæ cultum propenſionem nouo ſe nomine obligatum expertus eſt, quando ab ea eſt perſanatus. Nam

obiit 1595 *Traiecti.*

Digitized by Google

Nam os illi quoddam ſubnatum erat in naribus: nec erat ars vlla quæ remedium inueniret. Ergò medici, & chirurgi expectabantur, qui illud extraherent. Interea P. Arnoldus Deiparæ opem impenſè implorans, ipſe illud nullo dolore extraxit atque eo ipſo pituitæ fœtidæ fluxum in momento ſtitit.

In morbis illam inuocare

Hoc anno 3. Martij in odiũ fidei cæſus eſt P. Robertus Southuuellus, qui nuncupatis Societatis votis illud ſibi pro incitamento virtutis ſcripſit: *B. Virginis Filius effectus es.* P. Franciſcus de la Croix in hortulo Mariano è pijs P. Southuuelli commentarijs hæc depromit: Si B. Virgo rurſum deberet CHRISTVM in vtero geſtare, vel communicare, ſciretque horam, vel momentum quo venturus eſſet, quantis præparationibus ſe diſponeret? quot putas amoris actus continuò faceret? quàm attentè cordis ſui thalamum præpararet? quot lachrymis, quot ſuſpirijs, quot ignitis orationibus diem illum, & horam expectaret? & cùm tempus adeſſe sciret, quàm humiliter, deuotè, reuerenterque ſe componeret? Tota procul dubio in DEI contemplatione, & ſummæ illius bonitatis, amoris, maieſtatis, & miſericordiæ conſideratione hora illa abſorberetur, ita vt charitatis ardore inflammata, diuina magis quàm humana fieret; & terrenorum prorſus oblita, inter cæleſtes Angelornm choros, pariter cum eo quem receptura eſſet, verſaretur. Hæc Southuuellus. 17. Aprilis hoc anno *P. Henricus Vualpolus* dum Deiparæ *Aue* MARIA diceret, eâ ſalutatione necdum abſolutâ, de ſcalis deiectus, in odium fidei eſt internectus. *Tu*, ait Eccleſia Græca ad B. Virginem, *tu ſcala ſublimis, & ad cælum vſque porrecta.*

areol. 5. cap 9.

In communione

Menea 4. Ian.

ANNO MDXCVI.

343 Magno egregiæ operæ pretio Deiparam in-

Digitized by Google

pudicitiæ diſcrimine inuocare, didicit à Mamertinis noſtris Patribus, eiuſque documenti ne in flagranti quidem periculo eſt oblitus ille adoleſcens, qui (vt literæ nuntiant) à veſana muliere improbè ſolicitatus, obnixè Reginæ Virginum tanto in diſcrimine opem implorauit. Nec defuit ſanctiſſimæ Patronæ auxilium. Quippe ne vllo ſenſu eius animus emolliretur, repentè ſibi viſus eſt videre procacem illam mulierem horrendâ ſpecie in ſæuum ſpectrum commutatam, horrido terribilique totius oris habitu, conuerſo in angues crine, qualis in picturis ſolet eſſe furiarum. Quo terrore ita omnis mollitudinis ſenſus aufugit, vt non difficile illi fuerit in ſuſcepta conſtantia perſiſtere: & graui oratione, pijſque monitis mulieris intemperantiam corrigere. S. Thomas *in omni*, inquit, *periculo potes ſalutem obtinere ab ipſa Virgine glorioſa. Mille clypei, id eſt remedia contra pericula, pendent ex ea.*

B.V. pro puritate implorare.

opuſc.4.

344 Rheginum Collegium narrat viduam, quæ à noſtris pietatem edocta, in annonæ caritate, cùm iam biduum pane caruiſſet, ſuburbanumque Beatæ MARIÆ templum, ad cuius illa reſpexerat tutelam, adiret, binos recentes panes in via, præſens famis remedium, inuenit. *Aue flos gratiæ, & conſolationis*, vox eſt S. Ephræm Edeſſeni Deiparam ſalutantis, quæ in annonæ caritate pluribus facta eſt conſolationis flos, & velut nauis de longè portans panem.

Docere vt in corporis neceſſit. inuocetur. *de laud. Dei Matris.*

345 Hoc anno in Collegio montis Regalis diem obijt P. Iulius Fatius, de quo annuæ aiunt, eum admirabili fuiſſe affectu pietatis erga B. Virginem; de cuius laudibus etiam extremâ iam ætate librum conſcripſit, qui *myſteria* continet *dierum* ſanctiſſimæ Matri dicatarum. *Tota ſpiritus thalamus eſt, & gratiarum pelagus*, ait S. Ioannes Damaſce-

Myſteria dierum B.V. colere. *orat. 1. de Nat. B.V.*

Digitized by Google

ſcenus. Inueniamus ergò artes quas poſſumus ad hauriendum nouas aquas ex hoc pelago gratiarum.

346 Franciſcus Toletus Cardinalis anno 1596. 14. Septembris cum immortali vita mortalem hanc commutauit. Quadraginta dies totos, etiam in ætate vltimâ, ante feſtum Aſſumptionis B. Virginis ieiunabat: Virgineumque illud Marianæ reſurrectionis, & in cælum tranſitus Paſcha piâ & ſeuerâ quadrageſimâ præueniebat. *Videte, chari* Deo *Patres & Fratres, huiuſce diei gratiam*, inquit de hoc feſto loquens S. Ioannes Damaſcenus. Meretur hic dies noſtra ieiunia, meretur reuerentiam, etiam ex eo capite quòd magna Societati hoc die Devs per Virginem Matrem contulerit.

Quadrageſimam Marianã celebrare.
Aſſumpt. B. V. *orat.* 1.

347 Idem Cardinalis Toletus ad feſta immaculatæ Conceptionis, & Annunciationis B. Virg. ſe octo dierum ieiunio præparabat, eleemoſynas augebat, eius templa noctu pedes viſitabat. *Ego*, inquit idem S. Ioannes, *commodus conuiuator ſalutis meæ feſtum agitans.* Verè feſta B. V. ſalutis noſtræ feſta ſunt. Erimus conuiuatores boni, ſi ieiunijs nos ad ea præparemus.

Concept. B. V.
Annunc. B. V.
Orat. 3. *de Natiu.* B. V.
Noctu.

348 Idem Cardinalis Toletus ſabbata Marianæ pane arcto, & aquâ breui definiebat conſtanti ieiunio: & pedes ad S. Mariæ Maioris ibat, quæcumque tempeſtas eſſet, itinere ſatis longo. Et dies Sabbati inter mortales illi ſupremus, S. Maria Maior hæres fuit. *Cæleſtibus cogitationibus educatam* ait S. Ioannes Damaſcenus Beatiſſimam Virginem. Noſtra ieiunia facient vt ab illa cæleſtibus cogitationbus educemur. Ieiunio enim Devs *mentem* noſtram *eleuat*. *Semper*, inquit S. Leo Papa, *virtuti cibus ieiunium fuit*. Cultus Deiparæ virtus eſt: etiam illius cibus ieiunium eſt.

Sabb. arctè ieiunare.
B. V. templa pedes viſere.
orat. 2. *de Aſſumpt.* B. V.
S. 2 *de ieiun* 10. *menſis.*

Digitized by Google

Nieremb. t.2.p.548. Vide plura de hoc in Incit. n. 84. et 85. Calliit. tiberi.

349 P. Martinus Albertus dum in templo, tum adhuc ſecularis, pro pauperis cuiuſdam puellæ tuenda pudicitia ſatageret, adeò placuit eius labor cæleſti Virgini, vt illi incredibilem quandam in animo propenſionem reliquerit, vt Societati ſe totum tranſcriberet. Hanc oremus, hæc nos & ſeruabit puros, & orandi ac omnis ſanctimoniæ artem docebit. S. Andreas Cretenſis Archiep. *O ſola*, inquit, *tuarum excellentijs gratiarum poſt maiorem omni nomine ſanctitatis principatum omni propriæ appellationi præcellens, vt nemo poſſit Sanctitatem tuam condigno nomine appellare.* Totus in eo erat, vt Deiparam coleret oratione, atque humilitate. vnde adeò accenſus eſt ad orandum, vt oraret aliquando vſque ad animi deliquium. *Cor meum emunda*, inquit, S. Ioſeph Græcus, *& effice illud receptaculum purum diuinarum illuſtrationum.* Ita certè ſinè tædio, & cum emolumento orabimus. De humilitate ſingulare eſt illud, quòd cùm Valentiæ Domus Profeſſa bis quot hebdomadis verreretur, à ſocijs, qui verrebant id impetrârit, vt ſordes ipſe colligeret, ac efferret. Vnde poſitis humis genibus dulci quadã reuerentiæ ſignificatione, cumulata ſcopis purgamenta colligebat: quaſi diceret illud S. Andreæ Cretenſis ad Virginem: *Saluum me fac, humilem faciens.*

Or. in depoſit. zonæ et veſtis B. Virg.

27. Sept.

in magno canone m.1 obiit 1596 25. Aug. Nierembp. t.4. p.322.

Iter B. Virgini commẽdare.

Nouem dies in obſequijs B.V.

350 P. Didacus Salazar in templo *B. V. de Charitate* per totas 24. horas fuit, candido interea cereo coram B. V. imagine accenſo. idque fecit pro felici ſucceſſu longi itineris quod obedientiæ iuſſu adornabat. Toleti in eo templo ad quod B. V. deſcendiſſe fertur, per nouem dies in Sacello Sancto diuinis operatus, inde matutino toto tempore vſque ad prandium non diſcedebat. In occaſione quadam intellexit debere ſe nomen ſuæ matris aſſumere,

Fe-

Digitized by Google

Fecit: & dixit ſe eſſe Filium MARIÆ *de Stella*; id eſt B. Virginis, quæ eſt ſtella maris. Celebriores in Hiſpania B. V. imagines viſitabat omni occaſioni imminens. Romam appulſus primum templum quod inuiſit fuit S. MARIÆ Maioris. Si arduum aliquid occurriſſet, familiari fiduciâ ad B. V. imaginem; Tuum nunc eſt, aiebat, hoc efficere, Domina, quandoquidem homines, vt video, id non poſſunt. Quæ res miræ ſæpè fuit efficacitatis. Si quid optabat impetrare, coram ea quam ſecum geſtabat B. V. imagine flectebat genua, & dicebat: Tametſi ego modum nec inueniam, nec videam quomodo id aſſequi poſſem quod opto: tu tamen optimè noſti rem ita vt benè cedat diſponere. Quare in tuis ego manibus depono quicquid hoc eſt negotij. Tu id age vt fiat quod erit è gloria Filij tui. Et verò mirâ felicitate, celeritate, ac facilitate res expediri experiebatur. Etiam in diuerſorijs incredibili fiduciâ viatoriam ſupellectilem deponebat, & illi Deiparæ imaginem imponebat, aiebatque: Domina, cuſtodi te, & nos, & hæc omnia. Ita ibat, vt negotia expediret: nec vnquam quicquam ex ijs perdidit quæ Deiparæ cuſtodienda commiſerat. Adeò ea illi ad manum erat, adeò illi nunquam deerat. Sub mortem, ſolatio mirabili plenus loquebatur de Virgine Matre: aiebatque, ac identidem dicendo eadem reguſtabat; ſe explicare non poſſe modum quo factus eſſet Filius Beatiſſimæ huius Matris. Per hanc ille peruenit, vt ſpes eſt, ad Filium, & ad excelſum quendam virtutis cumulum, diuinæ voluntati vbique per illam quærendæ, ac faciendæ intentus; quæ, S. Andrea Cretenſi Archiepiſcopo teſte, eſt *æterni Patris beneplacitorum theſaurus*.

Imaginē B.V. ſecū geſtare.

Negotia

m.s. fragmento S. apud Marraccium.

Bona

ANNO MDXCVII.

351 Bona quidem eſt ſuauis illa fiducia, in cultu B. V. Matris: at confidentia quæ libertatis anſa eſt aliquando, laudari non debet. Hoc anno in Collegio Rom. 23. Sept. obijt Celſus Finettus Senenſis: & breuì poſt hunc 8. Octob. Marcus Ant. Rodulfinus. De his vide Incitamenta n.87. Magno hic erga Devm, ac Dei Matrem amore oculiſque valde apertis eſt opus. S. Epiphan. dat hoc nomen Deiparæ, quòd ſit *multocula Seraphim incomprehenſæ viſionis*. Hæc nobis amorem Seraphinorum nævi omnis impatientem, hæc multos oculos, eoſque vigiles, vt impetret enixè roganda eſt. Ita vigili ad extrema vſq; oculo fuit noſter S. Ioannes de Goto hoc anno pro Chriſto occiſus Martyr 5. Febr. qui Patri ſuo extremum valedicens morti iam proximus, ei B.V. roſarium pro munuſculo dedit, etiam hoc erga Patrem amore ſuum erga Dei Matrem amorem teſtatus.

23. Sept.
8. Oct.

to. 2. orat. de laud. B.V.

Roſariū.

352 Repertæ ſunt ope B. V. ſæpè feliciter eæ res quæ fuerant amiſſæ. Oenipontana anni huius hiſtoria in rem præſentem ſic habet: Oues aliquot amiſſas alterum iam diem ruſticus quærebat. Præſtò fuêre, qui illi ſuaderent, malefici operam, vt adhiberet; id ille religioni ſibi ducens, noſtros conſuluit. Suasêre vt certas preces B. Virgini offerret. Accepto conſilio, ſyluoſum collem repetijt, obuiaſque quas quærebat oues habuit. Adeò prompta vbique eſt Dei Mater ad iuuandum: vt præclarè illi dixerit S. Ephræm Epiſc. Edeſſenus: *Aue, ſpes omnium proborum aduerſis caſibus afflictorum*.

Suadere, vt ad B. V. recurratur pro rebus amiſsis.

de laudib' Dei Matris.

353 P. Ioſephus Anchieta hoc anno 1597. 9. Iunij deſijt viuere, quamque olim puer voto Deiparæ dicauerat puritatem ſecum abſtulit illibatam:

B.V. puritate colere.

citiùs

citiùs moriturus, niſi, vt fertur, à Deipara ſeruatus fuiſſet. Tamuyis enim illum ſibi epulum fore mi- natis, ſui ſecurus cùm eſſet, ab illis rogatus; ecquid non timeret, reſpondit: Matris DEI patrocinio ſperare, ſe non interficiendum: namque confidere illam non permiſſuram vitam ſibi eripi antequam ea quæ de illius vita, & laudibus meditabatur perfeciſſet. Meditabatur autem totam à capite ad calcem vſque B. Virginis vitam latino elegiaco verſu conſcribere, ſeu componere potiùs: nam ſcribere inter illos barbaros non dabatur. Memoria illi pro charta, & calamo ſeruiebat. Et quæ iſtic mente compoſuerat, redux poſtea deſcripſit, & poliuit, bis mille octingentis, & ſex diſtichis Deiparæ Conceptionem, Natiuitatem, & omnia vſque ad Coronationem in cælo myſteria complexus, è quibus nihil ſupereſt, niſi vltima, quâ Virgini omnia ſua dicat, apoſtrophe. ea ſic habet.

Illam colere fiducia inter hoſtes.

Poëſi.

En tibi, quæ voui, Mater ſanctiſſima, quondam
Carmina, cùm ſæuo cingerer hoſte latus,
Dum mea Tamuyas præſentia mitigat hoſtes,
Tractoque tranquillum pacis inermis opus:
Hìc tua materno me gratia fouit amore;
Te corpus tutum, menſque tegente fuit:
Sæpiùs optaui, Domino inſpirante, dolores,
Duraque cum ſæuo funere vincla pati:
At ſunt paſſa tamen meritam mea vota repulſam.
Scilicet Heroas gloria tanta decet.

Quàm tenerè, ac dolenter ad B. V. cor adſpiret dum CHRISTVM meditatur, accipe ex autographo ipſo P. Ioſephi Anchietæ ex Paradiſo Mariano Balingen à pag. 190. & felicem illius in B. V. amore venam, vel ex hiſce analectis introſpice. Balinghen ait autographum etiamnum aſſeruari.

De

De capite Crucifixi.

Aue, Matris cor benignæ
Quod crudeles pungunt ſpinæ
Nati fixæ capiti.
Illi caput perforarunt,
Tibi pectus lacerarunt,
Mundi culpâ perditi.
Fige meum, ne vagetur
Intellectum, ſed timeter
Plagas tuas dulciter.
Tu cum Iesv, Iesvs tecum
Maneatis ſemper mecum
Amplectendo fortiter.

De manu dextera.

Aue, Matris cor languentis
Quod diris clauus tormentis
Dextræ manus afficit.
Felix clauus, qui diuinum
Natum ſimul, & benignum
Matris pectus conficit.
Pia Mater Redemptoris
Tui leniter amoris
Mihi manum adhibe.
Tange lepram, & mundabor,
Tange vulnus, & ſanabor,
Et peccantem cohibe.

De ſiniſtra.

Aue, partus Matris almæ
Cûi ſiniſtrum vulnus palmæ
Dirum vulnus imprimit.
Iſte clauus tibi impreſſus,
Quo perimitur Iesvs,
Culpæ mortem perimit.
Tuo, Genitrix, dolore

Salu-

Digitized by Google

Salutarique timore
  Carnes meas saucia,
Vt peccata caueantur
Dum tremenda formidantur
  Domini iudicia.

De pede dextro.

Aue Matris cor sacratum
Quod contemplor cruentatum
  Dextri pedis cuſpide:
Ad te currit cor amantis
Animiſque ſingultantis
  Te ſuſpirat auidè.
O ſi tuæ caſtitatis
Suauis odor hamatis
  Me ſagittis feriat
Vt extincto carnis bello
Tua pietas in cælo
  Me victorem capiat.

De ſiniſtro.

Aue Matris cor afflictum
Quod cum nato grauem ictum
  Læui pedis pateris:
Nullam culpam cum patraris
Omni pœna cruciaris,
  Omni plagâ læderis
Ne me culpis maculatum,
Me ſceleribus fœdatum,
  Pœnis dedes meritis.
Vt cum miti humilitate
Humilique paupertate
  Tuis addar ſubditis.

De latere.

Aue Matris cor honeſtæ
Cuius, Simeone teſte,

Enſis ſidit intima.
Dum defuncti latus nati
Rupit militis armati
Haſta crudeliſſima.
In te ſpinæ coniurarunt,
Claui, Crux, & quæ fœdarunt
Flagra dura Filium.
Vt cum nato morienti
Maternæ ſuperſit menti
Nullum refrigerium.

lib. 2. pag. 113. Inter occaſiones implorare opem B.V.

354 Ioſephi Anchietæ, vt ait eius vita, mentem tractatione ſacrarum illius laudum puriſſima Virgo ab omni, quæ immineret (apud nudas illas nationes) labe puram intentatamque ſeruauit. Sic Sacerdoti fœdiſſimè tentato, ideoque querulo, ſuaſit vt ne peteret tentationes auferri, ſed illius prouidentiæ totum relinquens, peteret cum tentatione prouentum. Quod ſcio, ſubiunxit de ſe loquens, alteri contigiſſe, qui longo tempore inter vehementes ac perpetuas occaſiones conflictatus, Filij Matriſque diuinæ auxilio non modo lapſus non eſt, ſed præterea etiam pignus firmum accepit, fore vt nunquam in eiuſmodi periculis laberetur. Sacerdos conſilio paruit: & vicit. Adeò meditatæ B. Virg. laudes Ioſephi animum occupârant, vt corpus quoque redderent longè puriſſimum; quaſi Beatiſſima Virgo vetus illud è diuinis promiſſis corpori

Iſ. 48. 9.

Ioſephi promitteret: *Laude mea infrænabo te, ne intereas.* Plura de illo Incitam. n. 88. Optimè ſolari ſic ægros poterimus, petito à Deipara id eximiè agendi dono, cui Chryſippus Hieroſolymitanus ait:

Serm. de S. Maria.

Tecum eſt vniuerſus lætitiæ theſaurus, armarium vitæ.

355 Franciſco Eſcalantio Coadiutori ſic ſcribit idem Ioſephus Anchieta: Propitiam valdè, &

ſtrenuam habes adiutricem Sanctiſſimam Virginem Reginam noſtram, DEI Matrem. Ne te ab illa abiugas; ipſamque perpetuò roga, ne nos deſerat. Ipſius enim ope omnia poteris. Peto vt huius miſeri fratris tui Ioſephi in tuis ad ipſam precibus memineris. Ipſe certè, quod narrat Gaſpar Tauſch, cùm poſt horam dimidiam è fundo aquarum fuiſſet extractus, rogatuſque ecquid interea cogitaſſet reſpondit: Duo hæc; IESVM, & MARIAM, & ne de flumine biberem. *Ipſa*, inquit S. Bonauentura, *eſt ſolatium noſtrum, & in laboribus ſubuentio optima.* Eam vt experiretur P. Æmilianus Garzia, hoc anno Compluti mortuus, dum de vitæ ſtatu deliberaret, Deiparæ conſiliũ per multas afflictationes expetijt, diebus Sabbati herbis, vel pane tantùm, & aquâ contentus; & lucem obtinuit, vt eſt in eius vita.

Literis hortari alium ad B.V. cultum.

Matris doloroſ. pag. 704.

In periculis Ieſum, & Mariam cogitare.

pſ. 72.

ANNO MDXCVIII.

356 P. Petrus Caniſius hoc anno 1598. exeunte obijt. Scripſit de B. Virgine doctos, & pios libros quinque; de quibus ita Hoſius Cardinalis: Nec obliuiſcetur operis huius tui tam ſancti Virgo ſanctiſſima quam ſic ornare ſcriptis tuis es conatus; vt vix quiſquam ſit à quo magis fuerit illuſtrata. Mihi quidem tam exactè ſcripta videntur omnia, vt quid in hoc opere deſiderari poſſit, non videam. Romæ 25. Ianuarij anno Dom. 1578. Ipſe verò Caniſius diuinæ Matris honori doctè ac ſanctè intentus vnum Deiparæ honorem curat; hominum iudicia, velut fragiles aranearum telas, nihil. Vocat illam ſacratiſſimam, neque ſatis vnquam, vel laudatam, vel honoratam, auguſtiſſimam Reginam, eandemque fideliſſimam Matrem, quam ſine fructu piè nullus implorat, & cui mortales omnes beneficiorum memoriâ ſempiternâ deuincti ſunt. Agnoſcit

De B V. ſcribere.

In fine libri 5.

Digitized by Google

ſcit peculiaria Dei munera per illam ſibi collata, & pro quibus vt gratias redderet, roſarij Virginis erat amantiſſimus recitatione crebra quidem; ſed & ſupremo ferè vitæ die adhuc, ſocijs adiuuantibus, veſpertinam B. Virgini pſalmodiam eſt exſolutus. S. Baſilius Episcopus Seleuciæ, laudem B. Virginis vocat *negotium hominum perſpicaciſſimorum, & qui & corpore, & anima ſyncerè expurgati, nec non emicatione quadam diuinæ gratiæ affatim illuminati debitam* Dei *Matri laudationem plenè contineant.*

orat. 39.

B. V. Sodalitatē inſtituere ad ium. paup. verecundos.

357. Pauperibus verecundis ſubueniendi modos quærere eſt gratum Deiparæ obſequium exhibere. Quæſiuêre noſtri in Montis Regalis Collegio, in Prouincia Mediolanenſi; eâque de cauſa hoc anno nobilium virorum ſub Annunciatæ Deiparæ nomine ſodalitium inſtituêre. Primo eius cœtus Sodali ægro quid auxilij attulerit Beatiſſima Virgo, vide in Incitamentis n. 90. Cùm ipſa ſit miſericordiæ Mater, amat vt clientes ſui ſint Filij miſericordiæ, viri miſericordiarum, digni qui à Deo miſericordiam conſequantur. Ille ſodalis certè ad omnia magno animo ferenda dixit ſe B. Virginis patrocinio incredibiliter animatum; quæ Virginis illum firmantis miſericordia præmium erat illius miſericordiæ, quam ille cum cœtu reliquo ijs pauperibus impendebat, quos à mendicando pudor abſtineret. *Inueſtigate theſauros miſericordiæ illius*, ait S. Bonauent.

pſ. 84.

358. Hoc anno 28. Febr. abijt è vita P. Ignatius Martinius è Sebaſtiani Regis concionatore, catechiſta Marianus, de quo Incitamenta n. 91. Etiam ex ore infantium perficit laudes ſuæ Matris Devs. Laudemus, amemus citra metum reſpectuum humanorum illam, cui idem Sanctus: *Scire & cognoſcere te eſt radix immortalitatis, & enarrare virtutes tuas*

pſ. 85.

eſt

eſt via ſalutis. Hanc viam iniit hoc anno *P. Iacobus Valinchius* admirabili lætitiâ geſtiens in morte, quam obijt inter coronam Deiparæ cum quopiam, qui ei aderat, recitandam.

1359 Cæſaraugustæ nobilem Deiparæ feſta colendi induſtriam iniêre quà noſtri, quà fęmina quædam illuſtris, non ſine operæ pretio. Matrona quædam illuſtris, inquiunt literæ, ſolet prouigilijs omnibus B. V. MARIÆ, quam ſummâ pietate veneratur, & colit, vnam in domum conuocare meretrices omnes, eaſque ſuis alere ſumptibus ijs ipſis diebus, ne DEVM offendant: quo tempore vnus è noſtris concionem habet ad illas: ſæpèque fit, vt multæ reſipiſcant, & ad domum deferantur conuerſarum. Ita flagitioſiſſimæ etiam animæ alliciuntur ad CHRISTVM, ope Virginis. *An ad* IESVM *trepidas accedere,* inquit è S. Bernardo S. Thomas; *Frater tuus eſt, & caro tua. Hunc tibi fratrem* MARIA *dedit.*

Vigiliæ feſt. B. V.

Annua pag. 445.

in c. 10. Apoc.

1360 Cultum Deiparæ cum corporis afflictione iungendum eſſe docet noſtros Nouitios ſapiens illa Mater, quæ, vt Auenionenſes ferunt, filio ſuo ad Societatis tyrocinium, vt proficiſci poſſet magnoperè flagitanti, amplã faciens poteſtatem, benedictione illum ſuâ impertiuit; atque vt perſeuranter in ijs quæ aggrediebatur perſiſteret, coronam B. Virginis, & cilicium (quibus hactenus ipſa vſa fuerat) illi velut pro conſtantiæ retinenda anchorâ & inſtrumento, dedit. Magna perſeuerantiæ teſſera eſt amor erga Deiparam, & odium in carnem ſuam. Ita nobis illa erit in Matrem; cui S. Bonauentura: *O Domina mea chariſſima, velut gallina tege me mirabili poſſeſſione tua. Tuus totus ego ſum, & omnia mea tua ſunt.* Oderis te: amabit te.

Cultum B.V. cum mortificatione cõiungere.

in Pſalterio, Cantemus.

Eos

ANNO MDXCIX.

Docere B.V. cliẽtes vt ſe mortifi-cent.

361 Eos qui ſub noſtra diſciplina ſunt hortari ad mortificationem in honorem B.Virginis, eſt vnus è modis illam colendi. Sic Alumnos diſciplinæ noſtræ addictos educant Mexicani Patres, quorum annuæ hoc anno felicem adoleſcentis in Deiparæ honorem ſe mortificatione conſuetâ conſtanter exercentis, ſucceſſum narrant. Huic fœmina quia ſcelus impurum perſuadere non poterat, ſaccaro temperatum venenum officij obtentu miſit; ſed id ſabbato, vel alio quopiam die euenit, quo adoleſcens iam iam in dulcem illam eſcam inuolaturus meminit eâ die ſe mortificationi ſtudere in Deiparæ honorem, adeòque ieiunare conſueſse. Poſtero die dum illã promi iubet, compertus eſt impudicæ illius machinatricis dolus, & odium, bellarijs illis, ſeu ſaccaro, vermibus fœdum in modum ſcaturiente, ac olido. Repertumque, quòd ſi heri miſſum dulce illud venenum (vti vehementer ad id ſe ferri ſentiebat) ſumpſiſſet, veneno fuiſſe extinguendum. Igitur ad Patrem confeſſarium adijt, peccata expiauit, ſanctiſſimo epulo accubuit; & Deo ac Dei Matri ſoſpitatrici gratias pro vita ſeruata egit; factus alijs quoque ad generoſam ſe affligendi in honorem Virginis, atque vincendi conſtantiam ſtimulus, & incitamentum. Patiamur nunc aliquid amori ac honori illius, quæ, vt Idiota ait, *Poſt Filium ſuum Domina eſt vniuerſæ creaturæ: & in futuro ſeculo glorificabit ſeruientes ſibi, ſi eam honorificauerint in præſenti.*

in Prologo

Obiit Romæ 1599. Scribere hiſtoriã B. Virg.

362 *P. Horatius Turſellinus* Lauretani Collegij Rector ſcripſit Hiſtoriæ Lauretanæ libros quinque ſtylo digno ſuâ erga Deiparam pietate, & inclytâ illâ Domo: in quibus fusè Domus illius admiranda

pro-

proſequitur, & beneficentiam quâ Deipara etiam Societati fauit non ſemel.

363 *P. Ioannes de Caſtillo* è nobili, ac diu ſterili matrimonio natus eſt, fuſis prius à Matre ad DEI Matrē precibus; quibus, ſi quem nāciſceretur filium, eius obſequio promittebat. Natus Ioannes, gaudebat ſe à MARIA datum, eique viciſſim deſtinatum. in tenerrima adhuc ætate Roſarium Deiparæ quotidie recitabat. Plura de hoc annus dierum illuſtrium. 4. Maij. In tirocinio totus in eo erat, vt ſuâ ſe voluntate exueret: Quocirca illam DEO totam per manus B. Virginis offerebat; orandi donum egregium per illam, & per S. Agnetem aſſecutus. *O Virgo*, ait S. Io. Damaſcenus, *quæ vitam nunquam ſeneſcentem peperiſti, occide carnis meæ prudentiam*. *Obiit in Domo prof. Valliſoleti 1599.* *Vide Nier. t. 2. p. g. 774.* *m. s. ſer. 3. ode 6.*

364 Franciſcus à Villa Regali Coad. lachrymarum, & orandi dono inſignis, licèt iam grandior natu eſſet, tamen triclinium perreptans ad pedum oſcula *Aue* MARIA ſimplicitate candidiſſimâ modulabatur, humilitatem iungens teneræ pietati, idemque in honorem DEI Matris ab alio fieri ſuo nomine petijt moriens, & impetrauit. Minima ſint hæc licèt, nunquam tamen ſinè magnis vtilitatibus aguntur. Vnde benè pius ille, ac doctus Deiparæ Idiota de illa loquens: *Donis*, inquit, *ſpiritualibus ditat copioſiſſimè ſeruientes ſibi, & potiſſimùm protegit eos à triplici aduerſario, mundo, carne, & diabolo: quia ſalus noſtra in manu illius eſt*. *ob. Mexici 8. Ian. 1599.* In Deip. honorāda alium ſibi ſubſtituere. *In prologo*

ANNO MDC.

365 E Montisfortis Collegio in Caſtellana Prouincia Coadiutor in alto flumine lintre vectus, cùm, vt annales ferunt, altæ cuidam decliuitati quam afficit vnda præcipitans, duabus in imum gurgitem lanceis, videret ſe vicinum, & aquæ caden- B.V. opē per aſpirationes breues expoſcere.

dentis horrendo ſtrepitu aures ipſæ obſurdeſcerent, periculo attonitus ſe cruce ſignauit, & voce clarâ pronunciauit: *Adſit mihi Virgo* MARIA, *cui eſt Antiquæ cognomen*: quam ſciebat noſtri Collegij Monfortienſis eſſe Patronam ex Fundatoris voluntate. Igitur in grauiſſimo vitæ diſcrimine Fratri opitulatus eſt CHRISTVS, Matre Virgine deprecante. Nam per ſaltum illum aquarum cymba illæſo vectore deſcendit, nec in ſcopulos impegit, qui & multi & aſperi aquam ex alto labentem, & fluctus reſiſtendo frangebant. Et cùm longo iam ſpatio temporis fluuium vbique torrentem linter errabundus ſulcaret, quaſſatus atque fatiſcens in imo fundo ſubſedit. Frater Virginem inuocare non deſijt, alterâque manu ſtrenuè natantis muli frænum premens, alterâ remum, nando euaſit ad exoptatam ripam incolumis: non ſinè ſtupore multorum, qui è terra ipſa, quem iuuare non poterant miſerabantur. Auxit res tanta in Virginem pietatem, cuius ſe fama dilatauit. Quis enim non admiretur in tam longa iactatione (nam paſſuum ſex millia per aquas emerſa) ſanum & valentem ſuis eſſe fratribus reſtitutum? Hactenus annales. Verè (quod notat S. Ioannes Damaſcenus) MARIA *vitæ theſaurus, gratiæ abyſſus eſt*: (*orat. 2. de Aſſ. B.V.*) quare ad hanc in omni vitæ diſcrimine, ad hanc in omni periculo recurrere aſſueſcamus, gratiam accepturi.

366 Aliquot è Nouitijs, inquit epiſtola Toloſana, dum è Monteſerrato (quò peregrinationis causâ conceſſerant) domum repeterent, inter Montes Pyrenæos cibum capturi diuertunt ad hoſpitium; (*In itinere in B. Virginis manibus ſe ſuaque deponere.*) in quo cùm tenuiter quidem vires refeciſſent, expenſas longè maiores quàm putarent non tam à ſe factas quàm exactas ſoluere eorum crumena ſæpiùs excuſ-

excuſſa, non potuit. Ergò animis ad DEVM, & B. Virginem ſublatis, iterùm ad crumenam recurrunt, moxque argenteum nummum recens excuſum in ea reperiunt; vtique ſibi ſubſidio, vti credunt, à B. Virgine miſſum, cùm talem nummum à nullo ſe accepiſſe probè meminerint, neque crumena toties excuſſa illum occultare potuerit. Inde maiori in B. V. fiduciâ pleni abiêre, *Solo diuites auxilio tuo*, vt Deiparam alloquitur idem Sanctus Ioannes Damaſcenus. *ode 6.*

367 Mutinenſes illi dæmones diu ac multùm pertinaces reſtitêre, dum de obſeſſis plurium ſororum corporibus hoc anno 1600. exire iuberentur: ſed poſt opem S. P. Ignatij ſæpiùs imploratam ab ijs qui è ritu Eccleſiæ in ijs pellendis laborabant, poſt alios vnus erumpens ita exclamauit: *S. Ignatius! S. Ignatius! S. Ignatius me eijcit ob ſuam humilitatem; & potentiam; & ob ſingulare ſtudium quo is viuus ardebat in ſanctiſſimam Virginem*. Sancti ergò Patris exemplo præſtanti huic erga Deiparam cultui ſic adhæreſcamus, vt illi humilitatem accuratè iungamus: ita contra dæmones futuri longè potentiſſimi. Sic S. Ambroſius fiſcellam ſcirpeam CHRISTI, Moyſis noſtri, vocat B. Virginem: vbi picem ait fuiſſe *humilitatem cuſtodem cæterarum virtutum*.

S. P. Ignatij amore erga B. V. & humilitaté imitari.

to. 1. in c. 6. Apoc.

368 P. Ludouicus de Ponte perſonæ euidam altiſſimæ orationis & cæleſtibus fauoribus plenæ ſpiritualia S. Patris Ignatij exercitia obire incipienti anno 1600. ea dixit quæ aliàs narraui. vnde certè ſi Exercitia Ignatiana ad amuſſim ſanctâ exactè feceris, ſingulare obſequium Reginæ noſtræ præſtabis. Hoc agunt exercitia quod S. Ioannes Damaſc. petit: *Domina, eleua me à tenebroſo ſomno ad tuã glorificationẽ*.

c. 43. ſ. 1. vita P. Balth. Aluarez. Incit. n. 98.

inter Cãtica fol. 403.

369 Illuſtre, atque ab eius cui id euenit ore, calamoque acceptum eſt illud anno 1600. 7. Septemb. Auenionenſis Vicarius æger cùm nihil iam niſi deſperationem vitæ ſuæ audiret à medicis, ad B. Virginem totâ voluntatis demiſſione conuerſus, ea expertus eſt quæ anno 1601. narrant annuæ Auenionenſes: è quibus documenta plura legent ſagaces oculi. Quod in cælo iam Beatus, & ſupplex fecit Ignatius, id nos MARIÆ clientes agamus in terris. Age, te (pro te ipſo primùm) ſupplicem ſterne coram IESV & MARIA, vt amico cuidam tuo (quem fortè in via DEI, caducâ & parùm fideli virtute languentem noſti) firmamentum impetres, & adamantinam in benè cœptis conſtantiam, ac aures purgatiſſimas ad DEVM in cordis adytis audiendum. Hoc eſt MARIAM colere, filios illi adducere; ac vt illos viuo IESV ſanguine totos perungat, flagrantiſſimè flagitare. Athanaſius: *Iſta*, inquit, *noua Eua Mater vitæ appellatur ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium*.

S.P. Ign. coram Chr. & B. V. viſus pro ægro. *Incit. n.99.*

in Euang. de SS. Deip pag. 425.

370 P. Thomas de Soto deceſſit ætate, ac meritis plenus. Roſariũ, & officium B.V. quotidie recitabat. Quodā die, poſteaquam tenerè ſupplex rogaſſet ab illa in filium recipi, ſe enim illā pro tota vita in matrē eligere, miris eſt delicijs delibutus. Cùm aliquid amiſſum videbat, *Magnificat* recitabat, fauſto ſucceſſu. Verè MARIA S. Andrea Cret. Archiep. benè id affirmāte, *obſignati à Deo theſauri cuſtos, munitiſſima turris arcanæ ſpei eſt*. Hoc anno, teſte Marraccio, excuſus eſt P. Thomæ Vvorthingthoni libellus *de Myſterijs Roſarij B.V.* Obijt hoc anno die quem tanquam eius conſcius expectabat *P. Saluator Sotomaior*, eo apparatu qui fructus fuit illius perpetuæ in Cæli Reginam pietatis.

Hiſpanus. Obijt 1600. 20. *Aug. ætat.* 96. *Incit. n.*100. *M.S. orat.* 3. *in Dormit. B.V.*

Conimbricæ 1600. 28. *Oct.*

Iaco:

ANNO MDCI.

371 *Iacobus Ruiz* Coad. per annos 30. cocus, DEI Matrem officio quotidiano vſu attrito honorabat, quod officium nobili cuidam poſtea magno in pretio fuit. Labores ſuos Deiparæ dedicabat, eòque in illis adeò erat aſſiduus, vt noctu quoq; aſſiduo labori non parceret: atque vt labori ac pietati plus indulgere poſſet, totis 30. annis domo exire nunquam petijt. Quàm liberalis viciſſim erga illum etiam poſt mortem fuerit DEI Mater, alibi dixi, vbi de illius felici morte ſcripſi latiùs. Domi habitabat, ne à DEI Matris latere deſcederet. Vega Theologiæ Marianæ num. 126. refert Photij verba dicentis: *Cùm Lycurgo instare mors videretur, ſe in Matris Deorum delubrum deferri iuſſit.* Nos verò ſinamus Lycurgum iſtic mori. nobis & morientibus & mortuis bonum eſt cum Iacobo Ruiz ad MARIÆ Virginis DEI Matris latus eſſe.

obijt 1601. 1. Iunij.

Raró foras prodire ad recreationem.

vide Pretioſas occup. c. 10. n. 10. Incit. n. 103.

372 M. Franciſcus Caietanus olim Marchio feliciter obdormiuit. Aiunt illum puerum B. V. honori & Sabb. ieiunaſſe: feriâ verò III. à carnibus abſtinuiſſe; Officium & Roſarium B. V. flexis genibus quotidie recitaſſe, ad verba ſingula meditatè attentum. Cùm autem ſtuderet vndequaque eſſe pauperrimus, & nihil vel peteret, vel acciperet à quoquam, conatus tamen eſt, & effecit, vt haberet è charta vnam B. V. ſub cruce ſeptem gladijs confixæ imaginem. Hæc illi præſes erat ad ſe ſuperuincendum. Ita Nicopœia illa, ſeu victorioſa B. V. imago Conſtantinopoli ſemper ferebatur ad pugnam quando bellum vrgebat; ideò illam Elogio celebri appellabant *adiutricem inuictam, belli ſociam, imaginem inſuperabilis commilitonis* DEI.

Obijt Meſſanæ 20. Apr. 1601.

Atlas Marianus p. 1. pag. 18.

Digitized by Google

Aue Maria noctu recitare.

Idem Franciſcus, tum adhuc octimeſtris infans *Aue Maria* didicit,& in cunis recitauit. Nutricem incitabat, vt recitaret, ita ſopiebatur. Decennis,Beatiſſimâ Virgine ſequeſtrâ, Chriſto Sacramentum dixit. Iam tunc ille aſpirabat ad illam, vt ab illa diſponeretur ad charifmata cæleſtia olim recipienda; Idiota ſapienter de illa pronunciante: *Donis, & chariſmatibus ædificat ſeruos ſuos; vt ſuperbenedicti Filij ſui, & Spiritus Sancti digna fiant habitatio.*

in prologo contempl. de B.V.

S. Annæ cultum ſuadere. Guiniſius ann.1601. M.S.

373 S. Annæ, Matris Beatiſſimæ Virginis, cultus, eſt nobile auctarium cultus ipſius Deiparæ; eòque alijs etiam enixè ſuadendus. *P. Alphonſus Cordeſes,* Hiſpali ſenatori mœſto ob ſterile vnici filij matrimonium, perſuaſit vt S. Annam Matrem Matris Dei ſtudioſè coleret: ſic enim futurum, vt anni ferè intra ſpatium nepotem è filio videret lætus: & ſimul eam colendi modum edocuit. Paruit conſilio Senator: & necdum elapſo annuo interuallo nepotem è matrimonio hactenus mœſto & infœcundo vidit, atque gauiſus eſt. Etiam in Annæ ſinu quærenda eſt Deipara, eiuſque amor per Annæ merita impetrandus. *Ipſa namque*, vt ait Idiota, *diligit diligentes ſe; imò ſibi ſeruientibus ſeruit. Apud Patrem, & Filium procurat negotia, & petitiones noſtras.*

in prologo citato.

Ad expedienda ſalutis negotia B.V. ope vti.

374 E Guiniſio in hiſt. Soc. eſt illud, quòd hoc anno Auenione Nouitius cum Patre vſque ad creperam lucem veſpertinam egerit de vocatione, quam ſenex oppugnabat obnixè. Interea audito ad ſalutandam veſperi, de more Beatiſs. Virginem ſigno, iuuenis Deiparam quàm flagrantiſſimè potuit precatus eſt, vt illa ſenis patris mentem ad ſaniora conuerteret, cor durum ipſa molliret. Impetrauit. Etenim ſenex alius omninò ab eo qui fuerat repentè ſurrexit: quippe manſuetus filio benè

preca-

precatus eſt, errorem ſuum damnauit; conſcientiam poſtea generali confeſſione expiauit, & pacatè ad ſua reuerſus eſt. Luculenter profectò expertus eſt in ſuo Patre hic Societatis candidatus verum eſſe id quod de B. Virgine dixit iam olim ſapiens Idiota: *Tanta eſt*, inquit ille, *virtus ſacratiſſimi tui nominis, ò Maria, quod mirabiliter emollit & penetrat duritiam cordis humani*. *contempl. c.3.*

375. *Petrus Stopellus* Coad. decennio ante mortem cùm deſperanter æger decumberet, magnoperè in Deiparæ cultum accendi ſe perſenſit, & ſpem viuam concepit mortem adhuc longè abeſſe: plus adhuc ſibi laboris in DEI famulatu exantlandum eſſe. Conſanuit, & vixit annos decem ea nauiter executus pijs aſſiduiſque laboribus ad quæ à DEO per Deiparam longiora vitæ ſpatia ſibi producta eſſe intellexerat. Decennio euoluto, dulciſſimo MARIæ nomini extrema die ac horâ pronuntiando ita erat intentus, quaſi præſentem illam conſpiceret, animamque in ſinum illius deponeret. Vide annum totum 1601. in Incitamentis.

obijt Mediolani 1601. 3. Sept.

In morbo ſe B. V. dedicare.

376. Coleinus B. V. etiam ſuadendo vt B. Virginis imago domi, ſabbato maximè, magnâ veneratione colatur. Didicerat id puer è ſodalitio B. Virginis Veronæ, & domi factitabat; quo ſucceſſu, narrant Veronenſes Patres. puer aiunt è Congregatione Parthenia lampadem domi ante imaginem ſacratiſſimæ Virginis de more die ſabbati ſub veſperam accenſurus in ſcalis loco altioris; dum aſcendit labi incipientibus Virginem ſanctiſſimam in auxilium vocat, & ſaluatur: qua ex re maiore in illam pietate accenſus, per menſem integrum quotidie illi certas orationes in animi grati ſignificationem perſoluit. *Debemus lampade obſequia*

B. Virginis honori laborare.

Vide In- xitn. 101.

gra-

gratias tibi, vt ait laudatus Athanaſius, *gratioſæ Dominæ noſtræ Reginæ, Heræ, Matri Dei, arcæ ſanctuarij.*

377 Colitur eadem, ſi præter alia, ſuadeas, Beatiſſimæ Virgini fundendas preces in periculis pudicitiæ dæmonis artibus oppugnatæ. Expertus eſt id Pater ille Lugdunenſis, qui puellam formâ & puritate illuſtrem, ſed à potentiſſimo quopiam fœdè amatam, tentatam, rogatam, & (cùm flagitium illa ne in aures quidem vellet admittere) diabolicis quoque artibus oppugnatam docuit vt adiret votiuâ prece ad B. Virginem, Beatumque Ignatium, & vt ſacroſanctæ crucis particulâ muniretur. Mirum id viſum; quòd qui hactenus tam impotenter amârat, vt machinamenta etiam ab inferis petita ad id accerſeret; repentè mutatus totus, nihil planè dixerit vel fecerit quod vel minimi amoris eſſet indicium. S. Bonauentura, *Vniuerſis*, inquit, *præſtantior creaturis; hominibus, caſtos, & quies tutior*. Hæc nos in id genus periculis Virgo fidelis cuſtodiet, vt vincamus, & quieſcamus.

Noſter docet quid in lubrica occaſione agendum.

in hymno laus Mariæ.

378 Ad cultum Deiparæ pertinet, illos qui de Societate deliberant, causâ conſilij ad B. Virginem, S. Ioannem Baptiſtam, S. Iacobum, alioſque Sanctos dirigere. Luculentum hanc in rem exemplum eſt illud quod refert anno 1601. Brunenſis epiſtola: in qua nobilis adoleſcens de vitæ ſtatu ambigens varijs corporis afflictationibus DEI voluntatem exquirere ſtatuit. Frequentatæ igitur atroces ex catena verberationes, humi cubationes, rigidæ in cineribus, in fornacibus pernoctationes, acerrimorum ciliciorum quadrageſimalis geſtatio, ardua ieiunia repetita, preces ad DEVM, ſanctiſſimamque eius Matrem emiſſæ: impetrataque de cælo lux luculento à DEI Matre auxilio, vt Incitamenta narrant n. 102.

B. V. & Sācti Societatem commendant.

Hæc

Hęc ſit lapis lydius noſtrarum deliberationum. Huic dicendum cum S. Bonauentura ibid. ſic orante: *Aut Virgo, rumpe moras, Et ad omnes ſemper horas Mihi cuſtos & adiutrix Eſto digna Dei nutrix.*

379 In Romana Prouincia cùm de Societate quidam reum capitis damnatum ad ſupplicium comitaretur, & ille ſe dæmoni diris modis deuoueret, innocentem clamaret, in omnium Iudicum, & aliorum nomina furenter graſſaretur ſurdus ad omnia quæ Pater ſuggerebat; ad linguæ coërcitionem lignum ori eius & ſilentium impoſitum eſt. Non longè à loco ſupplicij aberat Beatiſſimæ Virginis templum. Hîc Patri venit in mentem vt extremum à Deipara Virgine adiumentum peteret. Ergò fiduciâ plenus; En, inquit ad reum, en, mi frater, templum Deiparæ: illi ego te hodie tranſcribo, illi do, ſi me audis benè ſibi conſulentem. Reſipiſce vel nunc, dum licet: & adhuc licet. Hæſit defixis in Patrem oculis reus; & ſpes melior de illo concepta fecit vt capiſtro remoto loqui poſſet. Inductus in templum, totus alius ab eo qui hactenus fuerat, maternâ verè diuinæ Matris pietate effectus, omnes vitæ malè actæ noxas eluit; veniam à Deo, atque à populo poſtulauit; ſpeique bonæ plenus mortem excepit. Adeò è re animarum eſt eos quos duros experimur, Dei Matri curandos precibus fuſis tranſcribere. *Ipſa*, inquit Marianus Idiota, *preces & ſacrificia ſeruorum ſuorum, & maximè quæ illi exhibentur, repræſentat in conſpectu diuinæ maieſtatis.* P. Petrus Thyræus edidit (vt habet Marraccius in Biblioth. Mariana) *Apodixim theſium de Roſario B.V. Matris* Dei.

Duris corde cultum B. Virgi-nis ſuadere.

in prologo contempl.

obijt Herbipoli 1601.

ANNO MDCII.

380 Hoc anno expirauit *Franciſcus Rodriquez*

Coa-

Actus amoris erga Deum & Deip. repetere.

Coadiutor omnibus quæ in illo genere hominum à ſuis requirit Societas virtutibus cumulatus. Huius vltimo triduo non alia vox fuiſſe fertur, quàm hæc: *Amemus! Laudemus* DEVM CHRISTVM, *& ſanctiſſimam eius Matrem*: cui etiam voci immortuus eſt. Amemus illam, laudemus illam ſæpè, cùm ſemper non poſſimus; & pro dignitate nunquam poſſimus. *Quia verè*, inquit Arnoldus Carnotenſis Abbas, *in laudibus eius non inuenitur conueniens organum; & hebes eſt cuiuſcunque ſubtilitatis ingenium.*

Biblioth. PP. t.1. col.781.

381 Creberrima in annuis res eſt, quòd B. Virginis ope plures ad conſilia noſtra mittantur, & vt obediant iuuentur. Hoc anno Ingolſtadij quidam id expertus eſt, & perſuaſus, vt eâ viâ incederet, quam ei vnus de noſtris oſtendiſſet. Sequamur hanc ſtellam quò nos ducit: ſic benè alios ducemus: *Tu es virga, tu es ſtella, tu es gratiæ fluuius. Deitatis munda cella.*

Ab illa petere ducē pro ſpiritu: *Incitam. n.108. hymno la' Mariæ.*

382 *P. Ioannes Rebellus* DEI Matri enixiùs colendæ ſtudium, admirandum in modum cordi habebat, & quà poterat per Luſitaniam proferebat. Multa excogitauit ad eam auguſtiùs teneriùſque honorandam idonea. De illius Roſario Hiſpanicè perquiſitè, ac ſolidè, pièque ſcripſit: adeò aut ijs quæ fecit, dixit, ſcripſit, luculenter reſponderit ei pactioni quâ fertur, alijs Patribus in familiari de rebus diuinis congreſſu alias virtutes contentione ſingulari quærendas eligentibus particulatim hunc erga DEI Matrem amorem, cultumque in ſe ac alijs fouendum, & amplificandum elegiſſe. In eo libro quē Eboræ de B.V. Roſario, vt dixi, dedit in lucem quicquid eſt in S. Mechtilde floridæ pietatis. modos orandi à Sanctis è cælo acceptos, vel alijs datos, applicat Deiparæ ſalutandæ. Eſſet operæ pretium ſi quis

obijt 1602 14. Iulij Eboræ. Roſarium B.V. enixè illuſtrare.

quis in compendium omnia illa, breuemque praxim colligeret. Do aliquid. Dum refert quibus modis à Sanctis culta ſit, affert etiam B. Ludouicum Beltranum Ord. Prædicatorum: aitque illum cùm aliquid vellet impetrare, Canticum B. Virginis *Magnificat* nouies recitaſſe, ac nouem choris Angelicis ſupplicem ſe ſtitiſſe, vt illi apud mundi Reginam, negotij eius per illam à Deo impetrandi curam ſuſciperent. id Ludouico ceſſiſſe ex animi planè ſententia experimento felici obtentis ijs quæ flagitabat. *pag. 198.*

Inter artes colendæ Virginis ponit illius quoque religioſi exemplum, qui conciones ſuas à B. V. inchoatas, in illa etiam terminabat: & moriens à Deipara eſt viſitatus; & ad cælum ductus. Libro tertio; vt Roſarium eò reddat vtilius, illi illigat meditationes de peccatis, de morte, alijſque nouiſſimis; de beneficijs Dei; de ſeptem verbis morientis Christi, & alijs ſolidæ iucundæque pietatis induſtrijs. *pag. 203.*

383 Huius anni annuæ narrant iuuenem in Sodalitate mira oris liberalitate morumque ſuauitate omnibus amabilem, qui cùm iam olim in erubeſcendum neſcio quod flagitium prolapſus, & in eo luto hactenus volutatus remedium acrius peteret à Patre qui Sodalitati præerat, illius ſuaſu quotidie remedium à Matre miſericordiæ ſeriò poſtulauit. Profuit conſilio paruiſſe. Nam ipſo Deiparæ in cælos aſſumptæ die poſt factam exomologeſim dixit Patri; iam verò, iam ſe ingredi in ſpem vitæ melioris. Etenim, inquit, ex quo venerari Diuam Virginem, & ab ea vitijs meis flagitare ſtudui medicinam, animaduerti homines peruerſos quorum vſu conſuetudineque gaudebam, à me alienari,

Tentationibus obnoxios ad B.V. dirigere.

meque ire deſertum. Tum ſe Patri ad omnia conſilia amplectenda promptum obtulit, ab immundo illo genio ſocijſque iam omninò liber, Virginis Matris ope quotidie flagitatâ. Dicamus illi id quod illi dicebat ille è Græca Eccleſia: *Nunc me inundatum ærumnis, ijſque velut extinctum, patrocinijs tuis viuifica, ò caſta ſimul & benedicta, & ſupra quàm exprimi queat glorioſa!* Ita moriens hoc anno 13. Martij Tarraconenſis ille anonymus Coadiutor inter dolores hoc vnicè agebat vt illos Deo per Deiparæ manus offerret, aiebatque: *Omnis hic morbi dolor & labor ſunt deliciæ Matris* Dei.

Menæa 4. Ian.

Sodalitates B. V. erigere.

Extremo huius anni die Maioricæ obijt *P. Bernardus Creſpinus*, ſuæ carnis odio & impigro teneroque Deiparæ cultu memorabilis. Sub idem ferè tempus quo Romæ Deiparæ Congregatio efflorescebat, ipſe quoque per Hiſpaniam eiuſdem inſtituti autor fuit; & Sodalitatem Maioricenſem per ipſos 20. annos nauiter gubernauit.

ANNO MDCIII.

obijt 1603.

384 *Bartholomæus Sanchez* Coadiutor tenero cultu proſequebatur auguſtiſſimam cæli Reginam, cuius honori toto anno flores varios labore aſſiduo excolebat, vt illi offerret. Tantâ verò florum varietate, ac multitudine totum templum exornabat eo B. Virginis feſto, quod feſtum Exaltationis B. Virginis vocant, vt vel ipſe odor ac pulchritudo plures ad feſtum alliceret, mirâ tum noſtrorum, tum extraneorum approbatione. Vnde feſto illi deinceps apud plures loco feſti Exaltationis, feſti *florum B. Virginis* nomen adhæſit. *Quæ lingua* (Iſidori Theſſalonicenſis verba vſurpo) *quæ lingua vocum flores, auro fulgentem loquelam colligens, dignam hac materia contexet lucubrationem?*

Floribus colere B. V. Feſtum Exaltationis B. V.

orat. 3. pag. 70.

Ex-

385 Extremo die perſunctus hoc anno eſt in Perù *Hieronymus Abarca* Nouitius, qui licèt Angelus diceretur, ſibi tamen ipſe nunquam quietus videbatur, cùm ſcrupulis perpetuis animi anxius angeretur. Poſt multa, imò omnia quæ occurrebant, nequicquam tentata, ſcrupulos demum ſuos omnes, velut vno ſinu congeſtos, Beatiſſimæ Deiparæ flagranter commendauit, opem obtinuit, repentè mirè tranquillatus, atque ſi illos omnes ad pedes B. Virginis reliquiſſet. Scrupuli videntur eſſe torrentis inſtar qui vel inuitos rapit; ſpinarum inſtar, quæ pungunt; funium inſtar, qui ligant. Roganda ergò illa quæ eſt fluuius pacis, ſeu fons; de qua, vt S. Hieronymus loquitur, ille fluuius manat iuxta Ioel qui irrigat *torrentem vel funium, vel ſpinarum: funium, peccatorum quibus antea alligabamur; ſpinarum, quæ ſuffocant ſementem Patrisfamilias.*

In ſcrupulis, ad illam cõfugere.

Breu. Rõ. Sabb. lect. Februarii de B. V.

386 Eidem *Hieronymo Abarca* (quod ait epiſtola è Domo Prob. S. Iacobi data) à pueritia perpetuum fuit, eo temporis interuallo quo potum ſumebat, Sanctiſſima IESV, & MARIÆ nomina identidem implorare. Nempe, vt ſiue comederet, ſiue biberet, omnia faceret in nomine D. N. IESV CHRISTI, & Matris eius. *O celeberrimi nominis* MARIA, inquit S. Bonau. *quæ etiam deuotè nominari non potes ſine nominantis vtilitate.*

Inter bibendum IESVS MARIA pronunciare.

Spec. B. V. fol. 44. col. 2.

387 *P. Antonius Viuianus* de Pietate erga Deiparam Gallicè ſcripſit; vt illius cultu Virginitatem, de qua etiam ſcripſerat, adiuuaret. Puella in Belgio per annos plures febri vexata; ibidem alia à dæmone infeſto ſpectris varijs afflicta: cùm nec in corporis afflictationibus, nec in vlla re alia remedium reperiret, ſecuta eſt conſilium cuiuſdam de Societate ſuadentis vt ad B. V. in monte acuto adiret pere-

Obiit 1603 Toloſæ.

Peregrinationes breues ad B. V. obire, ac ſuadere.

Digitized by Google

grinabunda : Fecit; & illa à febri, hæc à dæmone conquieuit.

388 Quidam, inquiunt literæ Mediolanenſis Collegij, ſeu Brerani, qui virtutum omnium exercitatione animum mirificè excolebat ſuum, incepit interdum infeſtiſſimis, atque impuriſſimis cogitationibus pulſari. Qua in moleſtia (quâ nullum cruciatum maiorem exiſtimabat ſibi accidere poſſe) vnum è noſtris Patribus ſuppliciter adijt remedium oraturus. Pater blandè eum conſolatus, bono animo eſſe iubet, eique particulam donat veſtis vnius ſericæ, quâ B. V. Lauretanæ ſimulacrum circumamictum fuerat. Mirum quantum caſtitatem tuentibus Virgo opituletur, quantumque non fallat eorum fiduciam qui in eius patrocinio conquieſcunt. Digito ſerica illa alligauit magna cum pietate adoleſcens, omniſque turpium cogitationum cohors repentè diſcuſſa eſt, pacatiſſimo remanente animo, & ad caſtimoniam ſeruandam mirificè accenſo. *Exaudi pia*, orat apud S. Bonau. S. Anſelmus, *adeſto propitia, adiuua potentiſſima, vt mundentur ſordes mentis, & illuminentur tenebræ meæ.*

B.V. Lauretanam pro præſidio puritatis implorare.

Spec. fol. 43. col. 3.

389 P. Petrus de Anaſco 1. Aprilis hoc anno in miſſionibus Peruanis occubuit, de quo literæ anni 1605. aiunt, illum in periculoſiſſimo morbo B. Virginem quàm enixè potuit inuocaſſe, eamque propitiam ſenſiſſe, obtentâ corporis ſalute ad CHRISTO militandum excitaſſe. Hic de ſe ſic ſcribit: Dum in pueritia mea irati ob defectus aliquos in me parentes mei animaduertere volebant, accurrebam ſtatim ad ſanctiſſimam Virginem, & iratoſque Parentum animos mitiores redditos inueniebam, idque ipſum quamdiu literarium frequentaui ludum expertus ſum, hoc auxilium manè ab amantiſſima

Incit. 106.

In morbo ad B. V. recurrere.

pa-

parente in templo ipſius, ſingulis quibuſque diebus ante ingreſſum ad ſcholas petens, ſabbatiſque in eiuſdem honorem & reuerentiam ieiunans. Mox verò ac in horum aliquo deficiebam, aduerſi etiam aliquid eo die proculdubio experiebar. Vide quàm maternis officijs Petrum ſit proſecuta Virgo Mater, illum recreando, ad CHRISTI vexillum alliciendo, defendendo, corripiendo. *Omnes*, inquit S. Ambroſius de B. V. *filios deputat quos diuina gratia* CHRISTO *ſociat*.

Ante ſcholas B.V. viſitare.

Conſtãtem eſſe in B.V. obſequijs

to. 6. ſer. de Purif. B.V.

390 Idem ſic addit: Singulis ſabbati diebus præcipuum aliquod à DEO optimo beneficium ad deprecationem eiuſdem ſanctiſſimæ Matris accepi. Hæc me ad Societatem adduxit, in eademque conſeruauit: vbi quæ ipſius cauſâ ſenſerim; quoniam verbis explicare non poſſum, ſilentio prætereo. Hæc ille. Alia de illo nobilia in eius vita dabuntur, & data ſunt in Incitamentis. *Non deſinit*, pergit ibid. S. Ambroſius, *non deſinit illa nunc vſque offerre quem genuit cùm ſuis ſanctis interuentionibus eundem Redemptorem electis vniri facit*.

Sabbato ſemper petere aliquid à B.V.

391 Neapoli Congregationem Natiuitatis B. Virginis in Domo Profeſſa Soc. IESV erectam, ait Spinellus Throni c. 29. quæ egenis qui mendicare erubeſcunt ſubſidio eſt; eleemoſynis corrogatis, Sodalium liberalitate: quæ tantæ fuêre, vt Mons ſub Patrocinio B.V. hoc anno 1603. erectus fuerit, & dictus *Mons Beatiſſimæ Virginis pauperum verecundorum*: cuius reditus ad ſuo tempore ferè ad 1200. aureos annuos excreuiſſe. Verè ipſa B.V. eſt *mons* DEI, vt ait S. Ioan. Damaſcenus, *qui collem omnem ac montem, id eſt Angelorum, & hominum ſublimitatem, exuperat. Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.*

Per Sodalitates B.V. pauperibus verecundis ſubuenire.

orat. 1. de Nat. B.V.

Hoc

ANNO MDCIV.

P. Spiritualis ductum ſequi.

392 Hoc anno è viuis ſublatus eſt Catanæ *P. Ferdinandus Paternò*, is qui olim in Hiſpania B. Aloyſio à confeſſionibus cùm eſſet, dignus habitus eſt ad quem Beatiſſima Virgo conſultrix Aloyſium mitteret die Aſſumptionis, cùm illa illi Societatis ineundæ, atque hoc ipſum ſuo Confeſſario aperiendi conſilium dedit. Nec bonum otium, nec operam, nec ſpiritum perdet, qui iuuenes ita ſeriò, ita religiosè, ita prudenter tractauerit, atque ſi illos ad illum ipſa Virgo prudentiſſima deſtinaſſet. S. Ioannes Damaſcenus ait quòd *mores* B. Virginis fuerint *ſeueri, atque hilaritate temperati*.

orat. 1. de Nat. B. V.

Optare eſſe martyrē honoris B.V.

393 P. Didacus Martinez hoc anno 1604. 10. Februarij inter orandum, & ſacrum audiendum dulciſſimo pulcherrimæ de cælo voluptatis torrente inundatus à Virginis Pietate, ſic ſuarum illarum deliciarum in diario meminit: *Deſidero vt mihi Deus hanc indulgeat gratiam, & robur: vt corpus meus minutim in fruſta innumera concidatur: vt ſim Martyr honoris & venerationis* B. *Virginis Matris Domini mei* IESV CHRISTI, *fiat! fiat! Memento huius diei, Martine*. Et ſubſcripſit:

Didacus Martinez.

Incitam. n. 110.

394 P. Hieronymus Carualius Conimbricæ hoc anno migrauit. Huic cùm purgatorium anxius animi mente verſaret, Deiparam coluiſſe incredibili ſolatio fuit. Et eâ ſpe tranquillatus eſt.

Iter ingreſſuris cultum B.V. cōmēdare.

395 Carauacenſe Collegium hoc anno, Pictor, inquit, cuidam Patri confiteri ſolitus, conductus eſt, vt in oppido quodam ſacras imagines pingeret. Prius tamen animum confeſſione expiare voluit: & noſter Sacerdos ei commendauit plurimùm deuotionem erga DEI Matrem, quam præſto eſſe

dixit

dixit omnibus piè inuocantibus. Hæsêre verba pictori. Profectus pinxit. Hunc deinde reducem (nam omitto prolixiora) 24. vulneribus per iter ſaucium, ac B. Virg. opem inuocantem (cuius amore 50. argenteos è pacta pro labore pecunia, condonârat) in Xenodochio quodam depoſitum narrant literæ. Acceſſiſſe chirurgos: partem enſis extraxiſſe, & ignaros conſilij vulnera obligaſſe ſtupâ & linteis; & reſinâ obliuiſſe. Poſtridie manè curaturos redijſſe, illumque ſanum omninò & integrum reperiſſe, ita vt ſtatim è lecto ſurrexerit, nihil prorſus ſentiens; cùm tamen inter 24. vulnera quatuor fuerint, quibus erat planè transfoſſus. Narrabat ſe miſericordiâ pijſſimæ Virginis ſanatum. Res publico teſtimonio conſignata. Sic ille confeſſario ſuo gratias rependit pro tam ſalubri documento de B. V. cordi habenda. *Scuto Dei obumbratam* vocat S. Bonauentura: ſub hocce ſcuto domi & foris tuti latebimus. *Spes noſtra ſolida es, Virgo* MARIA.

Item pictoribus.

in pſalt. minore. Idem ſup. Salue Reg.

396 Cæſarauguſtæ Patri cuidam ceſſit ex animi ſententia, vt hominem vindictæ cupidum ad Beatiſſimam Virginem miſſum tranquillatum viderit, quemadmodum perſcribunt id huius anni literæ in hæc verba: Quidam cùm acceptam à duobus iniuriam, vtriuſque nece vlciſci poſtero die ſtatuiſſet, fortè venit ad nos, conſiliumque ſuum vni è noſtris aperuit. Qui multis hominem ab eo fruſtra deterrere conatus, id vnum tandem obtinuit, vt antequam rem tranſigeret, MARIAM Virginem ſacræ columnæ inſidentem adiret, eique ſe commendaret ex animo. Ergo pium ſacellum ingreſſus, ita diuinitùs mutatus ab illo eſt, vt abiecto de nece conſilio, eueſtigio confeſſionis causâ rediret ad Patrem. Hæc animos noſtros domat, & corda

Iratos ad B. V. opem remittere.

ve-

velut amoris arcu configit. Idcircò ad illam ſic Bonauentura: *Arcus inſuperabilis, Arcus potens, Arcus fortis, Arcus dulcis, amabilis.*

Hymno Laus Mariæ.

397 Barcinonenſes hoc anno literæ iuuenem narrant, qui cùm ſordes quibus aſſiduè ac fœdè tentabatur ferre non poſſet, ante B. Virginis imaginem aliquando procumbens, poſtea noſtrum adijt iuſſu Deiparæ, & illum ignem extingui ſenſit, caſtitate religioſo quoque voto poſteà illigatâ. Hæc nos ab illo qui blanditur, vt mordeat ſerpente defendet. Nam, quod perhibet S. Ioannes Damaſcenus, *Ad hunc Paradiſum ſerpens aditum non habuit.*

Vide Incit. n. 111. orat. 2. de Aſſumpt. B.V.

398 Crumlouij hoc anno æger è noſtris quidam B. Virg. Oaiouienſis opem enixè etiam per eos implorauit qui iſtuc (ita habent literæ) ineunte Octobri Sabbatis, quæ propter celeberrimum populi concurſum *aurea ſabbata* vocantur, ſe conferebant: ſtatimque eadem nocte magnum ſentire viſus eſt morbi leuamentum. Poſtea curru & ipſe illuc profectus, demum redux conualuit. *Gaude,* ait ibid. S. Ioan. Damaſcenus, *gaude inexhauſtum gaudij pelagus: gaude vnica mœroris obliteratio.*

Aurea B. V. Sabbata celebrare. Opem B. V. etiã per alios petere.

399 Hoc anno Burdigalæ prodijt Gallicè P. Ludouici Richeome *Peregrinus Lauretanus*, in quo docet modum MARIANÆ illius peregrinationis optimè obeundæ; multa iſtic de ſanctuario illo, deque Beatiſs. Virgine Matre complexus; imaginibus, meditationibus, precibus, hymnis; delectans, docens, mouens. Edidit aliàs *B. Virginem iuxta crucem ſtantem, ſeu Virginem ad pedem Crucis.*

400 Ad SSS. Trinitatis cultum, ad eminentiſſimam cordis immaculati puritatem, ad mortis, adeoque vitæ immortalis deſiderium ducit ſuos diſcipulos MARIANVS amor, omnis virtutis ac ſancti-

Incitam. n. 112.

monīæ

moniæ magiſter inſignis: id quod expertus eſt P. *Ioannes Hieronymus*, vt narro in pretioſis occupationibus morientium in Societate: *Paſſionum mearum ſtirpes euelle*, ait ad illam S. Ioſeph Græcus, *diuinaſque cogitationes germinare fac ex anima mea*. *3. Sept.*

401 *P. Proſper Malauolta* ſcripſit Italicè libellum, cui titulus eſt: *Più exercitia ſuper coronam 12. virtutum, & modus B. Virginem quotidie ſpiritualiter coronandi*. Obijt Genuæ 1604.

402 *Sebaſtiano Garziæ* Coadiutori ſuauiſſima fuit erga Deiparã propenſio voluntatis, cuius roſarium quotidie recitabat, & lachrymis condiebat. Cum parua quadam B. Virginis effigie dulciſſimè verſabatur; hanc alloquebatur; hanc oſculis, lachrymis, precibus honorabat: gratiaſque agebat quòd ope Deiparæ cum illa imagine è naufragio fuiſſet ereptus, in quo nauis quã ipſe vehebatur cum re omni & ſocijs omnibus conflagrârat. Obijt in Chile. 1604. *Ad B. V. imagines gratias pro beneficijs agere*

ANNO MDCV.

403 Neapoli lætam mortem opperienti *Antonio Apicellæ* Nouitio, magno ſolatio fuit cultus Deiparæ. Quare ſupremum aliquod ad virtutem effatum flagitantibus Nouitijs, nihil ſe meliùs ſuggerere illis poſſe aiebat, quàm vt ſanctiſſimum Sacramentum, & diuinæ Matris ſtudioſam reuerentiam cordi haberent. Ita nunc nempe illa colenda eſt, prout illam à nobis cultam fuiſſe vellemus morti iam proximi. Pium eſt illud S. Bonauenturæ ſuſpirium ad B. Virginem: *In exitu animæ meæ de hoc mundo occurre illi, Domina, & ſuſcipe illam*. Hoc anno in Æthiopiam profectus eſt *P. Ludouicus de Azeuedo*, qui in ſermonem Chaldæum ibi tranſtulit *Horas B. V.* Cultum B. V. diſcere à morientibus. *Pſ. 113.*

404 Ad cultum Deiparæ ſpectat idoneas excogi-

gitare induſtrias, quibus libri feſcenninorum inſtar ſordidi ab oculis & manibus arceantur. Id per Beatiſſimam Virg. nomen ſcitè omninò perfecit noſter ille Sacerdos è Collegio Genuenſi. Hic, vt loquuntur annuæ, cum ſocio autumnalibus ferijs Saonam mari petebat. vehebantur eodem lembo, præter alios, duo Religioſi, & Genuenſis adoleſcens, cui non minus nobilitas, quàm flos ætatis, ferociam & animum adiungeret. Habebat hic præ manibus librum Italico, ſed obſcæno carmine conſcriptum, quo ita delectari videbatur, vt ipſum nec quatuor aureis eſſet permutaturus. Rogat adoleſcentem noſter Sacerdos, *num ipſi graue futurum ſit, B. Virgini donum aliquod dare*. Non futurum reſpondet. Librum, inquit noſter, iſtum in Beatiſſimæ Virginis gratiam dilacerari, & in mare deijci vellem. Tactus ille diuino ſpiritu; En, ait, tuæ permitto voluntati: & librum cariſſimum Patri exhibet diſcerpendum. Tum Pater; Tuum tam promptum animum opto nobis præire, & primum offerre id muneris B. Deiparæ. & haud mora, is euaginato gladio medium diffindit, & partem in mare proijcit; alteram Patri porrigit, qui eam inter omnes vectores diuidit, vt à ſingulis in minutiſſimas partes diſciſſa in mare deijciatur; quod illicò ab omnibus admiratione attonitis, ſed, vtpote Deiparæ gratificantibus, lætiſſimè factum eſt. Noſter autem ob egregium adoleſcentis facinus, ſe pro ipſo rem diuinam ſemel facturum pollicetur; idipſum promittunt alij duo Religioſi. Fructum tulêre preces maiorem quàm expectabatur. Paucis ab reditu diebus elapſis, nunciatur noſtro, cum altero illorum Religioſorum (erat hic Carmelita) adoleſcentem illum Bononiam profectum, ſe totum B. Virgini in Car-

a pag. 116.

Libros turpes arcere.

Digitized by Google

Carmelitarum ordine dedicaſſe. Hoc ingenium placet B. Virgini, hæc dona, hæ victoriæ; vt ſi quid à te ipſo, vel alio impetrare velis, nec facilè poſſis, vel doni Deiparæ offerendi nomine id flagites. Parabit illa victori coronas, & præmia: cui dulciſſimè in hunc modum loquitur diuinus ille Auguſtinus: *In te, Beatiſſima, noſtrorum eſt expectatio præmiorum.* *Tomo 10. ſ. 2. de Annūc. B. V.*

405 *P. Franciſcus Arias* anno 1588. Valentiæ Hiſpanicè edidit Roſarium B. V. 150. myſteriorum, vbi explicans Roſarij dignitatem, ait hoc exercitium à DEO valdè magni fieri. Refert reuelationem Treuirenſis illius Carthuſiani, qui cæli Proceres vidit in cælo aperto IESVM & MARIAM laudantes, orantesque pro ijs qui in terris roſario recitando ſunt addicti: pro quibus etiam paratæ in cælo coronæ illi ſunt oſtenſæ; dictumque ingentes planè theſauros in hac pietate eſſe abſconditos pro ijs qui ei recitando ſtudent. Addit multa quæ ad perſuadendum Deiparæ cultum faciunt: quem ille ad tria capita refert. Ad reuerentiam, inuocationem, imitationem. Ad *reuerentiam* pertinet, magni illam facere, gaudere de illius gloriâ, laudando DEVM quòd illam elegerit, ornauerit; revereri illius nomen, imaginem, & quæ dixit ac fecit. Ad *inuocationem* ſpectat, offerre illi deſideria noſtra, preces, ieiunia, eleemoſynas, mortificationes, ſacrificia in eius honorem, ad impetrandum quod petimus. Ad *imitationem* refertur, vitam illius legere, meditari, in corde expenſa recondere ad DEVM illius exemplo amandum, eique ſeruiendum. S. Heduigem ſemper ſecum geſtaſſe paruulam B. Virginis imaginem cordis ignibus accendendis, atque fouendis illius aſpectu; & hanc neque mortuæ de manu

Obijt Hiſpali 23. Maij 1605.

Theſauros Roſarij piè recitati explicare.

Solidum Deiparæ cultum docere.

§. 8.

extrahi potuiſſe; vt olim B.V. imaginem dimittere noluit moriens P. Ignatius Azebedius. Deſiderandum eſſe ait, vt illam reuereantur velut Matrem DEI omnes filij Adam; quos par eſt exhortari, vt ſacramentis expiati, roſario & alijs obſequijs puro corde illam colant. Pro magno etiam beneficio habendum, & amplas DEO gratias reddendas ſi hoc amore erga illam nos inflammatos ſentiamus. Illam crebro cordis gemitu in auxilium eſſe vocandam. Ad *impetrandum* ab ea id quod petimus, offerenda illi opera humilitatis, mortificationis, miſericordiæ; vt Principibus, à quibus aliquid petitur, dona ſolent offerri. Exuendum eſſe ſi quid circa te eſt fuci, vel vanitatis. Si quid neceſſitatis occurrat, illam in manu B.V. deponendam, vt illa prouideat. Placere DEO ſummo Patri familias, ſi nos, velut filij, per hanc velut Matrem-familias ab illo petamus virtutes, & ea quibus indigemus. Ita S. Elzearium Comitem initio meditationis ad B.V. ſupplicatum iuiſſe, vt illa in corde illius ea reponeret quæ ſciret ſuo Filio grata eſſe. *De imitatione B.Virginis*, & præcipuarum eius virtutum, libellum integrum conſcripſit.

Agere Deo gratias pro amore quem habemus erga B.Virginem.

ANNO MDCVI.

406 Tarraconæ vitæ finem attigit *P. Ioannes Labrador* DEI Matri iam inde à puero virginitate promiſsâ, & ſeruatâ deuotus. In Societate totum ſe eiuſdem famulatui deuouit: in cuius gratiam ſabbatis in abiectis culinæ operibus inſeruiebat. MARIA ſicuti DEO humilitate placuit, ita illi humilitate placendum eſt: & par eſt vt dies ſabbati, quemadmodum eſt dies MARIANUS, ita ſit dies humilitatis. S. Bonauentura: *Aue*, inquit, *Mater humilium, Deitatis triclinium*.

Sabbato B.V. humilibus officijs colere.

hymno Laus Mariæ.

Idem

407 Idem (vt de illo literæ loquuntur) Virginis in ſermonem quoties delabebatur, iucundè admodum quod de ea inuenire, audireue poterat id omne in papyraceos codices referebat. S. Bonauentura: *Aue, Virgo, forma morum.* Hanc formam obſeruemus, adnotemus.

Annotare quæ de illa ſingularia reperiſti.

In pſalterio minore

408 *P. Theodoricus Caniſius* cùm per morbum, omni legendi ac loquendi memoriâ vſuque fuiſſet deſtitutus, IESVS MARIA tamen adeò illius memoriæ inhæsêre, vt illa ſola nomina legere, illa ferè ſola expeditè pronunciare poſſet; illis frequentiſſimè vſurpandis per reliquos vitæ annos intentus, iiſdemque 27. Septemb. anno 1606. immortuus Ingolſtadij. Cordi habenda ſunt hæc nomina ſocio IESV, clienti Virginis. *Dedit tibi*, ait Idiota, *tota ſuperſancta Trinitas nomen, quod poſt nomen ſuperbenedicti Filij tui eſt ſuper omne nomen: vt in nomine tuo, omne genu flectatur (vt manifeſtè patet) cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur huius ſanctiſſimi nominis gratiam, gloriam, & virtutem.* De P. Michaele à Fontibus vide Incitamenta num. 106.

IESVS MARIA pro oratione iaculatoria adhibere.

Contempl. c. 5.

409 *P. Ioannes Gerardinus* pulcherrimo diuinæ Matris colendæ ſtudio religiosè addictus, Pultouiæ moriens poſt plura alia præclara: *O MARIA*, inquit, *certè tribularer nimiùm ſi neſcirem tuum patrocinium! Quæſo, pia Mater, clemens Patrona, dulcis Virgo, in hora mortis tuo præſidio fulciar, munimine tuo protegar. Tu quaſi terebinthus extende ramos, & me laſſum refocilla.* Non eſt, eodem Idiota teſte ibidem, *non eſt in vllo alio nomine, poſt nomen ſuperbenedicti Filij tui tam potens adiutorium. Nec eſt vllum aliud nomen ſub cælo poſt dulce nomen* IESV, *ex quo tanta ſalus hominibus refundatur.*

Pro mortis ſolatio illam implorare.

Inter

1410 Inter Marianæ partes induſtriæ etiam eſt omni ætati ſuggerere libris varijs congeſtam de B.V. cultu materiam. Fecit id abundè is qui hoc anno 4. Martij felicem animam Villagartiæ egit *P. Ioannes Bonifacius*: ſcripſit (anno 1605. Pariſijs, & Coloniæ anno 1628. typis editam) hiſtoriam Virginalem, eamque Societatis IESV Patribus fratribuſque dedicauit. In præfatione, negat CHRISTIANI nomine dignum exiſtimari, qui MARIÆ memoriam præcipuâ quadam religione non proſequatur. Corpore, inquit, animo, intimis medullis, omnique mentis intentione Virginem complecti ſtudeamus. Deiparæ hæc ſtudia ſanctique amores, CHRISTIANÆ pueritiæ incunabula ſunt, adoleſcentiæ pulchra incrementa, virilis ætatis robuſtæque gymnaſia certaminaque præclara, requies gratiſſima ſenectutis. Ad hanc honorandam atque colendam quò lector reddatur alacrior, ſe hiſtorias ex varijs monumentis erutas, & in vnum volumen incluſas afferre, vt animi ſcintilla, tanquam materiâ congeſtâ, vehementer accendatur; quæ & pietatem alant, & curioſitatis quaſi famem ſaturent. Complectitur illis libris ille imprimis Deiparæ vitæ, ac mortis omnem ad extremum vſque hiſtoriam; tum dicata illi templa, cœnobia, imagines: inſtitutum de illa diuinum ſacrificium, feſta, preces horarias, litanias, ſupplicationes, roſarium, ſodalitates, cultum ſabbatinum; facta eius honori, ieiunia, vota, donaria; reliquias honoratas; laudatam eſſe etiam à malis, coltam à bonis; Inflicta ijs qui in eam peccauêre ſupplicia. Refert eius in corpora beneficentiam; impetratam eius precibus prolem, vitæ huius bona, contra famem & inopiam; ſanitatem contra latrones, beſtias, incendia, hoſtes; libertatem à

Ea quæ ad cultum B. Virginis faciũt adnotare.

car-

Digitized by Google

carceribus, ſeruitute, ſupplicio capitali; victorias, ſerenitatem, inter coniuges pacem; cæcis lumen, opem cadentibus: atque in his narrat illam minima etiam hominibus petentibus procurantem. Iam verò quoad animi bona, docet illam eſſe fidei magiſtram, & Baptiſmi præceptricem; ſuos ab hæreſi deterrere; adeſſe ſacrificantibus; & eſſe hortatricem ad ſacramentorum vſum; in periculis caſtitatis, in deſperatione præſtò eſſe prompto auxilio: ad catechiſmum hortari, obedientiam præcipere, fidei hoſtes exterminare, à dæmone vexatos, eiuſque pactis, aut ſceleribus illigatos, à culpis & pœnis liberare; ſuos virtutibus inſtruere; vitæ ſpiritualis magiſtram eſſe, religioſis familijs præeſſe, donare ingenium, martyres confirmare: mortuos ad vitam hanc, alios ad cælum ab illa deduci. Et hæc omnia veteribus ac nouis exemplis adductis, docens mouet, atque delectat. Huc ſemper tendendum eſt ei qui DEVM quærit, vt alienis quoque exemplis, ac lectâ vel auditâ Deiparæ erga tot mortales beneficentiâ ducatur ad meliora, ſeque dignum reddat beneficijs Matris DEI. *O bonorum amatrix*, inquit S. Ioſeph Græcus, *animam meam bonam redde: ac bonorum æternorum participem effice*.

29. *Or. M. S. Marrac.*

411 Id expertum ſe gaudebat *Franciſcus Morenus Coadiutor*, qui cùm ante initam Societatem ſe ab omni ordine religioſo alienum ſentiret, pro corde ſuo ſupplex rogauit Deiparam vt illud ſuis precibus emolliret. Poſtridiè eadem quâ pridie ita orârat horâ cor ex alio aliud, id eſt, ad aliquam religionem amplectendam inclinatum, ſenſit; & in Societate, DEI Matrem coluit induſtriâ ſolidâ exquiſitæ virtutis: qualis fuit illa, quòd eius honori ſeuerum ſibi ſilentium imperârit: & ad celebrem

Hiſpan. obijt 1606. ætat. 22.

B. Virginem pro corde noſtro orare.

B. Virginem ſilentio colere.

in Hiſpania B. Virginem, *de Penna* dictam, peregrè profectus, arcto ſilentio condiendam exiſtimauit pietatem ſuam; adeòque, initâ pijſſimâ cum ſocio in amorem & honorem Virginis pactione, nihil per iter locutus eſt. Paruulis, quos in cultu Virginis Matris erudiebat, autor erat vt in Matris puriſſimæ honorem examen conſcientiæ nunquam omitterent. Labore quopiam exantlato, *Salue Regina* recitans perſeuerantiam, & mortem felicem flagitabat. Si æger aliquando pinguius otium nanciſceretur, etiam octies roſarium euoluebat. Sæpè ſe introſpiciebat, an, & quantum in ſolida erga Deiparam pietate proficeret. Plura de illo dabit Annus dierum illuſtrium 19. Oct. vbi ſingularia quædam.

Poſt labores ad illã aſpirare. Examen de cultu B. V. inſtituere.

412 Hoc anno 2. Aprilis Sabbato, id eſt MARIAno die, puram animam reddidit *Carolus Caſarius* Bononienſis de quo in *pretioſis occupationibus* plura ſcripſi. De inſtante Annunciationis Marianæ die commonitus, & piam Deiparæ imaginem intuitus; *O gratia*, inquit, *maxima gratiarum, inter amantiſſima dulciſſimæ meæ Matris brachia emori! In hoc feſto primùm me* DEO *& Virgini hoſtiam religioſè deuoui Tyro: dies hic verè meus eſt æterna dignus memoria; in quo ſum expertus, & reperi id cuius æternùm non obliuiſcar!* Vide plura de illo ibi, & Incitamentorum n. 115. Præſtans eſt S. Ioſephi Græci hymnographi ad B. V. aſpiratio: *O nouorum myſteriorum manifeſtatio, miraculum miraculorum. Concede mihi, vt expeditè, facilèque incedam per ſemitas ſalutares quæ ducunt ad ſupremam ciuitatem. O bonorum amatrix, animam meam bonam redde.*

cap. 7.

Annunciationis feſtum colere.

1. Iulij & 29. Oct.

ANNO MDCVII.

413 *P. Gabriel Vaſia* pro frequentiſſima ſua iaculatoria oratione vſurpabat illud Eccleſiæ ad

Obijt Gerundæ 1607. 11. Iun. Nier. t. 3. pag. 782.

Vir-

Digitized by Google

Virginem: *Monſtra te eſſe Matrem! Monſtra, mon-* *Orat. iacu-*
ſtra te eſſe Matrem. Eius moris in morbo quodam *latorijs B.*
ſeu tædio, ſeu dolorum vi oblitus, aut negligens, *V. colere.*
dulciſſimo inuitamento ad eundem morem repe- *Vid. Incit.*
tendum exarſit, vt aliàs narro. *n. 117.*

414 Pragenſe Collegium hoc anno Tranſylua- *B. V. no-*
niæ V. Prouincialem à peſte, atque ob apertam ab *ſtrum à*
imperito venam de vita periclitatum, ait. Sed huic, *peſte libe-*
inquit, ſalutem attulit votum nuncupatum B. Vir- *rat. Incit.*
gini Lauretanæ, & B. Patri Ignatio. Recuperatâ *n. 118.*
valetudine, & acceptâ à Superioribus poteſtate
Lauretum exoluendi voti cauſâ profectus eſt. *Ipſa,*
ita promittit de illa S. Bernardus, *ſi piè à nobis pul-* *ſerm. 1.*
ſata fuerit non deerit neceſſitati noſtræ: quoniam miſe- *dom. 1. poſt*
ricors eſt, & Mater miſericordiæ. Sed rogemus cum *Epiph.*
Matre & Patrem.

415 De *P. Iacobo Molero* ſodalitij Mariani Præ- *In morbo*
ſide ſic literæ hoc anno Caliſſio datæ: *Roſarium* *roſarium*
Diuinæ Matri religioſiſſimè recitans extremum ſpiritum *B. V. reci-*
efflauit. S. Bonauentura DEVM ita orat: *Per* MARIÆ *tare.*
lachrymas Pater pietatis, Nobis veram gloriam confer *in off. de*
cum beatis. *compaſſ. B. V.*

416 Hoc anno edidit Antuerpiæ P. Ioannes
Dauid *Pancarpium Marianum, vt in B. V. odorem cur-*
ramus. P. Lucas Pinellus autem anno 1599. Brixiæ *obijt Neap.*
Meditationes deuotiſſimas de B. V. cum iconibus. Aliàs *1607.*
verò, *Meditationes myſteriorum Roſarij cum Litanijs*
B. V. Annis denique 1577. & 1581. Ingolſtadij
Diſputationem de CHRISTO, *& Matre eius Sanctiſſima.*
Hoc item anno *P. Valentinus Gerardus* ſcripſit Galli-
cè Lugduni prælo datum *Triumphum glorioſæ Vir-*
ginis MARIÆ *contra calumnias Simeonis cuiuſdam.*
Defendamus illam quæ nos defendet, Matrem gra-
tiæ, matrem gloriæ: matrem charitatis contra ho-

Gg ſtium

ſtium eius odia defendamus, eamque ſalutemus: Hermanni Ioſephi ad illam verba ſunt hæc:

in hymno. vet.

Gaude quæ ad tuos clamas
Quos vt pia Mater amas:
Ego Mater ſum amoris
Magnæ ſpei, & timoris,
Charitatis ſpeculum.

In Bayenſi Braſiliæ Collegio ſingulis Sabbatis veſperi per ſymphoniacos Antiphona *Salue Regina* cæli Reginæ hoc anno multo apparatu cani cœpta.

obijt Ferrariæ, 1607. 3 Febr. Illam pro defunctis orare.

417 *Ioannes Petrus Diuitia* Coadiutor defunctos in Societate ſingulari planè ſtudio Deiparæ commendabat: & quotquot in triclinio pro more nomina in Societate mortuorum recitari audiebat, ſingulos adnotabat, & pro ſingulis Deiparæ coronam ter perſoluebat. Sic ille alijs, & eadem operâ ſibi per illam ſalutem quærens, implorato illius nomine id agebat. Ita S. Anſelmus vtilem in ſubueniendo memoriam nominis Matris DEI dicens, ait quòd *magnæ ſalutis afferat fructum frequens meditatio amoris eius.*

de excell. Virg. c.6.

obijt 1607 Mantuæ 24. Apr. Pro obuijs illam orare.

418 *Iacobus Magnus* Nouitius inter alia præclara, hoc etiam in more habuit, vt pro eo quem fortè obuium habebat, ſtatim ad B. V. ſupplex *Aue* MARIA recitaret.

419 Narrant annuæ Braſiliæ, Piratiningæ pueros cùm è ſcholis noſtris exeunt, miro erga Deiparam animi ardore ſucceſſos *Aue* MARIA cantare, domoſque ſingulas à reducibus è ſchola paruulis cantu illo MARIANO & Angelico reſonare.

obijt 1607 11. April. Imagines B.V. attentè ac pie aſpicere.

420 *Benedictum Goëz* anno 1583. viſa in altari Deiparæ ac paruuli IESV imago ad lachrymas, ad ſerium de peccatis dolorem, ad militarem vitam, cum

Digitized by Google

cum IESV Societate ac militiâ commutandam permonuit, vt in Incitamentis dixi. S. Ioſeph Græcus; *Virgo*, inquit, *alabaſtrum ſpirituale fert* CHRISTVM *vnguentum inexhauſtum*. n. 50. m. ſ. 20. Dec.

ANNO MDCVIII.

421 Hiſpali hoc anno exuit mortale corpus *Iacobus Fernandez* Coadiutor ſilentij ac pietatis amantiſſimus. Nullum diem abire permiſit, quin particulatim, & valdè flagranter extremum ſuum diem Deiparæ commendaret. Sub mortem audito nomine SSS. Trinitatis vnicè gaudio exultauit. Deinde ad Beatiſſimam Virginem conuerſus, id quod hactenus per omnes vitæ dies quotidie petiebat flagitauit: vt illa iuuaret morientem, & ab hoſte defenderet. Mox quaſi quiddam videret attonitus: *O* IESV, *O* IESV *bone*, inquit, *quid rei hoc eſt? O proditor animarum, quid quæris? vt ego deſeram, vel ſpem abijciam de ope* IESV *&* MARIÆ? *vt quicquid hactenus in religioſo ſtatu lucrifeci omne id perdam? Nunquam id faciam*. Et petitâ Crucifixi effigie, atque acceptâ expirauit. *Miſerere*, inquit Bonauentura, *ſeruorum tuorum, ſuper quos inuocatum eſt nomen tuum, & ne ſinas anguſtiari eos in tentationibus ſuis*.

Mortem ſuam B. Virgini quotidie commendare.

pſal. 69.

422 Corona Beatiſſimæ Virginis geſtata valebit contra hoſtes quos non videmus: quemadmodum etiam contra eos qui videntur valuit *Iacobo Sarauiæ* Coadiutori hoc anno extincto. Is à Mauris maritimis captus, mirabili erga DEI Matrem fiduciâ coronam B. Virginis manu oſtentans; nihil vos metuo, ait, dum hæc mecum eſt. Et magnâ cum omnium admiratione, atque gratulatione liber euaſit. Idem Bonauent. hanc explicans fiduciam: *Glorioſum, & admirabile eſt nomen tuum: qui illud retinent, non expaueſcunt in puncto mortis*.

Corona B. Virginis ſe tueri.

in elogio.

pſal. 110.

Nier to 3. p. 495. obijt 1603 423 Marcus Antonius Italus Coadiutor taurum ferocem, manſuetum repentè habuit roſario illum ſignans.

424 Etiam contra triſtes mentis emotæ vel perturbatæ imagines opem Deiparæ implorandam ſuadet quod ſequitur. Apud Rothomagenſes, emotæ mentis hominem, & iam furioſum ex inani ſpectro (quod illi aſſiduè, tanquam hominis mortem intentantis ſpecie, obſeruabatur) cùm varijs fruſtra remedijs curare conati eſſent, conſultus vnus è noſtris, B. Virginis opem implorandam reſpondit. Itaque ad ſuburbanum B. Virginis templum, cui *à Bono auxilio* nomen, vt ægrum ducant, ibique ſacrum pro eius incolumitate faciendum curent, autor eſt. Quod ita feliciter ſucceſſit, vt peracto ſacro, æger ſomno ſe dederit: expergefactus redditam ſibi mentem, ac paucis poſt diebus redintegratas corpori vires, quas vis morbi atriuerat, gratulatus ſit. Hæc eſt illa Beato Petro Damiano: *Cumulata diuitijs, & delicijs affluens*: quas illis ſeruat qui ſciunt & ipſi ad illam confugere, & alios conſilio ducere, *bono* per illam *auxilio* adiuuandi.

Ad mentem tranquillādā, illius ope iti.

Annuæ p. 348.

in Aff. B. V.

425 Angelum cuſtodem cum B. Virgine & S. Ignatio contra mortis pericula eſſe inuocandum ſuadet mors Nouellarienſis noſtri æditui. Nouellariæ anno 1608. Dæmon in energumena quadam, die quo ſepulturæ mandandus erat Antonius Fauſtinus Coadiutor, poſt alia plura interrogatus, quiſnam præcipuè ex Beatorum choro Antonio opemque tuliſſet animam exhalaturo? *Beatam Virginem* reſpondit, *& Ignatium Societatis Authorem; Angelum præterea eius cuſtodiæ deſtinatum* ita poſtremis illis temporibus propitium perſtitiſſe, vt non ſit paſſus vllam à quoquam è tentatoribus ſpiritibus agi-

B. V. morientem Coad. defendit.

Annuæ pag. 816.

Digitized by Google

agitationem. Hæc Angelorum omniumque Sanctorum Regina ſe talem eſſe oſtendit, fitque nobis veteri Andreæ Hieroſol. Archiepiſcopi elogio, *theſaurus vitæ immarceſcibilis.*

426 Sabbato prolixiùs orandum, & hiſtorias de Beatiſſima Virgine narrandas docet *P. Sebaſtianus à Campo*, vt eius vitæ ſumma habet edita in hunc annum, quo deceſſit 6. Auguſti, teſtatus miro ſolatio eſſe morientibus MARIAM impenſiùs coluiſſe. Is adhuc ante Societatem initam, tantum temporis impendebat orationi, vt Sabbatis omnibus ab occaſu ſolis ad ſubſequentis vſque diei gallicinium, & flexis genibus, & nudo capite (quando etiam frigus rigidum ſæuiebat) coram effigie B. Virginis Annunciatæ in Noſocomio perſiſteret. In Societate poſtea ieiunabat perpetuò diebus Sabbati in obſequium B. V. quam vt comparabili proſequebatur amore; ita aliquoties meruit diuino eius patrocinio tegi. Officium quoque B. Virginis quotidie recitabat. Quicquid illius gratiâ faciamus, nimium non eſt; quicquid eius amore patiamur parum eſt, breue eſt: illa enim, eodem Archiepiſcopo ibid. teſte, eſt *immenſi gaudij genitrix.*

in S. Mariæ ſalutationem.

Sabbato prolixiùs orare.

Vide annuas à pag. 896. Incit. n. 121.

427 Idem *P. Sebaſtianus de Campo* qui Sabbatis omnibus ab occaſu ſolis ad ſubſequentis vſque diei gallicinium (vt vocant) flexis genibus, aperto ſemper, etiam in aſpera hieme, capite, coram B. V. Annunciatæ effigie noctes totas in ſancta peruigilatione ducebat, in Catalaunia à prædonibus captus, iamque ad necem, ne illos proderet, deſtinatus, & arbori alligatus, ab ijs orandi ſpatio impetrato, conuerſis ad Montisſerrati Virginem oculis, illam pro ſubeundæ mortis articulo implorauit. Interea vt orandi finem faceret vrgebatur:

Sabbato illam colere.

In periculis ad illã confugere. Nier. t. 4. pag. 90.

Digitized by Google

batur: ſed ille poſtremum id orandi tempus in hac vita ſibi eſſe ratus, eò ampliùs exardeſcebat in preces. Et ecce tibi ſe repentè liberum ſenſit; nec vllum latronum adeſſe. Tum ad Montis ſerrati Virginem abijt, ſeque illi in actionem gratiarum in mancipium iterùm dedicauit. Plura de illo dedi anni Mariani Sabbato 4. *Theſaure vitæ*, inquit S. Andreas Cret. Archiep.

Incit. 121.

ode 8.

428 Illud quoque ad Virginis magnæ cultum facit, vt ſacellum eius, ceu conclaue ſecretum, demiſſione, ac diligentiâ quantâ potes nonnunquam verras. Conimbricæ hoc anno ſpiritum DEO reddidit *P. Melchior Franciſcus* 3. Vota Profeſſus: de quo ait eius elogium: illum in Beatiſſimæ Virginis cultum feruentiſſimo quodam ſpiritus æſtu concitatiùs incubuiſſe: atque ante & poſt Sacerdotium ſolenne ſemper habuiſſe B. Virginis ſacellum, quod domi erat, detergere, ſcopis purgare, omni elegantiâ, & concinnitate componere, atque adornare. Benè per humilitatem colitur MARIA S. Bonauenturæ dicta *Mater humilium*.

Sacellum B. V. verrere.

Annua.

hymno, laud. Mariæ.

429 Modum vota ſua etiam coram Deipara iterandi, ſeque hac etiam arte DEO arctiùs adſtringendi, nunc demus. *Hieronymus Cignardus* S. IESV ſcholaſticus anno 1608. in vigilia Purificationis Deiparæ deuotam illi animam dedit. Ait eius elogium, nouum induſtriæ genus ab illo in colenda Deipara excogitatum, quando, conſulto ſpiritus præfecto, & præmiſſo dierum aliquot per pijſſimas exercitationes apparatu, ſe coram B. Virg. ſtitit, & nouo nomine vota ſua religioſa coram illa repetijt; vt vota ſua Domino eo ſanctiùs redderet, quò ſe ardentiùs ijſdem etiam Dominæ obligaſſet: quaſi cuſtodi futuræ theſauri tanti, ſeu veluti theſaurariæ.

Vota verâ B. V. inſtaurare.

Poſ-

Digitized by Google

Poſſet ea res in hunc ferè modum inſtitui : nam quibus verbis ille ſit vſus , non inuenio : MARIA , *Omnipotentis ac ſempiterni* DEI *Mater admirabilis atque amabilis : Virgo pauperrima, Caſtiſſima, Obedientiſſima : Ego N. licèt vndecunque diuinæ Maternitatis tuæ conſpectu indigniſſimus, fretus tamen Filij tui pietate ac miſericordia infinita, maternaque tua benignitate ; & impulſus tibi, ſecundùm* DEVM , *ardentiùs ſeruiendi deſiderio ; Voueo coram Filio tuo , coram te , & curia cæleſti vniuerſa , cuius tu auguſtiſſima Regina es , Diuinæ Filij tui, & tuæ eminentiſſimæ ac ſuper omnes creaturas à* DEO *exaltatæ Maieſtati Paupertatem , Caſtitatem , & Obedientiam perpetuam in Societate* IESV *Filij tui, & tua: omnia intelligendo iuxta ipſius Societatis conſtitutiones . A tua ergo Materna bonitate & clementia per amorem* IESV CHRISTI *Filij tui, & ſanguinem, peto ſuppliciter , vt hoc holocauſtum in odorem ſuauitatis SSS. Trinitati ,* DEO *meo, offerre digneris ; vt ſicut largitus mihi eſt per te ad hoc deſiderandum & offerendum , ſic etiam per te ad explendum gratiam vberem largiatur . Amen.* Certè ſi è laudato aliàs Bernardi conſilio quicquid offerre paramus per illius manus eſt offerendum , quid ni etiam noſmetipſos ?

430 Vetus eſt quod ſubijcio : ſed nouo firmatum exemplo . Idem *Hieronymus Cignardus* Mediolani plurimas , quæ iſtic , vtpote in Vrbe vndequaque pijſſima , viſuntur B. Virginis imagines , aperto capite etiam in ſole ac pluuia , verbis Angelicis religiosè alloquebatur . Si quod conclaue ingreſſus iſtic Deiparæ videret imaginem , illam priùs quàm vllum iſtic alium ſalutabat . In templo in illius ſalutatione diu ſuauiterque lachrymabundus hærebat. Simpliciſſima, ſed veteris pietatis plena ſunt illa S. Bonauenturæ carmina, quæ huc faciunt :

Imagines B.V. per Vrbem ſalutare.

in eius opuſc.

Vir-

Virginis intactæ dum veneris ante figuram,
Prætereundo caue, ne ſileatur Aue.
Inuenies veniam ſic ſalutando MARIAM.

obijt 1608 19. Oct. æt. 58. 431 P. *Martinus del* RIO ſuæ pietatis monumentum edidit anno 1607. *opus Marianum* Lugduni, Deiparæ ipſi dedicatum, in quo *ſpeculum Marianum*, ſpeculum patientiæ, & charitatis IESV & MARIÆ, polemicæ de feſtis B. V. denique florida MARIANA de laudibus B. V. in feſtis eiuſdem. E pijs quibuſdam, & doctis quos laudat, ait B. Virginem cum Filio conficere ſupra Seraphinos hierarchiam ſingularem. *pag. 445.* Alibi: Licèt, inquit, omnes Martyrum omnium dolores commiſceas, & vni lanci imponas, altera, in qua ſint MARIANI dolores, vt plumbea moles lanæ velleri præponderabit. *pag. 828.* Toti illi libri Sodalium mores aptè erudiunt; vt Deiparam corde & opere diligamus. Hæc enim eſt illa, quæ, quemadmodum ait S. Ildephonſus, *diuinis extenuata diſciplinis, multis virtutum repleta erat odoribus, per quas quotidie ſe in holocauſtum Domino concremabat incendio pij amoris, & deſiderio charitatis.* *S. 6. de Aſſ. B. V.*

obijt 1608 in Gallia, Mortis obeundæ deſiderium illi commendare. pag. 278. 432 *P. Ludouicus Floccardus* cùm in B. V. æde diuinum Sacrificium celebraret, meminit ſe olim puerum, voto à parentibus ad B. V. concepto, perſanatum. Quam ergò vitam tunc Virgo illi produxerat, eam ſibi eadem apud DEVM ſuffragante præcidi flagitauit, & impetrauit, vt latè Annuæ Lugdunenſes.

ANNO MDCIX.

Nil negare petenti nomine B. V. 433 Nec illa DEI Matris colendæ ars vacat multis domi exemplis, quâ eius nomine petenti negare aliquid vix audent multi è clientibus illi addictis. Hoc anno Calari vitæ curſum expleuit P. *Ioannes Rogerius* Deiparæ colendæ iam inde à

puero

puero ita deuotus, vt illius amori iam tum perpetuam vouerit puritatem. Reperta eſt ſcheda in qua votum ſuâ manu conſcripſerat; nihil ſe vnquam negaturum eorum quæ à ſe B. Virginis nomine efflagitarentur, ſi poſſet. Quod ſi res petatur quæ non poſſit, aut quæ non debet impetrari, aliud quidpiam, ne preces irritæ abeant, faciendum quod roganti ſit vtile; v. g. orandum pro illo. *Anna*, inquit S. Ioannes Damaſcenus, *Anna bonum theſaurum mundo peperit*. Hunc theſaurum accipis cùm das aliquid eius nomine rogatus.

Annuæ pag. 104.

orat. 1. de Nat. B. V.

434 In morbo obedientiâ colere B. Virginem docet ægros *P. Deſiderius Colinus* hoc anno morte ablatus. Eius erga auguſtiſſimam DEI Matrem, & Euchariſticum Sacramentum amor crebris lachrymis conteſtatus eluxit etiam in morbo. Mirum illud in eo fuit, quòd cum phreneticus à mente aberraret, audito MARIÆ nomine ad mentem reuocaretur. Eiuſdem honori voluntatem ſuam, etiam in morbo, ad omnem obedientiam dedicârat, in omnibus ad omnia parere obedienter promptus. Si quid ergò moleſtum imperaretur, obedientiam ſibi Deiparæ nomine imperabat, identidem illud ingeminans: *Abſit: abſit vt ego B. Virginis cauſa obtemperare nolim.* Multis Beatiſſimæ Virginis obedientiam contra Euæ inobedientiam exaggerant Patres: quippe MARIÆ obedientia ſaluti nobis fuit, dum dixit Angelo: *Fiat. per illam, & in cælis habitamus,* vt ait S. Iſidorus, *& Paradiſum recuperauimus.*

Obedientia illam colere.

orat. 4.

435 Diſcant exemplo nunc afferendo confeſſarij, vt rudis & implicatæ conſcientiæ homines ad B. V. opem implorandam hortentur. Rothomagi ruſticus cùm peccata ſua coram ſacerdote comme-

morare innato quodam ſtupore nequiret, vt aiunt literæ huius anni, ex eiuſdem Sacerdotis noſtri mandato ad Diuæ Virginis ſuburbanam ædiculam, tantæ patronæ ſubſidium rogaturus, abierat. Factâ ſupplicatione rediјt ad tribunal: ibique tam diſertè ac perſpicuè conſcientiæ ſuæ cauſam egit, dixitque, virum vt in Theologiæ ſtudio multos annos diligenter verſatum crederes, teſte ipſo Patre autore conſilij qui confitentem audiuit. Per illam petenda eſt lux cordi & conſcientiæ, quæ S. Iſidoro, *globus eſt lucidiſſimus*: item; *lucidiſſima, diuinaque imago*.

Annal. pag. 135.

Confeſſioni preces ad illam præmittere.

orat. 1.

436 Sabbato pauperes euangelizare huius quoque anni fuit induſtria. Nam eædem literæ in more aiunt eſſe, inſtitutoque Ciuitatis Rothomagenſis in Gallia, vt pauperes ſingulis ſabbatis, ſtipis publicæ causâ, conueniant in quatuor diuerſa vrbis templa. Noſtri huiuſmodi opportunitate ad Chriſtianam eorum catecheſin vti voluerunt; Magiſtratumque authorem habuerunt (non ſine offenſione nonnullorum, primò, nunc verò conſenſu omnium & approbatione) de cuius ſententia pauperes ſabbato quouis ante eleemoſynam nummariam diuini verbi pane per horæ ſpacium ſemper paſcuntur. MARIA, eodem S. Iſidoro illam ſic laudante, *eſt officina ſanctitatis, & ſanctitatis ſacrum templum*. Decet itaque ſabbatino eius die tradi hæc elementa ſanctitatis.

Sabb. Catecheſim celebrare.

Annuæ pag. 137.

orat. 2.

437 Edidit hoc anno Antuerpiæ P. Ægidius Schondonchus Paraphraſticam explicationem in *Salue Regina*: & in *Aue maris ſtella*.

438 Braſilia hoc anno laudat eam quæ iſtic ſociorum operâ perpetua eſt conſuetudinem paruulorum: qui vt primùm audiunt æris campani ſonum

quo

quo ad ſacrum populus euocatur, ad templum conuolant, & alternis choris hinc IESVM concinunt, hinc MARIAM, vſque dum adſit tempus diuini Sacrificij inchoandi; *Omnibus*, inquit S. Ioſeph Græcus, *omnibus in laudem tuam effuſis animæ ſalutem largitis præmij loco.*

Ante ſacrū Iesū, & Mariā cantare.

Men. 3. Ian. ob. 1609.

439 *P. Alphonſus Miranda* noctu ſurgebat, & *Beatiſſimæ Virginis officium* cum alijs precibus recitabat. Colebat DEI Matrem etiam pudicitiâ oculorum. Sæpè illi Inda quædam loquebatur in templo. Illam ille in facie nunquam vidit.

Guamangæ. 3. Iul. Noctu orare. Oculos coercere.

440 Conſtanter in ijs quæ Deiparæ deſtinauimus perſiſtendum monet noſtri tironis exemplum, & pœna; de quo ſic annuæ Rothomagenſes: E tironibus noſtris adoleſcens, cùm ante ingreſſum tirocinij, magnâ morbi cuiuſdam difficultate exercitus, ob id Societati ineptum ſe fore meritò pertimeſceret; ad B. Virginem, vltimum ſui mali remedium, ſibi perfugiendum ratus, eiuſdem Partheniæ ſodalitatis ſacris vſibus calicem aureum deuouet; Virgini ipſi, quotidie quinas genu flexo ſalutationes. Ex eo tempore ſenſit illicò eam inualetudinis moleſtiam releuari in dies, ijs exceptis diebus, quibus promiſſæ ſalutationis fidem aut non exolueret, aut id indiligentiùs præſtaret. Geminum beneficium: alterum corporis, animi alterum; illius, à morbo, huius à tepido languore perſanati. Ab hoc liberari petit S. Ioannes Damaſcenus dum dicit: *Luce tua illuſtra me in tenebris grauis ſocordiæ iacentem.*

Conſtantiam tenere in cultu B.V. pag. 136.

Teporem animi excutere.

m. ſ. Dom. ode 9.

441 P. Iulius Mazzarinus impreſſit hoc anno Romæ Diſcurſum *De obligatione grati animi erga B. Virginem.* Alium *De deuota imitatione exemplorum B.V.*

Digitized by Google

obijt 1609 Nangaſachi. 442 P. *Organtinus Brixienſis*, cum adhuc puer, à fæda hernia per B. V. Lauretanam eſt liberatus.

Domo non niſi cum B. V. imagine prodire. 443 Hoc anno, vt de illo perſcribitur, Dolæ è Coadiutoribus domeſticis obijt *ſingularis quidam B. Virginis cultor*, adeò vt nunquam abſque eiuſdem imagine (quam ſemper ſub infima tunica ſecum ferebat) extra Collegium pedem poneret; cui & omnia, ſecundùm Devm accepta meritò referre ſe prædicabat. Sic ibi. Felix profectò cui ex hac vita migranti cum tali elogio, ſed vero, licet proficiſci ad æternitatem! *Horreſco*, inquit S. Ioannes Damaſcenus, *horreſco tribunal illud, ò plena viſceribus miſericordiæ! Domina, ex illa neceſſitate eripe me!* *m. ſ. fer. 4. ode 9.*

Pietatem erga B. V. inſtaurare. 444 Collegium Biſuntinum ſodales ſuos omni induſtriâ prouehit in obſequijs Marianis. Hoc anno ad templum noſtrum piâ ſolemnique ſupplicatione iuêre in peruigilio B. V. Annunciatæ, ibique nuncupatis coram Sichemienſi Deiparâ ſuis votis, in tabulâ ei cor argenteum cum hac epigraphe obtulêre: *Cor illi deuouere.* *Congregatio Annunciatæ Virginis hanc puro ex corde puri cordis effigiem, purioris obſeruandæ puritatis ergò, puriſſimæ Virgini, cuius ex montis acuti quercu, in Collegio Societatis* Iesv *Veſontienſi colitur imago mirabilis, vouet, dicat, dedicat.* Ad eam B. Virginis imaginem mira patrari narrant literæ huius, aliorumque annorum.

ANNO MDCX.

445 Si quod impedimentum videas in bene deſtinatis, illud per B. V. tolli vt petas, ea ſuadent, quæ de *P. Thoma Sanchez* hoc anno extincto Granatenſe Collegium ſic narrat: *pag. 475.* Cùm ab infantia balbutiret, atque ob id linguæ vitium à Societate, quam ardentiſſimis votis ambiebat, repelleretur; ad aram Deiparæ, quæ *ſancti fontis* nomine extra Cor- *Linguam emendandam illi offerre.*

dubæ

dubæ pomœria magnâ veneratione colitur, confugit: genibus flexis, & defluentibus per faciem lachrymis teſtatus non ſe priùs inde receſſurum, quàm fandi facultatem expeditam impetraſſet. Mouit conſtans pietas miſericordiæ Matrem, quæ ſtatim hæſitationis deformitatem in illo ſic correxit; plus vt non relinqueret antiqui mali; quàm quod ſatis eſſet ad memoriam collati beneficij. Oremus & nos Deiparam ore ac verbis S. Ildefonſi: *Domina mea, dominans mihi, te oro, te quæſo; habeam ſpiritum Filij tui, ſpiritum Redemptoris mei.*

libro de Virginit. B.V. c. 1.

446 Accepti ſemel à B. Virgine beneficij memor vt viuas, præit exemplo idem *P. Thomas Sanchez* ibid. narratus. Is quoties Cordubam proficiſcebatur, priùs ſalutabat Virginem quàm Collegium: ac proximum quemque diem in ſacello *fontis ſancti* meditando transigebat. In vigilijs feſtorum B. Virginis vixit pane tantùm, & aquâ contentus. Sic Thomæ noſtri exemplo, & Heſychij Hieroſol. ſententiâ, *iure proculdubio grati animi lingua ſalutat Virginem*: cui aiebat S. Caſimirus: *Lingua mea, dic trophæa Virginis puerperæ.*

Gratias agere pro beneficijs.

Vigiliæ feſt. B.V. homil. 2. de B.V.

447 Videamus nunc quomodo debeamus B.V. cultum cum cultu SS. Crucifixi, & SS. Sacramenti coniungere. Idem *P. Thomas Sanchez* ſanctiſſimis nominibus *Euchariſtiæ*, IESV, & MARIÆ veluti ære triplici, ac telo tergemino, in omne periculum & hoſtem quemuis tam feliciter vtebatur, vt illis ipſa etiam inſomnia iugularet, illis nominibus nullam à præcipitio ſtitit. *Omnis*, inquit in ſuarum rationum libello, *omnis cura mea & ſolicitudo erit ſanctiſſimum Sacramentum*, IESVS *Crucifixus*, MARIA *Virgo*, *erga quam ſingulari ſtudio afficiar. Ad illam vt Matrem in omnibus neceſſitatibus, difficultatibus,*

Euch. Crucif. & B.V. cultum coniungere.

bus,

bus, ſtudiiſque recurram: per eam DEO *gratias agam pro quouis opere facto in* DEI *obſequio; per eam veniam precabor pro quouis defectu admiſſo: per eam illos* DEO *commendabo, qui mihi moleſtiam aliquam exhibuerunt.* Deſcripſit in ſcheda illa verba: *Sanctiſſimum Sacramentum,* IESVS *Crucifixus, &* MARIA *Virgo:* & in Breuiario eam ſchedam ſecum geſtabat: illis pronunciatis pro oratione iaculatoria vtebatur contra id quod vellet vincere. Crux, Euchariſticæ ſpecies, & MARIA ſunt thronus DEI. *Aue*, ait S. Ioannes Damaſcenus, *inclyte* DEI *throne. Omni laudum lege gloriæ tuæ maior eſt excellentia.*

inter cantica fol. 410.

448 Eiuſdem *P. Thomæ* ars eſt illa; vt alicuius virtutis exercitationem particulatim B. V. offeramus. Nam præter gratias quas DEO per illam reddebat pro bonis quæ agebat; præter veniam quam per illam petebat; præter preces quas per illam pro illis offerebat à quibus offendebatur: ineunte menſe aliquam illi virtutem deſtinabat, illius ope illius honori & amori exercendam per illum menſem. do vltimum eius vitæ menſem, de quo ita ſcripſit: Menſe Aprili ſanctiſſimo Sacramento plurima deuotio, & charitas: CHRISTO Crucifixo multa patientia: *Beatæ Virgini exactum ſilentium.* Et hæc facto examine particulari excolebat, adnotabat. Feriam v. ſanctiſſimo Sacramento, vi. Crucifixo, *Sabbatum* B. Virgini dedicabat. Virtute quippe coli vult, quæ, S. Iſidoro id affirmante, *ita ſe diuinis vt ita dicam depinxerat coloribus, vt in ſe exprimeret effigiem deiformem.*

Quot menſibus aliquam virtutem particularem illi offerre.

B. Virginem ſilentio colere.

orat. 2.

449 Die Sabbati ait idem *P. Sanchez* ſe id facturum in honorem B. Virginis, quod feriâ v. in honorem SS. Sacramenti: adhibitâ nempe vnâ verberatione, & geſtatione cilicij, cum continua illius

recor-

recordatione, & adhibitâ ſingulari curâ lucri ſpiritualis. Sabbatum, dies illius eſt: decet illum à nobis omni pietatis elegantiâ ornari; eius amore, quæ ab eodem Iſidoro dicitur; *Splendor naturæ noſtræ, creatura nouitate iucundiſſima, gratiarum mare, florum omnium fragrantiſſimum pigmentarium.*

Sabbato facienda adnotare.

orat. 4.

450 Pulcherrima ſunt, eòque merentur omnem memoriam ea quæ hoc anno ſcribit Collegium Biſuntinum. Dabo quædam è multis: Sciendum, inquit, vix quicquam, quod quidem alicuius momenti eſſet, ab hoc Collegio ſuſceptum, ſeu in domo, ſeu gymnaſio, ſeu templis, ſeu foro intra & extra Vrbem, quod non B. Virginis auſpicijs fauoreque expediatur. Hæc argumentum concionatoribus, thema præceptoribus, lemma theatris, materia colloquijs ſermonibuſque publicis, & priuatis locuples fuit. Vnde in vnius Virginis commendationem quodammodo conſpirantes cultum eiuſdem facilè celebriorem reddidêre. Eo fine inſtituta ſodalitia ſunt, &c. Sodalium vnus votum caſtitatis ſanguineis characteribus in ſcheda expreſſit, & in lipſanotheca circumtulit. Anno ſuperiore cor argenteum à Sodalibus Deiparæ appenſum: hoc anno in ſuum anathema ſpirantes velut animos infuderunt, dum libellum eleganter concinnatum ſingulorum ſodalium nomina & promiſſa continentem addiderunt, argenteâ thecâ reconditum. Ita à noſtris informati Parthenij: ita alios quoque informarunt. ſic ibi. Vellem ego, illo anno Biſuntino Collegia omnia, ſecula omnia, mundumque impleri.

Cum ſocijs piè velut coniurare ad cultum B.V. propagandũ.

451 Cordubenſes hoc anno nouas puritatis artes iuuentuti ſuggerentem Noſtrum ſic narrant: Audierat è noſtris narrantem ſodalis; ad corporis laſci-

Suggerere documenta pro puritate B.V. ope tuenda.

Digitized by Google

laſciuiam compeſcendam præcipuè valere annulum literis; *Aue* MARIA; inſcriptum, ſi eodem quis Virgini ſe quodammodo deſponſaret; id quod etiam exemplo demonſtrabat. Voluit ergò Sodalis experimentum huius rei facere, & contra eaſdem moleſtias eodem remedio vti: quod ita ſucceſſit, vt hominis naturam ea in parte prorſus exuiſſe ſibi videretur. S. Hieronymus: *Hanc, ait, imitamini moribus, ſequamini caſtitate: huius auxilium implorate.*

in feſto Aſſ. B. V.

452 *P. Franciſcus Antonius* Luſitanus in eo quem de Miſſa, reliquijs &c. anno 1596. Madriti edidit libro ſuadet exemplis cultum Deiparæ in imaginibus. In quadam Hiſpanorum victoria quàcunque ibat vexillum B. V. imagine inſignitum vbique hoſtium cædem fuiſſe. Cæſa ducenta millia Maurorum, cùm Chriſtiani non plures quàm vigintiquinque ceciderint. Florentinæ Annunciatæ B. V. vultum diuinitùs pictum fuiſſe: Quendam qui ſua peccata coram B. V. imagine confitebatur ſufficere id ratus, lumen tandem accepiſſe in quo errorem ſuum agnouerit. Hæc, hiſque plura poſteaquam adduxit, adiecit S. Gregorij Secundi Pont. Max. authoritatem, dicentis, eos qui B. Virginē in illius imaginibus venerantur, multa & magna præmia relaturos. Ipſe P. Franciſcus flexis genibus Beatiſſimæ Virginis officium cum catalogo nominum è Sanctis menſtruis contextorum recitabat quotidie vnà Reginam Sanctorum colens & Sanctos.

obijt 15. Feb. 1610. Madriti.

B. V. Imagines colere.

l. 5. c. 5. à f. 224.

453 Hoc anno Venetijs typis datus eſt P. Laurentij Maſelli liber inſignis De vita B. V. Matris DEI, in quo (vt aiunt Alegambe & Marraccius) continetur quicquid hactenus ad B. V. memoriam, & dignitatem apud graues Autores reperiri potuit. Item

obijt. 1610 Pinciæ...

454 *P. Nicolaus Bonartius* edidit *Apologiam pro*

pro B. V. *Aſpricollis*. Colamus illam ſapientiâ, libris, & cordibus. S Bernardus: *ſapientia*, inquit, *paterni cordis erat fructus vteri Virginalis*. *homil. 3. fol 13. tom. 1.*

455 *P. Simeon Riuiere*, vt ex annuis Toloſanis narrò in Pretioſis occupationibus morientium in Societate c. 5. n. 1. Deiparam perquàm ſtudiosè coluit freqventiſſimâ dulciſſimi illius cum diuino IESV nomine coniuncti nominis vſurpatione; adeò vt ſua ſuſpiria his ferè nominibus permiſceret, ac veluti ſagittas, cuſpide aureâ penniſque armaret. Annum ſolidum in eo illum perſtitiſſe conſtat, vt nullam horam, vigil quidem, imò ne quartam quidem horæ partem, abire permiſerit, quin IESVM, & MARIAM ſuaui aſpiratione pronunciaret, ceu ſupremas teſſeras vitæ noſtræ, ac mortis. Feliciùs certè ille duo hæc, DEI nempe, ac DEI Matris nomina è corde imo hauſta geſtauit in ore, quàm olim Ethnici Iouis nomen in lamina ſua geſtauerint. *Singulis horis nomen illius piè vſurpare.*

456 Obſoleſcentem Deiparæ cultum in templis inſtaurare pertinet ad induſtriam honoris ac amoris MARIANI enixè propagandi. Miſſio Fauentina anni 1610. id in parte curarum ſuarum eſſe voluit. Erat, inquiunt literæ, quodam in oppido ædes Virgini Matri dicata, hominum, vt fit, incuriâ tam obſoleta atque obſcura, vt ſtomachum Deiparæ ſtudioſis illicò moueret. Inſtituit in ea concionem ipſo die natali Virginis Sacerdos noſter: dixit pro Virgine quantâ potuit contentione & feruore. A concione ſtatim ipſe ad ſimulachrum Virginis appendit donum auro ac margaritis præclarum: concionatoris exemplum ſecuti deinceps auditores. Sic factum breui eſt, vt deſertum illud, neglectumque templum cœperit donarijs inſigniter *In templis neglectis cultum B. V. reſtaurare.*

Digitized by Google

clarere, & diteſcere. Sic epiſtola: Mirum quantum tangitur tenerum eius pectus, qui Deiparæ Matris honori ſtudet, ſi quid eius amori poſſit adijcere. Atque hoc ipſum cæleſtis cuiuſdam indolis, indicium eſt, & nota electorum. Hinc illud S. Hildefonſi Toletani de B. V. loquentis: *Sequuntur eam omnes electorum animæ.*

ſer. 1. in Aſſ. B. V.

457 Franciſcus de Roa Coad. 70. annos natus, nomine ſanctimoniæ celebratus, Diuinæ Matri colendæ conſtanter addictus fuit in officio Ianitoris: aiebatque ſe id à Beatiſs. Virgine, vt ſperabat, impetraſſe, vt eo die demigraret è vita quo illa fuit ab Angelo ſalutata. Res ex voto ſucceſſit, morte obitâ illo die quo dixerat: de quo die S. Greg. Thaumaturgus: *Hodiè renouatur Adam, & choros cum Angelis agit, in cælum ſublatus. Hodiè perennis virtutis texuntur corollæ. Hodiè ſacra beneuolorum, & religioſorum, dieſque feſtos ſtudiosè colentium capita coronare vult* Devs.

obijt 1610. Murciæ.

Feſtum Annunc. B. V.

ſerm. 1. in Annunc. B. V.

458 *Leonardus du Bois* Nouitius, cùm per iter comites itineris ſui (ignarus quòd hæretici eſſent) in B. Virginem licenter garrientes audiuit, non ſolùm illos acerrimè coarguit, verùm nec eidem cum illis menſæ deinceps accumbere, imò nec ſub eodem tecto morari, nec iter vnà proſequi voluit, eo linguæ procacis & blaſphemæ, odio ſuum erga Dei Matrem amorem teſtatus.

ob. 1610. 28. Iun. Burdigalæ.

Fugere, ac horrere quicquid eſt contra honorem B. V.

ANNO MDCXI.

459 P. Ioannes à Campis hoc anno 29. Februarij mortuus, perpetuam Dei Matris memoriam vt haberet præ oculis, roſarium geſtabat in manu. Quolibet die ſabbati Nouitios adibat, & illis exemplum de B. Virgine oratione ad pietatem tenerè appoſitâ narrabat. ſub mortem cuidam di-

Sabbato de B. V. aliquid narrare.

Digitized by Google

dixit: *O ſi noſſes, mi Pater, quantum in morte afferat animo ſolatium Deiparam ſingulari ſtudio coluiſſe*. Et: *O filij Adam, ſeruite illi, amate* MARIAM *impenſiùs: neſcitis quàm neceſſarium ſit vobis eius auxilium*. In hoc ille ſolatio expirauit. *Aue*, inquit S. Gregorius Thaumaturgus, *aue. Tu quæ reuera gaudio digna ſunt, agis*.

Auriemma de B. V. pag. 355.

ſerm. 2. in Annunc. B. V.

460 *P. Bernardus Colnagus* hoc anno Catanæ obijt: de quo è multis quiddam ad rem noſtram decerpo; quod fiduciam noſtram accendat vt aliquid palàm dicturi vel acturi ad opem B. V. conuolemus. Fuit cùm 8. Decembris de B. Virgine iuſſus dicere extemporalis Eccleſiaſtes, videret ſibi tantum adhuc vſque ad concionem temporis ſupereſſe quanto ſacrificium Miſſæ poſſit abſolui, ſacro de B. Virgine ſe accinxit. Ibi omnem ad concionem apparatum petenti ſingulare præſidium adfuit: ſacrum abſoluit, pulpitum conſcendit, & de immaculato admirabilis conceptionis myſterio ſpiritu, facundiâ, gratiâ, fructu tanto dixit, vt omnes cum admiratione dicerent; Bernardum à ſeipſo tunc maximis paſſibus ſuperatum. Quippe, quod aiebat de B. Virgine loquens B. Petrus Damianus, *feruentiorem ſtylum glorioſa materia facit feruentiorem*.

Pro concione ſe per illam parare.

Vid. Incit. n. 131.

ſerm. 1. in B. V. Nat.

461 Idem *P. Bernardus* in colenda diuina Matre nouos ſemper inueniebat modos. Eos inter fuit & iſte; vt in eius cultu nunc hunc, nunc illum Sanctum imitaretur, ac magnis cælitum exemplis ad SS. omnium Reginam ex arte cæleſti colendam proficeret, ita ſimul Virginem & Sanctum quem imitabatur veneraturus; atque ipsâ varietate, Sanctorumque adiumento vires ac animum ſibi additurus. Ita CHRISTVS, audiente S. Birgittâ olim dixit: *Propter preces Matris meæ, & omnium Sanctorum*

Sanctor imitari in cultu B. Virg.

Reuelat. lib. 1. c. 5.

adhuc miſericors ſum, & patiens. Quare ſapienter tam B.Virginem quàm Sanctos ſibi deuincit, & per illam ac per illos à Deo petita obtinet, qui nunc iſtum Sanctum, nunc alium in cultu Virginis imitatur.

462 Inſignis quidam è ſacro Capuccinorum Patrum cœtu Eccleſiaſtes retulit; ſe cùm in ſcholis noſtris operam literis daret paruulus, à *P. Bernardo Colnago* ad quandam B.Virginis imaginem miſſum, inſtructumque ab illo vt imaginem Dei Matris, Patris Bernardi nomine oſculatus, eam rogaret vt ijs quæ P. Bernardus petebat annuere dignaretur. *Accedite ad laudem Virginis, & illuminamini*, vox eſt S.Ildefonſi Mariani hortatoris: qui tamen vt nos doceret quomodo ad illam eſſet eundum, poſtea ſubiecit: *Diſcite humiliari*. Pulchra certè ad impetrandum ars fuit ſimplex illa humilitas.

Innocentes ad B. V. mittere ſupplices.

ſer. 1. in Aſſ. B. V.

463 *P. Bernardus Colnagus*, cùm in ſecretiſſimo quodam colloquio de B.Virgine inſtituto exarſiſſet æſtu mirabili, ac Deiparæ amabilem pulchritudinem amanter deſcriberet; rogatus, ecquid illa dixiſſet: Impoſitâ, inquit, meo pectori ſuâ manu mihi dixit: (videbatur illi quaſi ab illa audiret) Laborandum nauiter, & indefeſſum pro ſalute animarum, affer, atque adducas mihi animas, hoc enim obſequium præ omnibus reliquis eſt mihi longè acceptiſſimum, chariſſimum. Optat illa impensè vt noſtras primùm, deinde aliorum animas cælo lucremur. Hæc eſt illa, quæ, S.Hieronymo teſte, *Dedit cælis gloriam, terris Deum, pacemque refudit: fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam*.

Pro animabus laborare.

ſerm. in Aſſ. B.V.

464 Idem P.Bernardus Colnagus, cùm antea Marcus Antonius diceretur, in Societate Bernardi

no-

nomen accepit, factus verè Bernardus Marianus. Nullam B. Virginis imaginem præteribat quin illam præcipuâ reuerentiæ amoriſque ſignificatione ſalutaret, iuxta ſui Bernardi ad B. Virginis imaginem *Salue*, MARIA; dicentis, & ab illa viciſſim *Salue, Bernarde*; audientis exemplum. Salutemus illam ſæpè; vt vel ſic quoquomodo compenſemus quòd pro dignitate ſalutare laudareque non poſſimus illam, de qua, teſte S. Hieronymo, *Quicquid humanis dici poſſit verbis minus eſt*. *Imagines B.V ſalutare.* *ſ. in feſto Aſſ. B.V.*

465 In cubiculo familiarem B. Virginis imaginem habere, ad quam pro conſilio auxilioque recurras, res eſt B. V. clientibus familiaris. Habebat nigram, ſed formoſam B. Virginis imaginem in cubiculo P. idem Bernardus; in qua feliciter confidebat, impetrabat quæ ab illa poſtulabat. Eam nunc aiunt Catanæ in ſacello templi eſſe in veneratione; ac ſtatuto die quothebdomadis iſtic ad eos qui affluunt exemplum de B. Virgine narrari. Ornet illa, ornet etiam cubiculum tuum quæ eſt *aula lucis fulgida*: quæ à S. Ephræm meritò dicitur *præclariſſimum cœleſtis hierarchiæ ornamentum*. *Familiarem B. V. imaginem in cubiculo habere.* *de laudib' SS. Dei Genitricis.*

456 P. *Bernardus Colnagus* ad B. Virginem Lauretanam has (quas è proceſſibus authenticis deſcripſi) literas dedit, & Ambroſio Colnago Mediolanenſi tradidit Lauretum deferendas latinè ſcriptas, in hæc verba omninò ad verbum: *Literas dare ad B. Virginem.*

IESVS MARIA.

O Virgo glorioſiſſima, Mater dulciſſimi DEI, *ac Domini mei* IESV CHRISTI, *memor eſto ſerui tui Bernardi Colnagi, qui etſi maximus peccator ſit, tamen gratia Filij tui ſuauiſſimi, ac interceſſione tua, ò Virgo benedicta, ſperat maximam opem animæ ſuæ; & qua poteſt, etſi valdè exigua ad tantas laudes tuas, te deuotione ob-*

ſer-

ſeruantia, ac amore proſequitur. Ne me derelinquas ſeruum tuum, filium tuum, ſubditum tuum, alumnum tuum, qui poſt Filium tuum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto coæqualis viuit & regnat, nihil præter te habet in quo confidat magis! Serua me, Domina mea, precibus tuis ad Filium tuum. Amen. Quid eſt quod non poſſit impetrare Mater, & talis ac tanta Mater à dulciſſimo Filio? Age, Domina mea, hera, Regina, & Imperatrix mea, ac Angelorum omnium; age inquam, ne deſere ſeruum tuum. Expecto per te bona vera, ſancta, æterna, Filio tuo, ac tibi maximè placita. Vale, & viue, Virgo puriſſima, Mater Saluatoris, lux cælorum poſt Filium.

Virgo decus cæli, terrarum gloria Virgo!
Virgo DEVM *potes æthereo deducere cælo*
Et cælum terris, terras immittere cælo.

Romæ ad cælum per Domum Lauretanam, Domicilium tuum (ò Virgo ſacratiſſima) ac Filij tui Domini mei IESV CHRISTI 12. *die Martij* 1600.

Humillimus, id eſt viliſſimus vermis, ſeruus tuus, nequam licèt, ſeruus indignus tuus Bernardus Colnagus Societatis IESV *Filij tui.*

Reliqua de illo, & de Thoma Cannon vide Incitamentorum num. 131. 132. 133. 134. Veriſſimè S. Thomas Aquinas: *Sicut, per ſtellam maris nauigantes diriguntur ad portum; ita Chriſtiani diriguntur per* MARIAM *ad gloriam.*

opuſc. 5. propè finem.

467 Hoc anno *P. Ioannes Bapt. Roſſi* edidit Mediolani *Lilium Virgineum oblatum B. Virgini*. P. autem *Ioannes Buſæus*, magnus iuuentutis in Sodalitate ad B.V. cultum erudiendæ magiſter, ad defendendum B. V. cultum *Apodixin Theologicam pro ritu orandi Roſarium B. V.* item *Roſarij Hyperaſpiſten*, ſiue depulſionem hæreticarum cauillationum contra Roſarium.

obijt Moguntiæ 1611. 30. Maij.

P. Pe-

468 *P. Petrus Ribadeneyra* Deiparæ tum calamo tum cultu addictiſſimus, non priùs abibat è cubiculo quàm B. Virginem profundâ reuerentiâ ſalutaſſet, genibus humi fixis; poteſtatemque exeundi fieri ſibi ab ea petijſſet. Redux, diſquirebat quomodo foris rem geſſiſſet: & ſi quid in quo deliquiſſet reperiebat, veniam per illam petebat, & ab illa; ſi quid benè actum, gratias reddebat per illam, & cum illa. Ita ille ſcitè ad mores ſuos expoliendos vtebatur ſuâ erga Deiparam pietate: cui dicere poterat illud S. Sabæ ad B. V. loquentis: *Maturas vitæ fruges ex te carpo, nihil damni à ligno ſcientiæ paſſus.*

obijt Madriti 1611

B. V. ſalutare ante egreſſum e cubiculo & poſt reditum. Menæa. 3. Ian.

469 *P. Petrus Fontanus* cùm ingenti moriendi deſiderio teneretur, ad mortem à DEO feliciùs ac citiùs obtinendam nouendiale de B. V. ſacrum peregit: & cùm necdum crederet ſe id quod flagitabat obtinere, diuinæ voluntati ſuam tranſcripſit ad vitam ſeu breui abrumpendam, ſeu longiùs porrigendam. Vix hoc fecerat, cùm repentè morbo correptus, eo ingraueſcente optatæ ac per B. V. impetratæ mortis piè credidit ſe compotem factum eſſe.

ob. Hiſpali 1611. 27. Nou. Nouendiali ſacro de illa facto mortem felicem petere.

470 Etiam per iter coronam B. V. recitare grata DEO & Virgini pietas eſt, quæ in *Iacobo Chapelle* Coadiutore quid effecerit, ſic referunt literæ Turnonenſes: Affirmauit è Noſtris nonnemo, ſe, cùm ante multos annos hîc puer ſtudijs literarum operam daret, ad religioſæ vitæ, adeòque Societatis ineundæ ſtudium mentem adieciſſe, quòd *Iacobum*, dum ad villam Collegij ſummo manè proficiſceretur, Roſarij globulos piè percurrentem curioſiùs è ſpecula ſæpiùs obſeruaſſet. Ita ibi. Adeò pretioſa fuit illa recitatio coronæ Virginis, vt eius ſpectator illo ceu funiculo ad Societatem pertractus videatur.

ob. 1611. Turnonæ.

Etiam per iter Roſarium recitare.

ANNO MDCXII.

471 Hoc anno deſijt eſſe inter mortales Cæſaraugustæ moriens *Geneſius Martinez*, vt fertur, non ſine ſanctimoniæ famâ. Hic inter cætera ſua decora hoc habuit quòd paupertatis vndequaque accuratæ fuerit cuſtos peringenioſus, atque ſeuerus. Vtque diuinam Matrem hoc etiam honore proſequeretur, ne coronam quidem B. Virginis habere voluit: verùm eius vice, funiculo nodis adſtricto eſt vſus: ad quos ille nodos diuinam Matrem, è formula Angelicâ ſalutabat. Optimæ paupertatis diuitiæ ſunt nil habere, vt eam inueneris, & habeas, quæ B. Petro Dam. *eſt thronus* Dei, *ſolium diuinitatis, palatium Regis, æterni gazophylacium theſauri.*

Paupertate colere B. Virginem.

ſer. 2. de Nat. B.V.

472 At en artem nouam dignam inſeri artibus Marianis. Manilæ in Philippinis hoc anno, vt ferunt epiſtolæ, vir nobilis, militari licentiâ, & conſuetudine ſingulis penè verbis deierandi petulantiam interponebat: qui aliquando in Collegium caſu delatus, cùm iurandi finem non faceret, hæc à Ianitore verba excepit: Quoties inter loquendum iureiurando abſtinebis, ego toties tuo nomine Beatiſſimæ Virginis corollam orando decurram. Hilaris ille hoc promiſſo conditionem accipit, & rogat hominem ſponſionis recordari: Tantum valuit ſpes promiſſarum precum, vt paucis diebus deierandi conſuetudinem prorſus exueret. *Reple deinceps os meum gratia dulcedinis tuæ, ô Domina;* orat S. Ephræm. vt autem ora hominum hac dulcedinis Marianæ gratiâ repleantur, laboremus ne quid in illis linguis Dei Matri diſpliceat.

Alios per illã à certis vitijs particulatim abducere.

de laudib. B.V.

473 Iucundum eſt & id quod Gracienſes de *P. Martino Ettmero* iſtic extincto narrant. Præcipuo cultu, aiunt, à pueritia Dei Matrem veneratus, eam

1612.

ſibi

ſibi vnam, ſponſam optauit adoleſcens, & quâ potuit ratione deſpondit. Annulum DEI Matris puerum geſtantis effigie impreſſum ipſius maiores, in Pomerania, longâ ſtirpis ſerie adhibuerant, vt arrham nuptialem deſpondendis ſibi vxoribus; quem ei Mater, vt filiorum maximo natu, boni ominis gratiâ, in ſpem futuram abeunti donârat. Huius annuli pignore ſuam fidem B. Virgini obſtrictam, atque ipſius Virginis tutelam ſibi deſponſam eſſe, voluit cùm ſodalis ei conſecratus eſſet in Collegio Crumlouienſi. Hæc illi morienti ad B. Virginem, fuêre ſolatio ſingulari, cùm illum nuptialis pacti cum ea per annulum initi iucunda commemoratio ſanctiſſimè recreauit. En quàm feliciter renouantur Edmundi, Hermanni, Ioſephi, aliorumque qui Beatiſſimæ Virgini ſe in ſponſos ac ſeruos conſecrauêre exempla. Vbi MARIA Deipara ſponſa eſt, ibi dos cælum, & æternitas eſt. Notus eſt è faſtis Galliæ Rex Philippus II. cuius digitum annulus, annulum imago DEI Matris ornabat. *B. V. ſibi deſponſare*

474 P. Petrus Scarga Cracouiæ hoc anno elatus ad tumulum, paucis ante mortem diebus, quem Beatiſſimæ Virgini Cheſtochouienſi donum mitteret album conflauit cereum, concinnauitque: qui miſſus illicò accenſus ardere cœpit in ara Virginis: ſimul autem atque ille igne abſumptus ardendi, bonus quoque Pater viuendi finem fecit. Apud Baronium ab Ægyptijs vetus agebatur anniuerſariâ die ſolennitas quæ nominabatur *accenſio lucernarum.* Eam ſolennitatem videbatur Scarga noſter celebraſſe die mortis ſuæ, vt ad lucem perpetuam perueniret. *Cereos B. V. dono mittere.* *t. 1. anno Chriſti 58. n. 77.*

475 In Collegio Panormitano migrauit hoc anno è vita *P. Gaſpar* [illegible] linquo, ſuper vir-

tutes alias, tener & conſtans erga DEI Matrem amor excelluit. Callebat literaturam propè omnem, & muſicam. Quocirca in honorem Deiparæ exerebat dulce ingenium, & componebat ea quæ ſuauiſſimè ipſe cantabat, vt ſe alioſque amore diuinæ Matris accenderet. Cùm æger decumberet, quicquid ab illo acceptum vellet valetudinarij præfectus, efficiebat vno verbo, cùm diceret; *id illi à Beatiſſima Virgine Matre mitti*: tum ille facie exporrectâ arridens quicquid ſeu dulce, ſeu amarum eſſet, velut ſibi miſſum munus à Virgine, capiebat, obedientiâ illâ ſuum erga illam ſtudium ſolidè conteſtatus, & ſæpè auditus dicere: *O Sancta Domina! O Sancta Domina!* Nicolaus IV. Pont. dum hortatur ad cultum B.V. ait, *per illam perueniri ad* CHRISTVM, *ad lumen, ad cælum.*

B. Virginem muſica honorare.

Item obedientia, etiam in morbo. Medicinas tanquam de B.V. manu accipere. Rinaldus in Annal. Eccl anno 1288. n. 43.

476. P. *Bernardinus Piccinus* coronæ Deiparæ attentè recitandæ addictiſſimus fuit ſemper. Quidam diſertè eſt faſſus, ſe quamdiu precatoriam Bernardini coronam habuiſſet, fauſta domi omnia; quamprimùm amiſiſſet, infauſta omnia habuiſſe. Laurentius noſter Chryſogonus longè ac latè probat Beatiſſimam Virginem Chriſtianorum bonam proſperamque eſſe fortunam. Quare aptè cuiuſuis Deiparæ clienti dici poteſt vulgatum illud Cyro dictum olim in horto: Rectè te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt. Certè MARIANA hæc pietas ad omnia eſt vtilis. *Nam*, vt perſanctè habet S. Anſelmus, *nihil vtilius poſt* DEVM *memoria Matris eius.*

obijt Romæ 8. Nou. 1612. Coronam B.V. in pretio habere. Mundi Mar. p. 1. diſc. 19. tomo. pag. 703. de excell. B. V. c. 6. n. 7.

477. Idem P. *Bernardinus* cuidam donum lachrymarum poſtulanti autor fuit vt Beatiſſimæ Virginis lachymas meditando expenderet, ac totum illum imbrem doloris materni offerret Filio. Paruit

De B. V. lacbrymis meditari.

ruit conſilio : & impetrauit. Thomas à Kempis : *Qui nunc*, inquit, *ſæpè, & deuotè paſſionem Domini, & lachrymas triſtiſſimæ Matris eius affectu recogitat, & perpendit, ſperare debet de miſericordia* DEI, *& beneuolentia amborum, Matris & Filij*. *p.3. ſer.1.*

ANNO MDCXIII.

478 Singulare, inquiunt Confluentini Patres in annuis huius anni, illud obſeruatum eſt ad memoriam, atque ad exaggerandam religionem erga DEI Matrem; vt quamdiù Litaniæ B.V. ſub veſperam ſunt à diſcipulis decantatæ, nemo vnus ex eis, in tam inquinata malo epidemico ciuitate contingeretur : ſimulatque verò abeſſe res periculo videbatur, & ab Litaniarum cantu diſceſſum eſt; illo ipſo die, quo pium illud carmen deſijt, diſcipulorum vnus letali vlcere decubuit, moxque alij duo extincti ſunt, magno terrore vniuerſæ iuuentutis; quo documento perculſi Litanias reuocauimus, & in annum totum protraximus; quo anno toto iuuentus vixit incolumis. B. Petrus Damianus: *Tu ſolue quod debemus; auerte quod timemus; impetra, quod optamus, perfice quod ſperamus.* *Lit. B.V. contra peſtem adhibere.* *tom.4. in hymno pag.11.*

479 *M. Guilhelmus Riaus* Græcienſis, Eberſpergæ hoc anno mortuus, multifariam laudatus, præter laudes alias hanc etiam habuit; quòd aſſiduitate mirabili orando tempus omne quod à neceſſarijs illi ſupererat, ad B. Virginis aram, nudatis nixus genibus ſummâ cum reuerentiâ religioneque traduceret. Epilepticus cùm eſſet, omni ſe virtute ad mortem paratum, & domeſticis amabilem faciebat. Et verò epilepſia & mors illum pretioſâ in occupatione inuenit, nempe, cùm è corolla Deiparam ſalutaret. Honoremus illam quàm maximâ poſſumus profundiſſimæ humilitatis demiſſione, quæ, *Nudatis corã B.V. ara genibus orare.* *to.2. orat. de laud. B.V.*

Digitized by Google

S.Epiphanio teſte, à DEO *in honore eſt habita, quæ eſt thronus diuinitatis, inexplicabile paradiſi monile.*

480 *P. Ioannes Dauid* 9. Auguſti anni huius Antuerpiæ pijſſimè vitâ functus pro religioſo ſuo ingenio excogitauit ad cultum Virginis prouehendum, imagines 50. æri eleganter inciſas quibus ille 50. Beatiſſimæ Virginis elogia ſeu titulos, adiectâ quoque ad ſingulas imagines prolixâ ad Virginem allocutione, explicuit, & librum Antuerpiæ anno 1607. edidit nomine Pancarpij Mariani. Amant procaces oculi propudioſas imagines; caſti, caſtas. Valent hæ induſtriæ ad oculos recreandos, & mentem glorioſis Deiparæ titulis imbuendam pro ægris & ſanis; & ſunt hami inſtar ad animos capiendos. Nam & S. Epiphanius illam in hunc modum ſalutat: *Aue hami eſca ſpiritalis.*

Imaginibus propagare cultũ B.V.

to 2. orat. de laud. B V.

481 De celebri quapiam B. V. imagine in morbo colendâ, à noſtris Antuerpiâ hoc anno in hunc modum perſcriptum eſt: Beatiſs. Virg. Aſpricollina fratris noſtri diris tetri morbi cruciatibus conflictati votis ſollicitata, eum de repentè perſanauit, in quem ſumma medicorum ars ſuam vim omnem, fruſtra exprompſerat. Ei ad ſtranguriæ cruentique vomitus, & laterum acerrimos dolores, acceſſerant atrociſſima frequentium conuulſionum cruciamenta, vt ex copia fætidi puris ab ore manantis & intolerabili immanium dolorum carnificina, medici conijcerent, ei omnia viſcera fœdis abſceſſibus, aut grangrenæ peſtibus, tabida fruſtillatim decidere: vnde nulla vis humana eum ad vllam ſpem ſanitatis vnquam excitaret. Hoc acrius æger, & confidentiùs animum erexit ad immortalium patronorum exoranda ſubſidia: ſed nominatim magnæ Matris Aſpricollinæ: cui, bonâ præſidum veniâ, cùm

In morbo ad B. V. recurrere.

cùm vota nuncupaſſet, è veſtigio conſanuit. De cuius morbo & ſanatione iurati medici ſcripto ſuo & chirographo deinde reſponderunt: grauitatem multiplicis mali eam fuiſſe, cuius efficiendæ ſanationi, non repentinæ modò, ſed cuiuſcunque, ars nulla humana par eſſe potuerit. MARIAM è S. Epiphanio interpretari ſolemus *Dominam*, *atque etiam ſpem*. Ibidem eam *gloriam radicitus fundatam*, & *gloriæ radicem* appellat. Non aliâ vtinam è radice creſcant gloriæ noſtræ flores, & fructus quàm ex hac: ſic enim erunt ſolidi.

t.2.orat de laudib. S. Mar.

482 Hoc etiam anno nunciant literæ, Valliſoletanorum ſociorum vnum repentè conualuiſſe, imploratâ DEI Matris ope, & eius ſacri Conceptus imagine capiti adhibitâ, cùm antea ſalutem ipſius medici conclamaſſent. Sæpè ſupremum in deſperatis rebus remedium eſt in illa quæ genuit CHRISTVM *medicinarum cunctis ſalutarium largitorem*. Ille enim ex illa carnem ideò aſſumpſit, vt, quemadmodum loquitur S. Gregorius Thaumaturgus, *DEI cum hominibus ſocietas contrahatur*.

S. Sabbas in Menæis 3. Ian.

ſer. 2. in Annunc. B.V.

483 Etiam in vſitatis aliàs Deip. colendæ modis perficiendis iuuabit nouam aliquando induſtriam adhibere. Hoc anno Lugduni prodijt t. 2. operum P. Iacobi Aluarez: cuius lib. 3. à pag. 966. agit de Pſalterio Virginis, ſuadetque vt ad finem cuiuſque denarij ſeu decadis, myſterium aliquod vitæ B. Virginis meditemur. item hortatur ad faciendam in fine ſingulorum denariorum, myſterij correſpondentis memoriam, & ad aliquem ſanctum affectum concipiendum. Rem ad longum vide ibi.

Inuenire pios modos recitandi pſalteriũ B.V.

484 Idem ibidem c. 5. ſuggerens vt à B.V. more pauperum aliquid mendicato petamus, ſic loquitur: Crede mihi, frater, in hoc exercitio magna

Mendicare à B V.

eſt

eſt vtilitas,& ſub hac ſimplicitate verborum ingens latet fructus. Nam benigna Mater noſtra, occaſiones quærit ditandi nos, & ad magnam virtutem prouehendi. Eſt etiam illi magna exercendæ liberalitatis occaſio, ſi quotidie vt pauperes, & egeni in conſpectu eius appareamus, & miſerias noſtras aperientes, dona fiducialiter poſtulemus. Ita ille. Vt ergò magnum hoc bonum aſſequamur, iiſdem propè quibus ille vtitur verbis, id quod docet ſimplici ad B.V. orandi formulæ illigabo. magni enim ponderis eſſe debet, quod adeò commendatur, à viro tantæ ſapientiæ, ac virtutis. Ergò ſic ad orandum hortatur. Tu igitur qui ſanctæ Virginis amore teneris, & erga eam gratitudinis affectu tangeris, in aliqua hora veſperæ aut noctis intra cubiculum mentis tuæ: & clauſo oſtio omnibus terrenis & curis, & cogitationibus, ora Matrem tuam, & ipſa quæ videt in abſcondito reddet tibi. Proinde ſic ora: MARIA DEI *Mater ſanctiſſima, puriſſima, prudentiſſima, Regina Angelorum, Imperatrix hominum, Domina omnium creaturarum, Mater* DEI *veriſſima, Mater peccatorum miſericordiſſima, dignare videre miſerias meas, meam paupertatem, nuditatem, infirmitatem, puſillanimitatem, vulnera, plagas meas aſpice ad miſerationem. Gaudeo de bonis tuis, quòd ſis electa in Matrem* DEI, *ab omni etiam peccato præſeruata, tot virtutibus, tot donis & prærogatiuis, tot diuinis reuelationibus, & conſolationibus affecta, & ſuper choros Angelorum exaltata. Impetra mihi, Mater miſericordiæ, à Filio tuo. 1. ſingularem affectum deuotionis erga te; vt te in Dominam & Matrem habeam, & tu me ſeruum filiumque agnoſcas. 2. Impetra mihi plenam remiſſionem peccatorum omnium, veriſſimam eorum deteſtationem, dignos in hac vita pœnitentiæ fructus; & vt ſatisfacere pro eis dignè poſſim.*

ſim. 3. Magnum ſpiritum mortificationis iudicij, & voluntatis, ſenſuum & paſſionum, elongationem intellectu & affectu ab omnibus creaturis, & victoriam tentationum à mundo, à diabolo, à carne prouenientium. 4. Augmentum fidei, certam ſpem, perfectam charitatem, veram in DEI *voluntatem reſignationem; mentis ſerenitatem, & pro receptis à* DEO *beneficijs gratitudinem. 5. Feruorem in diuinis obſequijs, rectitudinem intentionis, & in omnibus circumſpectionem. 6. Donum orationis, donum habendæ ſemper præſentiæ diuinæ, obedientiæ ad ſuperiores, affabilitatem, & manſuetudinem ad fratres. 7. Magnanimitatem, patientiam in aduerſis, manſuetudinem in iniurijs, conſtantiam in propoſitis adimplendis. 8. Paupertatem, caſtitatem, humilitatem: atque eius comites inſeparabiles, modeſtiam, & ſilentium. 9. Vt talentis mihi à Domino datis Domino famuler, cedantque ſemper in gloriam* DEI *proximorumque ſalutem. 10. Vt reuerenter, deuotè, & fructuoſe ſacrum Miſſæ ſacrificium celebrem, vel ad ſacram communionem accedam: vt eo miniſterio occuper in quo Domino acceptior ſum futurus: & vt auxilium efficax conſequar ad benè ſatisfaciendum huic muneri in quo nunc occupor. 11. Impetra mihi perſeuerantiæ donum, felicemque & ſanctam mortem, & auxilium in tremendo iudicio.* Hæc è documentis Patris Aluarez.

485 Hoc item anno Neapoli lucem aſpexit Petri Antonij Spinelli MARIA *Deipara thronus* DEI: vbi DEI erga Deiparam, & huius erga nos beneficia, eius feſta, imagines, miracula, templa, clientes, B. V. ſtudioſi latè ponuntur. Quod ad praxim ſpectat eſt eius imitatio. cap. 38. ponit obſequia in Virginis Deiparæ honorem exhibenda. Ea trifariam partitur, 1. ſunt ſacra & preces. 2. Mortificationes internæ & externæ, 3. operæ miſericordiæ corp.

Documenta de cultu B. Virginis decerpere.

corp. & ſpiritualis. Praxis precum eſt: Illam laudare; vitam illius meditari; opem eius expoſcere; Deo noſtra per illam offerre: cum S. Eleazario meditationi *Aue* Maria, præmittere ad benè meditandum; ſacra de B. Virgine celebrare, curare, audire, ſtatis horis vel alijs temporibus certas illi preces offerre: officium illius, Litanias, coronam, recitare; eius templa adire. Notandum tamen, vt hæc fiant corde mundo; deinde attentè atque conſtanter id agendum, niſi per obedientiam non poſſimus. A linguæ lapſu aliquo *Aue* Maria recitare. Ibid. ex reuelatione S. Brigittæ ipſis Christi verbis ita id ſuadet: Si aliquis ſubito motu vel irâ, obloquitur alteri, ſtatim cùm fieri poteſt quærat is locum aptum legendo vnum *Aue* Maria; à Deo indulgentiam poſtulando. Ibid. poſtquam 45. *Aue* Maria B. Virgini recitatum à S. Gertrude laudaſſet, idque per Annunciationis octauam quotidie faciendum ſuaſiſſet, in honorem Iesv paruuli in B. Virginis vtero latentis; addit, in honorem B. Virginis paruulæ per octauam B. Virginis natæ, quotidie 35. *Aue* Maria dicendum; idque S. Gertrudi reuelatum eſſe quòd Deiparæ ſit gratiſſimum. Tum addit aliam eidem S. Gertrudi factam reuelationem, è libro illius 4. c. 55. B. Gertrudis, inquit, obtulit B. V. 150. *Aue* Maria recitans, vt in hora mortis maternâ ſibi pietate dignaretur adeſſe: & ecce omnia verba quæ legerat, videbantur in ſpecie aureorum denariorum ante conſiſtorium præſentari, & ab ipſo Christo Matri ſuæ commendari. Quæ Mater pia ſuſcipiens; quaſi diſpenſatrix fideliſſima, ſingillatim diſponebat in profectum, & ſolatium animæ eius: diligentiſſimâ curâ prouidens, vt dum egrederetur è ſeculo, pro ſingulis ſibi oblatis, ſpeciales conſolationes, &

Linguam per B. V. emendare.

Annunc. B. V.

Pro felici morte illã variè colere,

tuta

tuta ſubſidia apud diſtrictum Iudicem ipſi obtineret: intellexitque quòd dum aliquis finem vitæ ſuę alicuius Sãctorum ſpecialibus orationibus commendat, ſtatim orationes illæ deferuntur ante tribunal Iudicis; & ille Sanctus cui committuntur, conſtituitur à Deo aduocatus ſuper eas, vt ex ijs bona prouideat ſibi deuotis tempore opportuno.

486 Ibidem pag. 597. Is, inquit, qui B. Virginis deuotionem amplecti cupit, ſemel quaſi ſolenniter coram celebri quapiam B. V. ſe ſtatuat præſentibus Angelis, Sanctis, Sancto ſui nominis & Vrbis, &c. ſemetipſum ei offerat, gratuletur, diligere ac imitari illam proponat: videat in quibus eam imitabitur, quæ obſequia deferet, &c. *B. Virgini ſe offerre corã Sanctis.*

487 Vlyſſiponenſes literæ ferunt, nauem Indicam ad bonæ ſpei promontorium plenâ periculi tempeſtate iactatam, nuncupato ad B. V. *de Fine* dictam voto, velut cæleſti manu ductam portum tenuiſſe. Cùmque voti ſolutionem diſſimulanter ij qui vouerant negligerent, Noſter, inquiunt, vnumquemque adire, aurem vellere, inſimulare voti damnatos, donec collatis ſymbolis lychnus aureorum ducentorum & quinquaginta conflatus eſt, & B. V. dedicatus. Vide in Annalibus Eccleſiaſticis Deiparæ ope mare fugiens; & eiuſdem clientem à tempeſtatis timore ab illa liberatum. Noſtrum verò eſt vt ijs qui B. V. honori vota nuncupauêre, autores ſimus vt ea exequantur, gratique ſint pro ijs quæ à Deo per Virginem acceperunt. Ita ipſa Virgo gratias Deo egit pro ijs quibus ab eo ſe ornatam vidit, quando, Beda ita dicente, Maria *theſaurum cæli quem in corde ſeruabat aperuit: ait ergò: Magnificat!* *Vrgere vota in B. V. honorem concepta, vt exſoluantur.* *Baron. to. 9 pag 151 a & poſt Baron. anno 1219. n 21.* *[illegible] to 7. [illegible] in viſit. B. V.*

ANNO MDCXIV.

In paupertate ad illam confugere.

488 In MARIANA Laureti domo, cùm primus iſtic Collegium gubernaret P. Oliuerius Manaræus, hoc anno Tornaci è viuis, vt ſpes eſt ad immortales translatus, ſuauiſſimæ ſuæ erga Matrem DEI fiduciæ celebres illos fructus cepit, quos in Hiſt. Soc. videre eſt: quòd nempe ope Deiparæ in annonæ domeſticæ anguſtijs, farina modica ſub laborantium manibus manifeſtè increuerit: quòd in pecuniæ neceſſitate præſentiſſimum ac opportunū à pio peregrino ſubſidium ſit allatum: quòd cùm promus panes domi non haberet, neque pecuniam, conſueto æris campani ſigno conuocati noſtri ad menſam, panes in triclinio ſinguli ſuis in orbibus ſingulos, diuinæ Matris, velut manu ſubmiſſos, inuenerint. Ne deſides itaque, ſed plenos dulcis fiduciæ animos geramus. Manebit etiam in nobis experimento lætabili vetus illa B. V. laus illi à S. Bonauentura, hiſce verſiculis decantata: *Confirmas mentes deſides: Et tuis ſeruis prouides. Impetrando ſubſidium.*

In hymno Laus Mariæ.

489 Apud Tarraconenſes, quidam dubitans an ritè fuiſſet expiatus, adhibuit ſibi B. Virginem, vt eius ope doceretur, ſi quid omiſiſſet: cui per ſomnium indicari viſum eſt vt certa quædam peccata recoleret apud Sacerdotem. Redijt ergò ad nos, ac multo cum fletu iterùm confeſſus, animo deinceps acquieuit, egregiè memor accepti à Magna Matre beneficij. Ad illam à nobis deſtinandi ſunt qui nobis conſcientiam ſuam aperiunt. S. Ioannes Damaſcenus ita orat: *Multiplicata ſunt ſuper arenas maris peccata animæ meæ, & non eſt mihi requies. Tu quæ miſericordiæ pelagus, peperiſti, libera me ab opprimente afflictione.*

In ſ. fer. 5. ode 5.

490 Ebredunenſe Collegium hoc anno 1614.

Anceps; ait, nobis cauſa cùm eſſet in Aquenſi ſenatu; ſuadentibus amicis, triennium iam ſilebamus, ne ambigui iudicij ſubiremus aleam: ſed aduerſario vrgente, ad cauſæ dictionem veniendum tandem fuit. Tum verò humanæ opis damnatis ſubſidijs, Beatæ Virgini Ebredunenſi ſupplices fuimus. Ad rem vbi ventum eſt, cùm è multis vnus cauſæ patronus vix reperiretur qui ſuam operam nobis commodaret, accepimus quem potuimus, iuuenem quendam, non imparatum illum quidem à doctrina, ſed quem fori ſubſellia vixdum cognitum, ſemel, aut iterùm dicentem audierant. ſed DEVS neruorum, & facundiæ ad rem noſtram illi tantum contulit, vt obmuteſcentibus pœnè aduerſarijs, & cunctis admirantibus, vicerit luculenter. O Deipara, orat iterùm Damaſcenus, *fortis protectio honorantium te! Me ſub infeſti mundi rectoris manu oppreſſum libera ab eius tyrannide.* — *Lites B. Virgini cõmittere.* — *m. ſ. fer. 5. ode 3. & 5.*

491 Chuquiati è Peruana Prouincia ſcribitur hunc in modum: Auxilium noſtri Sacerdotis depoſcebat non nemo ad eius prouolutus genua vt ſuas noxas aperiret, quas multo nitens conatu non poſſet exprimere. Diu dubitatum eſt ab noſtro, num vir ille à Cacodæmone inſideretur, qui tanto in niſu eloqui nihil poſſet, & rictu præferret inſanientis ſpeciem. Suaſum demum à noſtro Sacerdote, MARIAM inuocaret, & erogaret in pauperes tot aureos, quot MARIA literas in ſuo nomine cenſeret. Nihil ille cunctatus, promit aureos quinos, & diuidit: moxque fertur illi adfuiſſe expeditiſſimam facultatem ſua enunciandi peccata. Meritò iterùm S. Ioan. Damaſcenus: *Abyſſum miſericordiæ habes, miſerere eorum qui te magnificant.* — *Eleemoſynam dare in honorem B. Virginis.* — *ibid. ode 9.*

492 Hoc anno 1614. 9. Martij à conſortione

Digitized by Google

mortalium tranſijt ad immortales *P. Franciſcus Bonaldus* à Molinenſi Vrbe honorificentiſſimè celebratus, ob nobilia virtutis eximiæ decora quibus reſplenduit: Deſiderabat ille, Deiparam eligi ab omnibus fiduciâ ſingulari in ducem viæ ac vitæ, ideoque in *Aue maris ſtella* dulciſſimè commentatus, libello titulum fecit: *Stella myſtica, quæ omnibus ad optatum æternæ ſalutis portum appellere deſiderantibus ducatum præbet*. In odorem vnguentorum Dei hæc nos ducit ac trahit; hæc cæleſti carbone nos accendit, atque illuminat. Vnde Græca Eccleſia illam ſic precatur: *Thuribulum aureum, carbone diuino refertum, cordis mei fœtorem in ſuauem fragrantiam muta*.

B. V. in vitæ ducem eligere.

Menæa 9. Martij.

Hoc eodem anno 1614. (præter alia quæ de B. V. edidit) prodijt Bononiæ *P. Petri Iuſtinelli dux Angelicus ad deuotionem B. Virginis*, in quo vt cor ſolidè ad B. V. amorem accendat, expendit teneriſſimum amorem B. Virginis erga ſuos, eiuſque cauſas exponit; beneficia particulatim exequitur. Modum hunc acquirendi aſſignat: 1. Pietatem hanc ab ipſa B. V. frequenter ac flagranter flagitandam, vt à ſuo Filio illam nobis obtineat; ceu ſingulare donum Dei, ad quod efficacitate maiore obtinendum rogandos eſſe vt iuuent, SS. Ioachimum, Annam, Ioſephum, Ioannem Euangeliſtam. 2. Conſideranda amoris erga illam motiua, & exempla. 3. Libenter de illâ audiendum, legendum, loquendum publicè ac priuatim. 4. Imitationem comparandam, vt ſcias quid ſit illa virtus quam quæris, & qui ſint actus illius, deinde quomodo illam B. Virgo exercuerit: quæ omnia & P. Arias, & ipſe Iuſtinellus benè proſequitur. Grata Deiparæ obſequia ait conſiſtere in orando, & agendo. Conſecrandum, de-

Expendere in quo conſiſtat pietas erga B. V.

Et modum acquirendi pietatem erga B. V.

di-

dicandum, donandum dicit cor noſtrum ſacroſancto illius cordi cum omnibus animi & corporis noſtri ſenſibus; petitque ibid. ab illa ſanctiſſimas virtutes. Addit vt ante diem oblationis cordis, cordi B.V. honorando, præmittatur ieiunium, preces, cilicium, confeſſio, viſitatio alicuius infirmi, vel carcerum, diſciplina per ſpatium *Salue Regina*: & poſt communionem faciendam eſſe illam oblationem formulâ quam ille ponit, & quam poteſt quiuis vel ipſe concipere, vel aliquam ex hoc noſtro libro ſeligere. Quotannis circa feſtum Præſentationis B.V. tria ſacra curanda, tria roſaria recitanda, tria ieiunia, & ſimul tres eleemoſynæ facienda, in honorum trium annorum B.V. cùm triennis fuit præſentata in templo: petendum per illam lumen in omnem vitam. Singulis menſibus vitium aliquod eligendum quod eo menſe extirpes, petito per B.V. auxilio gratiæ DEI: dicendumque, in honorem B.V. virtute illi vitio contrariâ excellentis, ſemel *Pater* & *Aue* quotidie. Veſperi quoties lapſum te reperiſti in illud examinis particularis vitium, propone toties te *Salue Regina*, vel Litanias B.V. aut aliud aliquid, dicturum vel facturum. Super portam cubiculi habebis B.V. imaginem quam ſalutes dum ingrederis vel egrederis; aut etiam oſculeris: aliam in loco vbi ſtudes, vel agis tua negotia: aliam ad caput graduum, ſeu ſcalarum in porta domus, &c. Aliquid operis aggreſſurus, dic: *Domina, in adiutorium meum intende: Domina, ad adiuuandum me feſtina. Virgo Mater, fac vt omnia quæ ago ſint ad maiorem* DEI *gloriam, & ſalutem animæ meæ.* In tentatione rogabis B.V. per dolores ſuos vt tibi ſubueniat, & dices *Aue* MARIA: quod Bloſius ait eſſe fortiſſimum remedium. Vel, *Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.* &c. Af-

Cor cordi B. Virginis offerre

Præſent. B.V.

Examine particulari illam colere.

Ad cubiculum.

Ante opus.

flictus

flictus dic *Salue Regina* vel 5. *Aue* MARIA, vt per 5. ſummos ſuos dolores patientiam tibi obtineat, Orabis DEVM pro exaltatione nominis MARIÆ ; & pro illis omnibus qui illud blaſphemant vt conuertantur, offeres B.V. pro compenſatione omnes laudes quæ illi fiunt in cælo & in terra.

493 Si quam vetuſtate ac obliuione longâ neglectam B.V. imaginem videamus, illam reſtaurandam eſſe monet P. Simonis Vvipperman exemplum. de quo Guilielmus Gumppenberg Atlantis Mar. lib. 1. in imagine Paderbonenſi ait: Romanam quandam B.V. ſtatuam hæretico furori ereptam, in fornice templi S. Ioannis Bapt. collocatam; vbi, templo Societati iam tradito, cùm eam vidiſſet P. Simon Vvipperman (*iuuat*, inquit autor, *cultoris primi nomen apponere*) Miniſter Collegij anno 1614. vermibus exeſam, & planè informem, conſilium quæſiuit, quod in ſenibus erat; qui ſtatuam vt viderunt, ipſiſſimam aiebant eſſe Romanam, tot olim miraculis celebrem; quod ab alijs quoque in Vrbe ſenibus confirmatum eſt. Statuario itaque tradita eſt reparanda &c. Reparatam ſtatuam Epiſcopus Theodorus iterùm conſecrauit. Putatur noſter quidam Nouitius, huius ope diuinitùs curatus à pſora & hernia. Vera eſt illa, vera planè Meſſanenſis B.V. imaginis à S. Luca, vt putant, pictæ inſcriptio, quæ ex Græco Latinè ita habet: *Velox auſcultatrix*. Semper prompta eſt audire, modò nos illam rogare prompti ſimus.

Vide pag. 214.

Antiquas B. Virginis imagines inſtaurare.

ibid. lib. 2. p. 136.

494 *P. Guillelmus Batheus* pro feſtis Deiparæ arctũ in pane & aqua ieiunium ſibi conſtanter indicebat, vt hac fame aleret eã quâ erga DEI Matris obſequia ferebatur cordis verè amantis pietatem. Sabbato quoque ieiunium corpori & menti epulas indicebat,

Hibernus. obijt Madriti 1614. 17. Iunij.

Sabbato meditari.

cebat, duabus horis ad B. V. amorem meditatè in ſe perpoliendum, augendumque conſtanter expenſis, Angelicæ in oculis modeſtiæ laude dignus cuius oculi eſſe oculi clientis Deiparæ agnoſcerentur ab omnibus qui eum videbant. At vt oculi ad hanc MARIANÆ modeſtiæ laudem ſeſe componant, roganda eſt cum S. Ioſepho Græco Virgo vt illa mentem noſtram componat. Inde enim naſcuntur origines oculorum inquietorum, inde oritur caſta illa, tranquilla, & amabilis modeſtia. *Confirma*, inquit ille ad hanc mentis & oculorum noſtrorum præceptricem, *& ſtabilem effice mentem meam multis paſſionibus circumagitatam*. *m. ſ. 29. Nou.*

495 Meſſanæ erecta B. V. *à pietate* Congregatio ſecreta quæ nonniſi 33. Sodales admittebat ſecretis pietatis officijs addictos. Hæc fundauit, & eleemoſynis fouit Sodalitatem Mendicorum qui ſub aliquo de Societate, quartâ menſis cuiuſque Dominicâ, longâ ſerie ſupplicabundi, & B. V. Litanias canentes ad Societatis templum conueniunt, & à Sodalitate B. Virginis de pietate ſinguli tantâ eleemoſynâ donantur, quanta illis in commodam vnius diei ſuſtentationem ſufficiat. Ibidem poſtea anno 1627. inchoata, anno 1630. latè increuit Congregatio vniuerſalis ſub titulo Conuerſationis IESV, MARIÆ, *Ioſephi*, vbi duo de Societate inſtar dialogi colloquuntur de aliquo argumento pio; & audientes mirè delectant, inſtruunt, & accendunt. Hæc Sodalitas habet quandam B. V. imaginem quæ olim in ſummo têplo celebrabatur Rhodi; ſed vrbe à Turcis captâ Meſſanam allata eſt. Bis quothebdomadis conueniunt ad hanc Sodalitatem capita ferè quingenta. Hæc oranda eſt enixiùs; vt noſtra, & eorum quos ad eius amorem incitamus, pectora

B. Virginem colere eleemoſynis pauperum procuratis.

Item colloquio ſeu dialogiſmo de B. V.

per-

Digitized by Google

perſeueranter inflammet. cui S. Bernardus ſupplex
tom. 2. fol. 404. orat. ad B. V. ita loquitur: *O pia, O Magna, O multum amabilis* MARIA, *tu nec nominari quidem potes, quin accendas, nec cogitari, quin recrees affectus diligentium te. Tu nunquam ſine dulcedine diuinitus tibi inſita memoriæ portas ingrederis.*

496 *Alphonſus Ouandus* annos 17. natus, in Societate non niſi 8. menſes vixit. Hic aiebat amorem quo Deiparam amaret ſibi eſſe panis quotidiani inſtar: omnes ſuæ pietatis exercitationes illi eſſe coniunctas; vt pani quotidiano reliqui cibi coniungi ſolent. Quærere ſe, quid illi facere poſſit obſequij; & ſi quid reperiſſet, ſine mora implere. Tepidum quendam languorem, ſi quando obreperet, facilè à ſe illâ cogitatione ſuperari: *Hoc facio amore Beatiſſimæ Virginis. Quomodo hoc feciſſet Domina mea?* Ita ſibi ad omnia benè animato ſuaues igniculos acceſſiſſe. Fortis erat illius amor erga Deiparam: totum corpus flagris conciderat: ſeptem cilicijs ſe accingebat. Interea in perpetua quadam Deiparæ recordatione tenero ſemper innocentis ac virginei animi ſenſu verſabatur; nullius legis vnquam violatæ reus, & orandi dono per illam obtento ſingularis. Nempe hæc eſt illa, è ſenſu S. Edmundi ita illam (in officio B. V.) quotidie ſalutantis, *intemerata, & in æternum benedicta, ſingularis atque incomparabilis Virgo, per quam poſt* DEVM *totus viuit Orbis terrarum.*

ob. 1614. 6. Nou. Limæ. Meditatione, & mortificatione illã colere.

in officio ad B. V. et S. Ioannem.

497 Idem *Alphonſus Ouandus* tiro Matri Virgini præter integerrimam quâ pollebat virginitatem, præcipuâ imitatione colendæ prælargè addictus, faciebat quidquid ijs commendamus quos ea in virtute cupimus eminere. A Patre quodam ſub mortem quid demum per illam obtinuiſſet, fidentius

roga-

rogatus, duo dixit, capita reliquorum: Alterum, quòd ſuaui quadam propenſæ mentis facilitate, intentos pronæ in illam mentis oculos irretorto obtutu haberet defixos: ex quo aſpectu ſæpè illi enatus intimus quidam cordis ardor atque alacritas, quâ ſocors dæmonium, à quo ád plumbeum quendam torporem ſe inclinari ſentiebat, nullo negotio ſuperabat. Dulce quiddam, alacre, generoſum ſibi tunc ſuggeri; & ardua omnia, veluti ceram à facie ignis, ab inexplicabili illa MARIÆ cor delectantis iucunditate liqueſcere, ſolâ Virginis ad amandum imitandumque propoſitæ recordatione. Alterum eſſe quod inde hauriret; quòd videretur ſibi lumen quoddam è Cælo affluere vi huius recordationis, in quo lumine perſpicuè videret inæſtimabilem dulciſſimæ Vocationis dignitatem: cui adeò ſe affici ſentiebat, vt diceret ſe, tametſi ſalutis certus eſſet, ſi mundo frueretur, nullis tamen mundi delicijs poſtpoſiturum ingens hoc ac tanti momenti donum. Nihil à ſe cæleſti illâ Dominâ dignum agi: ſibi fixum eſſe ac ratum, vt præmiſsâ diligentiſſimâ ponderatione id quod horâ quauis, & in quauis occupatione DEI *Matri omnium gratiſſimum fore intelligeret, ageret*; neque ab eo ſe vllâ negligentiâ, vel tepore ſineret retardari. Propè iam aberat, vt animam ageret, cùm B. Stanislai popoſcit imaginem: & allocutione ſuauiſſimâ illum conſalutans rogauit, vt à Virgine Matre clienti ſuo ſuas virtutes impetraret. *Tu*, inquit Bernardus ad B.V. *virtutum magnificis exemplis ad imitationem tui nos prouocas, ſicque noctem noſtram illumidas.* *to. 2. orat. ad B. V. fol. 403.*

498 P. Antonius Dauroultius in floribus exemplorum, Deiparæ cultum exemplis adductis confirmat, & docet. Agit cap. 1, tit. 30. de B.V. perpetuâ *obijt 1614 Tornaci.*

Digitized by Google

virginitate miraculis confirmata. Cap.2.à tit.34.de Salutatione Angelica. Titulo 36. de cultu, & honore Deiparæ debito. tit.37.de B.V. ab infidelibus etiam honorata. tit. 38. & 39. de inuocatione, & interceſſione B.V. tit. 40. & 41. de beneficijs B. V. corporalibus, & ſpiritualibus. tit. 42. de illius patrocinio in bello, vel obſidione. tit. 43. adeſt B.V. ſuis clientibus in morte. tit.44. de ſodalitate Deip. Virginis. à tit.45. de Roſario, & Salue Regina, de illius templis,& imaginibus; de blaſphemis in illam, punitis.

Exempla de illa colligere pro pijs colloquijs.

499. *P.Petrus Morales* ait ſe Beatiſs. Virginis, & S.Ioſephi ſuffragatione impetraſſe vt in Societatem admitteretur. Impreſſit hoc anno Lugduni Commentarium luculentum in caput 1. Matthæi DE CHRISTO *Domino, Sanctiſſima Virgine Deipara* MARIA, *veroque eius, dulciſſimo, & virginali Sponſo Ioſepho*. Multa ibi eius in IESVM, MARIAM, & *Ioſephum* elucet religio.

S. Ioſephũ colere.

500 Poſnaniæ in Polonia hoc anno, vt eius Collegij faſtis perſcribitur, *P. Ioannes Conarius* 74. ætatis anno, in curru per iter *inter decurrendum Marianum roſarium, penè ſinè ſenſu animam exhalauit*. Ingens ad Matrem DEI auguſtiùs quàm facimus colendam compendium faceremus, ſi illam ita particulatim in ſingulis officijs coleremus, tanquam ſi nos mors hoc agentes mortalibus rebus eriperet, ac ſiſteret Iudici,& præmio immortali. Tunc certè feliciter excederemus in æternam lucem, Virgine nos à tenebris vindicante: cui S. Ioſeph Græcus hymnographus: *Salue, ò* DEI *palatium, in quo habitans vniuerſos homines deificabit: Sanctificationis templum: lux, tenebrarum præſidem exterminauit. A Sophiſtæ malitiæ libera me.*

m.ſ. 13. Iul.

7.Iulij.

Ad

501 Ad huius anni calcem in Collegio Romano erecta eſt celebris illa B. MARIÆ *Pietatis*, ſiue Communionis generalis menſtruæ Congregatio, quæ Deiparam variè colit afflictationibus, colloquijs &c. Quotidie veſperi exhortatio ad illos habetur cum varijs exercitijs pietatis, cuius odor in omnem latè Vrbem effuſus fragrat, etiam Principibus exemplo pertractis. Ter quothebdomadis veſperi vnà ſe flagellant: Sacramenta frequentant in Angelicas hierarchias choroſque partiti. Communionis generalis per Vrbem in alijs alijſque templis celebrandæ curam habent, Sancto quoque Xauerio cum Deipara in Patronum adhibito. Particulatim ſingula enarrare pertinet ad Congregationis, Collegijque Romani Annales.

ANNO MDCXV.

502 *P. Claudius Aquauiua* hoc anno vlt Ianuarij extinctus (de quo mea Incitamenta n.46.) frequentes ad B.V. antiphonas, & ſelectos verſiculos habebat in ore; ac ſæpiùs repetebat. ſæpè viſebat S. MARIAM Maiorem; ſabbato potiſſimùm: vbi ſolidas ab illa & per illam pro Societate vniuerſa petebat virtutes, nominatim has tres: *Puritatem, humilitatem, charitatem*, ſeu zelum animarum. Hoc nempè agebat Claudius quod olim S. Ioannes Damaſcenus dicens ad Virginem: *In te ſpem meam totam ex animo collocaui, & intentis oculis abs te pendeo.* *Pro Societate orare.*

503 *P. Claudius Aquauiua* cùm Societas quædam ardua pateretur, ex omnibus eſt feliciter eluctatus, indictis per totam Societatem de B. V. in hunc finem Litanijs, quas ipſe per omnem vitam quotidie recitauit. Quod Mathildi ſcribebat olim Gregorius VII. Pont. Max. hoc Societati Claudius faciebat: *Matri Domini te principaliter commiſi &* *In m. ſ. Sabbat. ode 7. Litanias B.V. recitare, & propagare*

Concilior. t.26. ep.47 in fine pag 71.

committo, & nunquam committere quouſque illam videamus, vt cupimus, omittam.

Singulis horis, Iaculatorijs illam honorare.

504. *P. Claudius Aquauiua* anno 1587. 24. puncta compoſuit quæ pro 24. horis diei accomodatè vſui eſſe poſſent ad expendenda diuini Sacramenti arcana, cum breui ſalutatione. Ad calcem puncti cuiuslibet hanc velut intercalarem aſpirationem appoſuit: *Sit benedictum ſanctiſſimum tuum nomen, & glorioſæ tuæ Matris, quæ te peperit mundo factum fratrem noſtrum.* Ita ſimul Filium, & Matrem honorabat, amabat.

Illam alijs etiam ſcriptis commendare.

505. Anno 1586. 19. Maij ad Societatem vniuerſam de perfectione & charitate fraterna ſcribens, hæc addit: Altera res, quâ ſi minima Societas noſtra nitatur, fore confido, vt (quæ DEI beneficentia eſt) etiam atque etiam in dies efflorescat, eſt *præcipua quædam religio ac pietas erga ſanctiſſimam Virginem* MARIAM. Et poſt quædam: Itaque velim in omnibus rebus, ac temporibus, ſiue publicis Societatis, ſiue proprijs ſingulorum, præſtanti quadam veneratione ac ſingulari fiduciâ, quæ nullam vereatur repulſam, ad hoc laborum omnium ac ſolicitudinum perfugium ſupplices accurramus. Equidem mecum dum reputo quanto deuotionis affectu hanc cæli Reginam complexi ſint, quantumque ex eius pio & aſſiduo cultu *ad omnem profecerint ſanctimoniam multi ſancti viri; ac priuatim P. Ignatius quantam rerum noſtrarum ſpem ac tutelam in hac velut arce collocarit;* magno teneor ſtudio, vt nos eam propenſiſſimis animis atque obſequijs proſequamur, depoſcentes, vt ipſamet deprecante, hæc pietas, velut ſuauiſſima nardus, noſtris mentibus innaſcatur. Tum Deiparæ dignitatem, beneficia, mendicitatem noſtram proponit: & hæc, ait, omnia quàm maxi-

S.P. Ignatium in cultu B.V. imitari.

mas

mas à nobis, & honoris & amoris ſignificationes erga cæleſtem hanc Præſidem, & cuſtodem noſtræ ſalutis expoſcunt. Inde ſuauiſſimis quibuſdam è Ss. Bernardo, & Germano delibatis, ait ſperare ſe hinc omnibus Societatis membris prę̃ſtantem quendam ſplendorem, atque incrementa pietatis acceſſura, ſi ſeriò atque enixè ſtudeamus duobus ijs ornamentis magis ac magis abundare, nimirùm fraternâ inter nos conſenſione, & perquam honorifico in Beatiſſimam Virginem ſtudio, ac pietate. Quam ſi deditiſſimâ mente complectamur, ſuam illa in fidem & clientelam nos adſciſcet; augebitque velut ſedula deprecatrix, ijs virtutibus, quæ ipſam quaſi delicijs affluentem, cælitibus ipſis ſpecioſam atque admirabilem præſtitêre; & quibus nos oportet collucere, vt eius Filio placeamus, qui earum veſtigijs, ac velut lineamentis terrarum orbem primus impreſſit, veramque docuit humilitatem, puritatem, patientiam, animarum zelum, & rerum quæ in terris ſunt deſpicientiam; vt ſuâ nos aliquando ſimilitudine conſpectuque dignatos in ſempiternæ lucis, & gloriæ domicilio collocaret.

Fraternã charitatem cum B.V. cultu coniungere.

506. *P. Claudius Aquauiua* nobilem illum qui Romæ luci datus eſt commentarium in pſal. 44. inchoaturus ita ſcripſit in fronte chartæ: *Aſpira*, IESV *dulciſſime! Adeſto, Virgo* MARIA. De illa explicat illud: Adſtitit Regina à dextris tuis, & v. 14. vbi ait: Quot ſunt miſeriæ, & neceſſitates noſtræ, quæ innumeræ & ſine ceſſatione ſunt, tot excitamenta putanda ſunt, quibus ad deprecandum vultum illius compellimur. Addit aliam rationem sereniſſimi vultus Reginæ huius deprecandi; vt nimirùm paupertatis noſtræ oblationes, quæ exiguæ ſunt, nec ita diuinos oculos oblectare valent, per manus hu-

v. 11.

v. 14.

Sua Deo per illam offerre.

huius præcellentiſſimæ Reginæ ſummo Regi oblatæ magis placere poſſint. v. 16. Poſt eam, id eſt, poſt Beatiſſimam Virginem, Virgines CHRISTO Regi adduci, quia poſt ſe trahit, & Filio repræſentat. Sed vt id ſemel dicam, quotquot ferè de Societate in Scripturam Sacram commentarijs editis celebriores ſunt, vbi vbi ſe dedit occaſio de B. Virgine magnâ ingenij ac pietatis laude ſcripsêre. Vide Salazar, Barradium, Cornelium, Celadam, Velaſquez, alios.

507 In vigilia SS. omnium hoc anno 1615. pulchrâ morte deceſſit Audomari *Henricus Delſom* Coadiutor, de quo ita Burgeſius: Cùm primùm Societatem inijt, adeò rudis erat, & hebes, nullaque memoriâ, vt magnoperè lugeret, ſe nihil rerum ſpiritualium ediſcere ac memoriâ complecti poſſe. Quare vehementer afflictus die quadam coram imagine ſacratiſſimæ Virginis proſtratus, corpus, animam, corporis ſenſus, animi vires, ac facultates ſacratiſſimæ Virgini ad perpetuum eius offert obſequium. Ex eo tempore ita rerum ſpiritualium euaſit intelligens, vt conciones integras memoriâ retinere, eaſdemque multis poſt annis reddere ac recenſere poſſet; tantoque animi ſenſu de B. Matre diuiniſque rebus loquebatur, vt graues ex ordine noſtro Theologi dicerent eum velut è puteo profundiſſimo iugiter haurire ſenſus rerum cæleſtium admirandos. Quare velut è fonte ex eius ore ſuauiſſimè ſcaturiebant, ac ſpontè proſiliebant ad ſanctiſſimam Matrem, aut auguſtiſſimum Sacramentum, in quo ſimilis eum æſtus pietatis abripiebat, aſpirationes; cuiuſmodi, Theologi nec meditando, nec pios authores voluendo fuerant aſſecuti. Hæc de Henrico Burgeſius. Vt proindè ſcitè fecerit

in Societ. Deiparæ ſacra c.28

Senſus ſuos omnes eius amori dedicare.

ac

Digitized by Google

ac perſanctè, qui ſæpè ad Virginem Matrem luminum, MARIAM illuminatricem, aſpirauerit dicens: Domina, ſeruus tuus ſum ego, da mihi intellectum: illumina tenebras meas. ſedes ſapientiæ, ora pro me. vel cum Ioanne Damaſceno: *Patrocinium fidelium, ſpes humilium, pauperum protectio, egenorum atque in ancipiti poſitorum ſolicita defenſio.* *m. ſ. Sabbat. ode 7.*

508 *P. Petrus Anton. Spinellus* Ducis Seminariæ filius, Romæ deceſſit 14. Dec. anno 1615. Necdum decennis paruulus, iam, quantauis ſæuitia hiemis fureret, ſe noctu è lectulo clam eripiebat, vt B. V. officium recitaret. Suum erga Deiparam amorem inſignitè explicuit præclaro illo eius *Throno* edito. Aiunt illum fuiſſe authorem ſodalitatum ſingularum ſub ſeptem feſtorum B. V. titulis Neapoli erectarum. ſub mortem media horâ totâ cum B. Virgine egit negotium æternitatis ſuæ, dicere iterùm iterùmque auditus: *O Domina mea, quæ docuiſti me à iuuentute mea! vſque in ſenectam, & ſenium, ne derelinquas me.* Idem B. V. Lauretanæ ſacrarium ſepties, & aliquando pedes, ac mendicato inuiſit: quaſi cum S. Ioan. Damaſceno diceret: *Diuitiæ pauperum, deliciæ & refugium inopum & orphanorum; ſpes ſancta Sanctorum, tanquam ad portum recurro ſub tuam ſanctam protectionem.* *Feſta B. V. celebrare.* *Mendicato peregrinari ad B. V.*

509 *P. Dominicus Valeſius* hoc anno in Bohemia extinctus, vbi ſe ſinè arbitris eſſe videbat, B. V. imagines aperto capite ſalutabat in genua prouolutus. Pactionem quoque cum alijs duobus è Societate inijt, vt quoties MARIÆ vel nomen audirent, vel imaginem viderent, toties illi Dominæ alter alterum commendaret. Ab eadem impetraſſe pie credebatur, vt infirma hactenus genua, robuſtiora ſentiret, ad longa temporum ſpatia poſitis humi genibus. *Pactione plurium colere B. Virginem.* *Genua in B. V. honorem curuare.*

Digitized by Google

nibus ducenda. Eiuſdem ope ſtatuit, nihil mediocriter agere, ſed ad ſumma excelſæ ſupra vulgarem virtutis conniti. Nempe ad id nobis exemplo ſuo hortatrix eſt ipſa, de qua, poſt multos alios, Crombecius, & Chriſtoph. de Vega Theologiæ ſuæ Marianæ num. 1144. ait; eam adeò flagrantem fuiſſe in actibus amoris Dei, vt actus amoris Dei centeſimus in illa tantum valuerit quantum nonaginta nouem antegreſſi omnes. Vide illum ibi de hoc latè cum Suarez. vbi ait; quòd quando Devm amas totis viribus ſecundùm totam actiuitatem potentiarum, & habituum ſupernaturalium perfectiſſimo quo potes modo, alterum tantum adijcias ad gratiæ cumulum quantum antea habuiſti. De hoc anni mei Mariani Sabbato 47. ſcripſi. Vide ibi à p. 210.

510 Hoc anno *P. Paulus Comitolus* Peruſinus (qui anno 1626. ętat. 80. in patria ſua finem viuendi fecit) edidit librum 130. priuilegiorum glorioſæ Matris Dei, eumque Deiparæ ipſi, tacito ſuo nomine obtulit die ſuo natali, quaſi genethliacum ſuum Deiparæ ſeu perſolueret ſeu dedicaret. Excerpo quædam è Patribus ibi laudatis per modum orationum iaculatoriarum, vt vſui eſſe poſſint.

Priuilegia B.V. expendere.

Aue Maria, *de qua quæ dicuntur diuina ſunt, & ineffabilia: & in qua eſt quicquid eſt boni aut laudis in alijs.* Hieron. Alb. Magn.

Aue Maria, *antiquum* Dei *conſilium adimplens, Christo verè pignorata cùm fieres.* Chryſol.

Aue Maria, *ſcopus qui fuiſti excogitatus ante ſecula.* And. Hieroſol.

Aue Maria, *quam priùs ſeruauit in corpore* Christvs *Eccleſiam facturus in corde.* Aug.

Aue Maria, *cuius amoris magnitudo in Filium omnes omnium creatarum rerum amores, & dulcedines*

Digitized by Google

tedines ſuperabat. S. Anſelm.

Aue MARIA, *omni virtutum conſummatione perfecta, cuius charitas fuit maior charitate omnium Angelorum*. Richard.

Aue MARIA, *cuius gratia tanta fuit, vt pura creatura maioris gratiæ capax non fuerit*. S. Antonin.

Aue MARIA, *quæ ſi tantùm velis ſalutem noſtram, verè non ſalui eſſe non poterimus*. S. Anſelm.

Aue MARIA, *quæ licèt mereri poſſes, peccare tamen*, DEO *te ſpecialiter protegēte, minimè potuiſti*. S. Antonin.

Aue MARIA, *in qua caro* CHRISTI *non priùs fuit concepta, quàm aſſumeretur à verbo*. S. Thom.

Aue MARIA, DEI *Mater, quod excedit omnem altitudinem, quæ poſt* DEVM *dici, & cogitari poteſt*. S. Anſelm. Reliqua vide ibi.

511 De *P. Sebaſtiano Barradio* hoc anno 1615. 14. Aprilis defunĉto refert P. Barry (paradiſi pag. 434.) laudem hanc & curam illius fuiſſe, vt curaret, æſtimaret, colligeret omnis generis imagines B. Virginis licèt attritas, vetuſtas, obſoletas, ac minùs eleganter factas. Debemus, debemus etiam hiſce, tametſi ad ſpeciem abiectis ac tenuibus, honorandi artibus revereri illam quam, vt ſcribit laudatus aliàs, Gregorius VII. ad Mathildem, *cælum & terra, laudare licet vt meretur nequeant, non ceſſant. Hoc procul dubio teneas, quia Mater Domini quanto altior, & melior, & ſanctior eſt omni Matre, tanto clementior, & dulcior circa conuerſos peccatores*.

Icunculas illius honorare. Vide Incit. n. 148. & 149.

512 *P. Sebaſtianus Barradas* tomi ſui 1. in concordiam, & hiſtoriam Euangelicam librum ſextum ita inſcribit: *De admirabili, ſummaque veneratione digna Matre* DEI MARIA: capite 1. vocat illam vitæ arborem, in cuius ramis nos vult eſſe auiculas. *Hanc*, inquit, *veniente die, hanc & decedente canamus totis*

medullis cordium &c. Dulciſſima eſt (pergit ibidem) ori noſtro Virgo Deipara, quâ fauus nullus dulcior. Ipſa enim fauus eſt omnibus Dei donis, veluti melle, redundans. cap. 2. tractat de admirando titulo Matris Dei, qui omnia gratiæ ornamenta flagitat. cap. 3. Conceptionem immaculatam Virginis laudat, eamque ait eſſe fundamentum Ciuitatis Dei gemmis exornatum. In ventre Matris rationis vſu donatam fuiſſe: Christvm modo præſtantiſſimo eſſe illius redemptorem. Capitibus ſequentibus illius nomen, prædeſtinationem, natiuitatem, præſentationem, deſponſationem, Ioſephum ſponſum, pulchritudinem externam & internam, obitum, aſſumptionem, exequitur latè, ſanctè, ac doctè. Tum de patrocinio locutus; ô felicem, inquit, memoriam ex qua Virginis imago nunquam diſcedit. Plura vide toto eo commentario.

513 *P. Adrianus Pleunius* Brugis hoc anno diem clauſurus extremum, pro felici ad eum articulum apparatione flagitauit enixè, vt ſibi morienti cum formula votorum Societatis, ea quâ nos Beatiſſimæ Virgini dedicamus formula legeretur; *Sancta* Maria *Mater* Dei, *& Virgo, &c.* cuius coronamentum ſunt hæc verba: *Nec me deſeras in hora mortis meæ.* Inter S. Cath. Senenſis monita eſt illud: *Quicunque fuerit is qui debitam habuerit reuerentiam erga hanc dulciſſimam Matrem, non auferetur, nec deuorabitur à dracone infernali.*

Mors.

Frigerius in eius vita edita Romæ 1656. cap. 37.

514 Hoc anno Milleſtadij, inculcata, inquiunt annuæ, quæ penè iam exoleuerat Sabbati diebus à carnibus abſtinentia. Vallisoleti Sodalitas noua inſtituta eorum, qui ſe volunt *Seruos Deiparæ* appellari. In Xerenſe Collegium hoc anno mos inuectus, vt Parthenij ſub Deiparæ clientela Sodales

feria-

Digitized by Google

feriatis diebus in ædem noſtram conueniant ad res diuinas per ſemihoræ ſpacium meditandas. Idiota Deiparam alloquens: *Adiuuas*, inquit, *in morte: adiuuas quoque poſt mortem animas ſuſcipiendo, & eas in cælum deducendo. Adiuuas tribulatos, tentatos, & in* DEI *amore famelicos, dando eis refectionem internam.* *Contempl. c. 6.*

515 Ebreduni, in ea quæ graſſabatur perpeſſione morborum, duos noſtros haud dubium Deiparæ præſidium expertos eſſe ij qui rebus interſuêre perſcribunt. Alter, inquiunt, febri vehementer iactabatur: atque in ſtomachum, ac pulmonem humor defluens, animam reciprocare vix ſinebat; cùm in dubitatione mortis, artiſque remedia fruſtra tentante medico, æger, Ebredunenſis Deiparæ honori votum nuncupauit, & mox reſpirandi moleſtiâ leuari cœptus, breuì omninò conualuit, medico vim Deiparæ agnoſcente, idque ſuâ ſyngraphâ conteſtato. Eadem alteri ſtetit incolumitas ab ope Virginis, cùm fuiſſet à medicis conclamatus. *Potentiſſima*, inquit S. Bernardus, *& piiſſima charitas* DEI *Matris, & affectu compatiendi, & ſubueniendi abundat effectu, æquè locuples in vtroque. Ad hunc miſericordiæ cumulum tota ſolicitudine miſeria noſtra recurrat.* *ſerm. 4. in Aſſumpt. B. V.*

516 *Iacobus Dei* Coad. in montis cuiuſdam faſtigio Beatiſſimæ Virginis imaginem collocauit. Ad hanc ire iuſſit affines quorundam à Turcis captorum, dixitque fore, vt auſpice illâ ſuos breuì reciperent. Paruêre illi Iacobi monitis: & ſuis, vt ille ſpem dederat, receptis, eo loco B. Virginis de Monte Serrato ſacellum poſuêre. *obijt 1615. Baſtiæ.*

517 Collegij Balearici literæ in hunc annum aiunt fæminam (cuiuſdam de Societate, quem conſuluerat, hortatu) vt virum in aleis fortunas omnes *Pro alijs conuerten dis illam implorare.*

prodigentem corrigeret, in vigilia Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis, conſcientiâ expiatâ diuino epulo accubuiſſe, ac Deiparæ ſupplicem factam, vt ipſa coërcitionis modum reperiret, coniugique ſuo, perdito rei familiaris profligatori, melioris vitæ mentem inijceret. Efficacitatem precum ſenſit maritus eâ totâ nocte ſine vllâ quietis parte à conſcientiâ miſerè perturbatus, eòque perpulſus, vt poſtridie alius planè fieret ab heſterno, ſacramentis religiosè obitis, ac vitâ frugi eo modo inſtitutâ quem vxor à Beatiſſimâ Virgine poſtulârat. Ita per illam ſimus homines noui: & noſtro conſilio alij ſunt incitandi, vt ſi vxor maritum, hic vxorem, filium, amicum, &c. ad bonam frugem redire velit, huius ope velut machinâ, ad id vtatur. *orat. 1.* Iſidoro Theſſalonicenſi: Maria *eſt homo nouus, & magnum, ac verè viuificum elementum.*

ob. 1615. 18 Febr. 518. *P. Ioannes Cardim* primam ſuæ ad Societatem capeſſendam deſtinationis ſcintillam concepit *Lucem cō-ſilijs à B. V. petere.* cùm ex voto ædem *B. Virginis à Luce* inuiſens diuinâ iſtic Synaxi reficeretur. Sabbato, etiam puer, dimidiam horam deſtinabat, quâ ſepoſitis omnibus, de B. V. virtutibus meditaretur. id quod mirâ ſpiritus dulcedine faciebat, iuxta illud Hugonis de S. Victore *tomo 2.* (ſermone de B: V: quem mellifluum, nutrificum, & planè diuinum vocant) Maria *tota dulcis eſt, & tota ſuauis, vnicè pulchra.*

519. E Collegio Sanctanderenſi hoc anno per ſemeſtre ſacræ expeditiones factæ in montes ad *Miſſiones illi commendare.* quos ab annis iam 30. nemo de Societate penetrârat. Ibi tunc ad arboris cuiuſdam radices primum ſacrificatum erat à noſtris: quo loco in beneficij memoriam, ædicula Deiparæ inædificata eſt, indictâ cum omnibus eorum locorum indigenis, etiam

religioſis, ad illud Deiparæ ſanctuarium ſupplica-
tione quotannis: atque is quidem mos ad hanc
vſque diem ritè ſeruatur. Richardo à S. Victore, cap. 42.
Beatiſs. Virgo dicitur *arbor inflammata*. Sub hac ar-
bore aram pone; ac igneos fructus carpe.

Aedem B. V. Lauretanam colere, propagare.

520 In templo Domus Profeſſæ Mexicanæ an-
no ſuperiore inchoatum, hoc perfectum, & ipſo na-
tæ B.V. die ritè dedicatum eſt ſacellum B.V. Laure-
tanæ illius ædi ſimillimum. Sacra Deiparæ effigies
ritu ſolenni ad nos aduecta, Patribus è Domo piè
illi obuiam effuſis, non ſine collachrymatione mul-
torum. Hîc naues reperiunt contra maris iras, pi-
ratarumque diſcrimina felix aſylum, ſolatiumque
afflicti. Non vni ſanitas reſtituta qui eam ſe nouies
viſitaturum voto promiſit.

Familias ad cultum B V. allicere.

521 Eboræ hoc anno opificum Sodalitium ſub
B.V. Aſſumptæ clientela inſtitutum habet 150. ca-
pita, habito maturo admittendorum delectu. Sin-
guli totam ſuam familiam ſingulis menſibus, & fe-
ſtis B. Virginis ad ædem noſtram pro ſuſcipiendis
Sacramentis adducunt.

Illam per gradus ſalutare.

522 *P. Franciſcus Fernandes* apud Portuenſes hoc
anno extinctus id in more fuit, vt inter aſcenden-
dum per ſingulos gradus conceptis verbis Deipa-
ram tenerè ſalutaret. Hic in iuuentute à Societa-
te deſciuerat: ſed ad admirandam Lapenſis Deipa-
ræ ædem profectus, religione tractus, ad mentem
rediit, id quod fuſius nec ſine admiratione narrant
nunc Portuenſes.

Lit. B. V. propagare.

523 Rothomagi hoc anno vnius è noſtris con-
cionibus ac ſcriptis perfectum eſt, vt felici morti
parandæ Litanias B.V. quotidie recitarent, in quod
conſilium per totam Neuſtriam pluſquam 20. ho-
minum millia perſanctè conſpirarunt.

Cor-

524 Cortraci hoc anno 3. Oct. obijt *P. Adrianus Arboreus*, qui tribus coronis & Litanijs quotidie recitatis à B.V. petebat vt eius ope in Dei gratia, & in Societate perſilteret; ac ab illa in mortis articulo potiſſimùm iuuaretur. De hac vetus Miſſale Morinenſe: *Tibi cordis in altari Decet preces immolari, Virgo Sacratiſſima. Nam cùm in ſe ſit inepta, Tuo nato ſit accepta Per te precum victima.*

Penſum precum illi perſolue re.

Parnaſſi Mariani p.322.

ANNO MDCXVI.

525 P. Bernardinus Realinus (hoc anno Lupijs die B.V. Viſitantis extinctus) explicatè dixit, & ſcripſit; ſe ſuam vocationem, & puritatis nullis turpium imaginum ſpectris perturbatæ tranquillitatem Deiparæ præſidio debere. Optabat in Societate infimæ hominum claſſi ad labores adſcribi, quòd temporarijs potiùs quàm Scholaſticis occupationibus dignum ſe, idoneumque cenſeret; diceretque illud ſe optare quòd piam illam ſeruitutem ſeruienti plus otij ſit futurum ad precum orbiculos Cæleſti Virgini euoluendos, nempe à qua de ineunda Societate luculentum auxilium accepiſſet. Certè illa quæ magni conſilij Angelum peperit, nobis conſilium auxiliumque ſuppeditat, ſi rogetur. Hinc illud S. Ioann. Damaſceni hoc ab illa poſtulantis: *Proſperum iter concede nobis, vt incedamus per ſemitas ducentes ad fruitionem ſempiternam, & ad delicias incorruptibiles, & nunquam interituras.*

Vitæ lib. 1 c. 10. 11. & 12.

m. ſ. Dom. ad veſp. ode 3.

526 Idem tyronibus præeſſe iuſſus, eos multifariam percolebat: imprimis verò (quod ait recens & perdiligens eius vitæ ſcriptor Leonardus) ingenti erga Deiparam ſtudio molles animos altè imbuebat; illudque potiſſimùm obſequij demandabat, vt percurſâ frequenter ad calculos Salutatione Angelicâ Virginem commendarent. Hac iuit ipſe,

cap. 12.

hac

hac Marianos Societatis Proceres ductu Ignatij præiuiſſe vidit, hac eundem ſuis præſcripſit, vt inde vegetum quoddam, expolitum, & vigens ad omnem ſanctimoniam ingenium haurirent, & MARIAnum hunc quo ſemel eſt imbuta recens ſeruaret odorem teſta diu. *Origo fontium*, inquit Bernardus, *& fluminum mare, virtutum auctrix, & ſcientiarum ſcientia Sanctarum* MARIA. *tom. 2. ſ. 1. in Salue Reg.*

527 Idem *Bernardinus* cùm in quampiam ædiculam ſemigraſſet, ſeque iſtic ſupplex de genibus clientelæ illius mancipaſſet, admirabili puritatis amore, ſuauiſſimâ dulcedinis à cogitatâ DEI Matris ope manantis affluentiâ, deque ijs quæ puritati aduerſantur victoriâ, & pace auctus eſt. *vid. c. 12.*

528 Idem cuidam qui Deiparæ ope à morbo conualuerat, dixit ſe pro actione gratiarum floſculum ad Deiparam eius nomine ferre velle. Excitabat illum ad teneram erga cultum Deiparæ pietatem; nec volebat vllum eius beneficium ſine gratiarum actione præteriri. *In te*, inquit Ioannes Damaſc. *in te ſpem ſalutis meæ repoſui: & te præſidem, ac Patronam vitæ meæ firmam, atque immobilem conſtituo.* *Gratias illi agere pro ſanitate recepta.* *ibid. ode 6.*

529 De orandi modo interrogatus *P. Bernardinus Realinus*, reſpondit; iuuare aliquando, tantiſper intermiſſo hiſtoriæ quam meditamur filo, *Pater & Aue* interſerere, ad IESV & MARIÆ opem in orando neceſſariam implorandam. Iuuabit ad IESVM cum Apoſtolis dicere: Domine, doce me orare: & ad MARIAM: Domina, doce me orare. *Ita hæc dominetur mihi*, ait S. Ildefonſus ad IESVM, *vt ex hoc nouerim me placuiſſe tibi: ita dominium eius me teneat in ſeculum, vt tu ſis meus Dominus in æternum.* *B. V. orãdi magiſtrã adhibere.* *lib. de Virgin. B. V. cap. 12.*

530 P. Bernardinus, ſi quod nouum miraculum de B. Virg. reſciſcebat, ſtatim illud verbo & ſcripto

Eius miracula propalare. longè ac latè porrigere, ac vbique ſciri volebat: vt ne quid moræ iniiceretur in gloria Deiparæ propaganda. *Arboris huius pulcherrimæ*, vt monet S.Bruno, *nunquam obliuiſcamur; ad ipſam ſemper reſpiciamus, fructum vitæ & ſalutis ab ea quæramus.*

in Aſſūpt. B.V.

531 Agnoui, ſcribit latinè in meditatione quadam *P. Bernardinus Realinus*, hanc Salutationem Angelicam magni faciendam. 1. quia à SSS. Trinitate eſt ordinata: nec enim ſolent nuncij, qualis fuit Angelus Gabriel, referre, niſi quæ à Dominis ſuis accepta habent. Si miramur orationes Ciceronis, quanto magis DEI? 2. quia ab Angelo recitata. 3. quia ad Beatiſſimam Virg. relata eſt. magnos enim magna decent. Idcircò in ſenecta Bernardinus cùm otio abundaret, ſæpè duodecies corollam B.Virg. ſæpè crebriùs recitabat quotidie, idemque noctu factitabat. Aiebat *Pater* & *Aue*, ita precationibus alijs antecellere, vt ſuum velut ex opere operato pretium habeant. Illam à SS. Angelis etiamnum ſic ſalutari: *Aue* MARIA *gratia plena Dominus tecum*. *Oſtende te mihi, Virgo*, ait ad illam ſupplex S.Ioannes Damaſcenus, *& animæ meæ tenebricoſam noctem immaterialibus lucis tuæ fulgoribus illuſtra. Porta enim es diuinæ lucis: effice vt ſempiternis replear delitijs, qui te iugiter ſine intermiſſione magnificem.*

Valdè æſtimare Sal. Angelicā.

m.ſ. fer. 2. ad veſp. ode 9.

532 Ioſephus Papina iuratus affirmat ſe ad P.Bernardinum acceſſiſſe, vt contra ſuas quaſdam tentationes apud illum remedium inueniret. Edoctum ſe ab illo, vt quoties vrgeret tentatio, toties piè cum inſigni fiducia ſic ad IESVM & MARIAM recurreret: GIESV, MARIA, *ſiate in mia compagnia*
Perche ſe mi moſtrate la via
Sarà ſalua l'anima mia.

Per illam adhibere remedium pro tentatis.

Incitam. n.154.

Quæ

Quæ latinè ferè ad verbum ſic ſonant;

IESV, MARIA,

Eſtote in ſocietate mea

Si enim per vos monſtrata mihi fuerit via

Salua erit anima mea.

Ioannes Damaſcenus: *Aduerſarum cogitationum tempeſtate, vitaque procellis exagitatus, ac ventis inordinatis infeſti mundi rectoris vndequaque iactatus, clamo ad te, ò Virgo! Vide ærumnoſæ animæ meæ miſeriam, & hoſtium inuiſibilium conſilia diſſipa. Tu enim eos qui in periculis verſantur potes liberare.* *m. ſ. fer 3. ad veſp. inis.*

533 Alij præclariſſimæ, & caſtiſſimæ indolis adoleſcenti, qui ſe multifariam excruciârat, vt à laſciuis dæmonis carni multa inquinatè ſuggerentis inſidijs incorruptè atque innocenter quietus maneret, opem à DEI Matre pollicitus ſuaſit, vt cùm ab immundo illo colaphizâretur, cor ter ſigno Crucis ſignaret, ac diceret: *Per ſanctam Virginitatem tuam, puriſſima Virgo, emunda carnem meam In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Adoleſcens obedienter id executus, iuriſiurandi religione affirmauit poſtea ſe per omnem vitam nunquam id genus ſtimulis agitatum: idque ſe authore alijs quoque permultis, nunquam irrito eius operæ pretio in- *Caritas.* ... fuiſſe. Aiebat, & ſcribebat Realinus; IESVM & MARIAM ſibi miſericordiæ Patrem, & Matrem eſſe. S. Sabbæ oratio eſt: *Lætitia tua ò Virgo, quæ hominines ſine fine redundat inſtar roris matutini, illam ſæuantem ærumnarum fornacem, qua encomiaſtæ tui in ea ſubinde vita vexantur perpetuò, ſopit ac mitigat.* Hoc rore matutino dies totus eſt aſpergendus. *Menæa 2. Iul.*

534 P. Bernardinus Realinus, vt barbaris quibuſdam mancipijs hæc tantùm verba; *Aue MARIA gratia plena* inculcaret, laborioſâ planè patientiâ *Aue Maria rudes docere cũ magna patientia.*

Digitized by Google

quinque aliquandò vel vni edocendo dies impendit, tribus quotidie horis illi labori conceſſis: idque faciebat Deiparæ per aliorum etiam linguas honorandæ ſtudio; patientiâ quâ demum ſeu dæmonis hominem obtundentis operam, ſeu ipſius ingenij duritiem ſuperauit. Græci 1. Ianuarij in ſuis Menæis Deiparam hiſce verbis celebrabant: *Ad te pro dignitate laudandam omnis inops eſt lingua: etiamque animus excelſior mundo in laude tua vertiginem ſentit, ò Deipara!* Doceamus ergò linguas omnes, quantumuis rudes & barbaras, laudem Virginis. Benè ſit horis illis quæ in tam pretioſis occupationibus effluunt in æternitatem.

Ad victoriam vitij ſui per Examen particulare adhibere B. Virginem.

535. Idem in quotidianis conſcientiæ diſcuſſionibus deprehendebat ſe, oculo in ſcopum altæ ſanctitatis fixo intentum; ac ſi quis ab eo aberraret facilè pronum eſſe ad iudicium ac ſententiam de illo ferendam. Quare particulari examine adhibito ſe ab illâ ſiniſtrè de alijs iudicandi facilitate prohibere ſtatuit: egitque quanto potuit conatu, atque accuratione per omnem artis ab Ignatio præſcriptæ induſtriam, adnotatis in libello punctis cùm vinceret, aut vinceretur: id quod vt feliciter caderet, hac potiſſimùm arte perfecit; vt & nihil ex ſua contentione remitteret, & Beatiſſimæ miſericordiarum Matri ſupplex fieret pro gratia, cuius ope victor ab hoſte illo euaderet. ſenſit manifeſtum operæ pretium, & MARIÆ ſubſidium. quare Euchariſticum illi carmen elego metro compoſuit; quòd de illo ſuo vitio ſui victore, ſe victorem tantâ agnoſceret per Virginem gratiâ cumulatum. Verum eſt, eritque ſemper longè veriſſimum, quòd ſolida erga Deiparam pietas ſit cathedra eminentiſſimæ ſanctitatis. *Domine*, ait ad CHRISTVM Græca Eccleſia, *Tu vt nos*

Neminem iudicare.

Menæa, 8. Martij.

s viam doceres quæ ad ſanctitatem perduceret, in ſa-ctiſſimo Virginis vtero cum omni ſanctitate tua con-liſti.

536 Non nemo retulit ſe ſordidatum contra caſtitatem cogitationum dehoneſtamenta mente perturbaſſe acceptâ in manus coronâ quâ vtebatur im *P. Bernardinus* in B. V. ſalutandâ. Audiamus autem ad B. V. S. Ioannem Damaſcenum: *Riuis is ex quibus aquæ viuæ dimanant, irriga ſeruum tuum, ui peccatorum incendio comburitur, ac dæmonum inuaſio-bus obtenebratur, ò Virgo Mater inuiolata.*

Corona B. V. vti præ præſidio caſtitatis.

m. ſ. fer. 3. ad veſp. ode 5.

537 In Collegio Lupienſi quædam Patrum cubicula crebro ſtrepitu, & ſpectris terrebat iniquus genius. In vno viſum etiam eſt quiddam hirco ſimile, è cuius naribus ignis atro fumo permiſtus idabat. P. Bernardinus nihil perturbationis deinceps fore promiſit ſi Cruce fronti impreſsâ (id quod ui eorum ſuaſit) ſemel Virginis Matris honori, ſemel verò Angelo tutelari ſalutationem Angelicam ſperi recitarent. Verum dixiſſe, ac benè ſuaſiſſe tendit euentus, perturbatore illo iſtic deinceps nec audito, nec viſo. *Fortitudo mea*, pergit iterùm Damaſcenus, *laus, & ſalus, firma defenſio, & murus expugnabilis cùm ſis Domina, oppugna impugnantes me mones, qui ſemper quærunt morti tradere me.*

Contra ſpectra vti ſalutatione Angelica.

m. ſ. ibid. ode 7.

538 Idem *P. Realinus* cùm extremâ iam ætate uino ſacrificio operari haud poſſet; quemadmodum hactenus quothebdomadis vnum pro vita ſuni ſuo Patre & Matre ſacrificium offerebat; ita deinceps *precario ſerto* ſæpiùs *Deiparæ* ſalutem dicens, eoſdem adiutum ibat. *Sentiat*, ait S. Bonaventura de anima DEI Matri addictâ, & in expiatorio igne pœnas dante; *Sentiat in pœnis refrigerium um; & concede ei locum inter electos* DEI. Idem

Illius coronam pro Patre & Matre viuis aut mortuis recitare.

pſ. 19.

precatorium ſertum ſe pro quodam recitaturum promiſit qui graui conuitio læſus, vltionem omnem, Bernardini rogatu, remiſerat.

Paruulos ad illam laudandā excitare.

539 Idem pueros diuinâ cathecheſi parans imbuere, primùm illos modeſtiam edocebat; mox Angelico illo more compoſitos commonebat vt ad hauriendos cæleſtis doctrinæ ſatus docilem à Deipara mentem, illuſtrationemque poſtularent. Ita ille innocentes linguas ad laudandam illam adhibuit cui laudandæ ſibi vel centum linguas fore impares dixit Bernardus, linguamque ſuam infantem eſſe atque indignam.

tom. 2. ſ. 2. ſuper. ſalue Reg.

Noctu orare...

540 Idem, autor erat Noſtris, vt quandoquidem è Societatis inſtituto per noſtra munia nobis noctu ad officij diuini penſum ſurgendi conſuetudo non eſt, certè noctu experrecti animum illicò in cælum eleuarent, atque orarent. Ipſe verò, ſolebat noctu Lupijs ad B. V. Annunciatæ ædiculam ſe conferre, ibique productè nocturnis horis coram eius ara pietati litare. Ibi etiam ab extrarijs deprehenſus eſt. Laudemus illam noctu quoque, in qua Solem, Lunam, ſtellas agnoſcimus. Cui Bernardus; *Omnibus firmamentis firmius firmamentum tu, Domina. Poſuit in hoc firmamento* DEVS *Solem & Lunam,* CHRISTVM *& Eccleſiam, & ſtellas, prærogatiuas gratiarum multas.*

Leon. de Anna vitæ lib. 2. c. 5.

tom. 2. ſ. 3. ſuper Salue Reg.

Contra diſtractiones illam adhibere.

541 Idem P. Realinus ad earum quæ aberranti orantis menti ſe interfundunt euagationum coërcitionem hoc remedio vtebatur; idemque ſuadebat alijs, vt pro interſpiratione Dominicam precationem, Salutationemque Angelicam recitarent, ad profligandos hoſtes ope, ceu clypeo, cæleſtis Patris ac Matris, *è qua*, vt ait idem Bern. *non ſolùm clypei pendent, ſed & omnis armatura fortium*. *Nihil eſt enim* virtu-

ibid. ſer. 4.

Digitized by Google

virtutis quod ex te non reſplendeat: & quicquid ſinguli habuere Sancti, tu ſola poſſediſti.

542 Deprehenſus eſt flexis in genuali ſui conclauis ſubſellio genibus, explicatis in Crucis figuram manibus, perfuſus lachrymis IESVM & MARIAM flagranter orare familiari ſuo illo carmine de quo ſupra, ne ab eorum conſortione ſepararetur, verùm vt cum ijs coniunctus vbique permaneret, ac ſemper. *Dominus tecum*, inquit Bernardus, *& tu mecum: dignare me laudare te.*

Plura Leonardus lib 2.c.3. Iaculatorijs repetitis vt. ſer. 1. ſuper Salue Reg.

543 Illud etiam præclarum eſt, vt horæ diei, ac noctis ſingulæ DEI Matri dedicentur. Nonne duodecim ſunt horæ diei? certè Bernardinus iam ſenex vltima ſuæ ætatis tempora DEI Matri è ſalutatorijs illis de filo orbiculis precatione Angelicâ ſalutandæ quàm ſtudioſiſſimè tranſcribebat. Aiunt corollam illam ſeu ſertum ſalutationis Partheniæ intra diei curriculum duodecies, vel ter ac decies aliquando, ac noctu totidem vicibus, ab eo repetitam. Aſſiduè illam ſalutari, immolarique ei hoſtiam laudis *de hora in horam* vult Bernardus, adijciens: *Diuinæ pietatis abyſſum cui vult, & quando vult creditur aperire.*

Singulas horas B. Virgini dedicare.

ſ. 1. ſuper Salue.

544 Idem in morbis, & rebus dubijs Deiparam adhiberi conſultricem, adiutricemque iubebat, euentu etiam in difficillimis longè feliciſſimo. id quod expertus eſt adoleſcens ille, cui Leonardus de Anna (poſt ea quæ lib. 3. c. 1. in rem noſtram adnotauit) ſcribit à Bernardino datum conſilium, dicente: Omnia ex voto ſuccedent, fili, ſi Patronam Cæli Reginam Virginem vocaueris, ac ſolennibus verbis ſaluere iuſſeris: *Data eſt ei*, ait Bern. *poteſtas in cælo, & in terra. Oculi omnium Chriſtianorum in ea ſperant, & ipſa dat eis eſcam gratiæ (qua plena eſt) in* tem-

Conſilia B. V. ſequi.

lib. 3. c. 7. 13. 15. 17. 18. & vlt.

Bern. ſ. 1. ſuper Salue.

Digitized by Google

tempore opportuno. De morte Bernardini vide Incitamenta n. 156. & 157.

Ad illam celebrandã in feſtis ingenia inuitare.

545 In Collegio Potoſino apud Peruanos, hoc anno Sodales B. V. feſtum anguſtiùs celebraturi, præter varios & ſplendidos apparatus, edicto publico, magniſque præſtitutis præmijs, ingeniorum omnium florem, & quiſquis aliquid poſſet, ad B. V. laudes quàm exaggeratiſſimis cultiſſimiſque verſibus canendas inuitarunt, acuerunt, & inflammârunt, pio, nobili, & iucundo ſanè certamine. Miſſale Romanum vetus: *Pſalle, pſalle riſu toto, Cordis, oris, voce, voto, Aue plena gratia.*

Parnaſſi pag. 154.

Ancillas dare Deiparæ.

546 In Collegio Arequipano ibidem erecta recens Sodalitas *Ancillarum B. Virginis* in templo noſtro, nobiliſſimis totius Ciuitatis fœminis illi nomen ſuum inſcribendum offerentibus, & in ſacello ſuo ad MARIANÆ pietatis officia frequentiſſimis.

In Catechiſmo B. V. cultum per induſtriã extendere.

547 Calari in Sardinia hoc anno Patrum quiſpiam doctrinæ Chriſtianæ concionem extendit ad duo millia auditorum. Is ad DEI Matris cultum prouehendum eâ induſtriâ vtebatur, vt ſemper gratum aliquod & vtile de B. Virgine exemplum concioni tam magnæ narraret. Poſtmodum ſchedulam donabat ſingulis, in quâ breuis aliqua de B. Virgine ſententia, vel ſalutatio, & virtutis alicuius per illam adipiſcendæ petitio continebatur.

Nouem dies ſacros ante B. V. partum colere.

Sabbati cultus.

548 Panormi nouendiales Virginis pariturae honoribus dicatæ feriæ ſuperioribus annis haberi cœptæ, hoc anno anguſtiùs increuêre. In Syracuſano Collegio celebris in templo noſtro diuerberatio ſingulis Sabbatis, & B. V. vigilijs inſtituta.

549 Egregiam ſeruitutis, & mancipationis teſſeram ſuâ manu deſcriptam in Lipſanotecula

ſua

ſua è collo geſtaſſe *P. Ioannem de Valle* 18. Nouemb. 1616. in noua Hiſpania occiſum, inde in comperto eſt, quòd pendentem è collo illius thecam reliquiarium cùm aperiret Gubernator; vnà cum ſacræ Crucis fragmento illam teſſeram incluſam repererit. In apparando B. V. Præſentatæ feſto occupatum occupauit furor barbarus in omnia templa & quicquid Chriſtianum eſſet latè bacchatus. Demus cor noſtrum iſti Dominæ in mancipium: vt ipſa illud caſtiget, liget, domet, exerceat. Hoc optabat Damaſcenus ita illam precatus: *Bonum effice, Domina, miſerum cor meum; quippe quæ bonum peperiſti, & tota bona es, & ad bonas pœnitentiæ portas inducis me.*

Formulā ſe mancipādi B. V. de collo geſtare.

Præſent. B V.

m. ſ. fer. 3. ad veſp. ode 9.

550 *P. Ioannes de Valle* celebrem quandam B. V. imaginem interdiu, ac de nocte crebrò viſitabat in genua prouolutus; quæ imago Virginis cùm P. Ioannes à Barbaris trucidaretur & ipſa telis confixa eſt. Pergit Ioannes Damaſcenus veluti Deiparæ mancipium, aitque: *Flecto nunc coram te, ò Domina Virgo, vt ſeruum decet, genua mea cum gemitu.*

Noctu ei⁹ imaginem venerari.

m. ſ fer. 2. ad veſ. initio.

551 *P. Ioannes de Valle* Roſarium ſibi ipſe concinnauit, quod Sabbatinis diebus, & B. V. vigilijs, ac feſtis recitabat: loco minorum granorum 150. repetebat conceptis verbis gratulationem quâ illi de maternitatis & virginitatis gloriâ gratulabatur, &c. ſic: *Gratulor tibi Domina, quòd ſis* DEI *Mater & Virgo!* vel ſic: *Sancta* MARIA DEI *Mater & Virgo, gratulor tibi de gloria tantæ maternitatis & virginitatis tuæ.*

Roſarium pro feſtis B. V. & Sabb. excogitare.

552 *P. Ioannes de Valle* populos vicinos eâ erga Deiparam pietate imbuebat, vt illi ſe omnes MARIÆ in ſeruos manciparent. Id ille pro ſe chirographo virginei ſui ſanguinis charactere conſcripto præſtitit: & catenæ loco B. V. coronam ſibi circumde-

Seruum Deiparæ ſe facere.

dedit : quam poſitis humi genibus quotidie ſuauiſſimè pertexebat, quaſi ſeruus diceret ſuæ Dominæ cum S. Ildefonſo: *Concede mihi adhærere* DEO, *& tibi: ſeruire Filio tuo, & tibi.*

lib. de virginit. B.V. c. 12.

553 *P. Ioannes de Valle* clientelæ ſuæ pretium, & velut cenſum capitis dabat manè quotidie Reginæ cæli Dominæ ſuæ, illius diei cogitationes, & quicquid acturus eſſet atque dicturus. Illi caput, illi cor, & quicquid in illis officinis fieret deuouebat: deinde os linguam, & manus: ac denique Dominæ eſſe voluit quicquid eſſet ſerui, ſiue mancipij: *Ideò* (pergit ibid. S. Ildefonſus) *ideò ego factus ſum ſeruus tuus quia tu facta es Mater factoris mei.*

Mane B. Virgini cenſũ dare.

554 *P. Ioannes de Valle* omnia quæ Deiparæ amori faciebat obſequia (vnà cum eâ, de qua dixi, mancipij formulâ) deſcripta geſtabat è collo. Eidem auditum MARIÆ nomen inflammatum in vultu ruborem ciebat; ardeſcentibus oculis, ac tenerè colliqueſcentibus. Hoc nomen voto quotidie renouato ita coluit, vt quicquid ſuo ſtatui conſentaneum peteretur, lubens annueret, ſi hoc nomine interpoſito peteretur. Nihil conſilij, nihil operis aggrediebatur niſi hoc nomine in conſilium & opem vocato. Cultum à Societate, MARIÆ nomen, idque auguſtè omninò celebratum libris de hoc argumento conſcriptis, ipſi libri loquuntur pietate ac eruditione referti. *Benedicite*, ait Pſalmiſta Deiparæ, *benedicite nomen* MARIÆ *Matris* DEI: *& ſuſcitabit vobis voluptates ſempiternas.*

Obſequia erga B.V. deſcripta, è collo geſtare.

B. V. nomen vbique in conſilium adhibere.

S. Bonau. pſal. 144.

555 *P. Ioannes à Fontibus* anno 1616. 19. Nouemb. in Mexico cæſus eſt in odium fidei. In huius theca reliquiaria repertum eſt ipſius ſanguine ſcriptum votum quod ille nuncupârat, ſcripſerat, & ſigno ſacri numiſmatis firmarât, fore vt B. V. Matris hono-

Votũ Sabbatini ieiunij è collo geſtare.

…nori Sabbati diebus ſingulis ieiunaret. Sic è col… ad pectus & cor geſtanda eſt MARIÆ memoria, ab illa id impetres quod S. Ioannes Damaſcenus …tebat: *Opulentas miſericordias tuas effunde ſuper …s, ò Virgo! cordis mei catenas, atque ægritudines diſ…lue. Stillas compunctionis infunde mihi, vniuerſas …rdis plagas ſanans, & ſocordiæ meæ turbidas alluuio…s coërcens.* *feria 4. ad veſperas ode 4.* *feria 3. ode 4.*

556 *P. Thomas de Villacaſtin* (vt autor eſt Marccius in Biblioth. Mar.) Valentiæ hoc anno typis …lgauit Hiſpanicè, *Manuale vitæ, & virtutum Virginis.* Eiuſdem ſunt Valliſoleti editæ anno …517. *Meditationes de B. V.* Etiam in edito Valentiæ …no 1635. Exercitio diurno, quod Reginæ Hiſpa…æ dedicauit, multa habet de Roſario, & alijs …otidianis erga DEI Matrem obſequijs. Et ad …lcem addit Indulgentias olim à Clemente III. …nceſſas ei qui B. Virginem ſalutauerit in hunc …odum: *cap. 20. & 21. fol. 257*

Aue, Filia DEI *Patris,*
Aue, Mater DEI *Filij,*
Aue, Sponſa Spiritus Sancti.
Aue templum totius Sanctiſſimæ Trinitatis.
Pater noſter. Aue MARIA.

557 Compluti hoc anno inducta in cuſtodijs …blicis à noſtris conſuetudo, vt captiui alterno ve… choro alijs alij reſpondentes quotidie Roſarium …atiſſimæ Virginis recitarent.

558 *P. Alphonſus Rodriguez* ſolidæ virtutis ma…ter ſingularis, dum coronamentum apponit …rte 1. tract. 8. doctrinæ de voluntatis noſtræ cum …ina coniuratione, ait, voluntatem DEI eſſe ſum…m illum amorem quo ſe proſequitur, vt ſit id …od eſt; Sanctos, DEI voluntatem in cælis facere, *mortuus 1616. 21. Febr. Dei Matrem ſolida virtute amare. cap. 32. & cap. 34.*

idem illi volendo. Nos idem in terris poſſe facere circa B. Virginem gratulando illi de illa gratia & gloria quam illi vult DEVS, volendo illi idem quod ille. Atque hoc eſſe ſolidum pietatis genus, in eius feſtis ad Eccleſiæ imitationem, dicentis: *Hodie* MARIA *Virgo cælos aſcendit: gaudete, quia cum* CHRISTO *regnat in æternum*.

obijt Madriti 1616

Typis minutis cultum illius propagare.

in. ſ. fer. 3. ode 8.

559 *P. Iacobus de la Fuente* Beatiſſimæ Virg. colendæ, & per frequentes iaculatorias preces alloquendæ addictiſſimus, eiuſdem ſeruorum Congregationem inſtituit, & ea de re folia impreſſit ac ſparſit illi cultui propagando: in carceribus eiuſdem imagines collocauit, futuras incitamento captiuis. *Audi*, inquit, S. Ioannes Damaſc. ad B. Virginem, *audi ſuſpirium quod exit à corde meo*. Hæc ſuſpiria ſunt iaculatoriæ orationes, breuia & magna compendia cùm Deiparæ colendæ, tum omnis ſanctimoniæ comparandæ.

Coronam prærogatiuarum B. V. recitare

A Sanctis olim Deiparæ addictis amorem erga B. V. mendicare.

560 Madriti in Domo Probationis hoc anno felicem quem à DEO per Deiparam quotidie petebat diem obijt ſummæ patientiæ, ac erga Deiparam pietatis vir *P. Bartholomæus Velez* per annum integrum ita æger, vt ſinè dolore ſe commouere haud poſſet. Colebat hic Deiparam quotidiano roſario conſueto illo, & alio quodam ſat longo è Deiparæ titulis, prærogatiuis, &, vt vocant, excellentijs quibus creaturas ſuperat vniuerſas compoſito, ſingulas illi tenerrimè gratulatus. Taceo quotidianos quinque pſalmos quorum primæ literæ MARIÆ nomen conficiunt; taceo perſanctam Deiparæ, horologij admonitu, recordationem. Illud habet aliquid induſtriæ quod ex annuis hîc refero: Collegerat nomina eorum Sanctorum qui in vita Matri DEI deuotiſſimi fuerant: ea ille recitabat quotidie,

po-

oſtulabatque vt ipſi quoque erga DEI parentem uotionem maiorem & pietatem impetrarent, ac nctum è præſente vita deceſſum.

561 Angelicâ ſalutatione attentè recitatâ vtenım ad expugnandos animos duriores. Expertus . hoc anno eſt illuſtriſſimus Toparchæ germanus 'ouodomi, qui hæreſim tam altè imbiberat, vt de ligione Catholica nihil ad aures vellet admittere. [uic animo expugnando Deiparam præfecit is de ocietate qui adoleſcentis erat magiſter. Quare doleſcenti tandem perſuaſit, vt *Aue* MARIA Regiæ cæli corde attento recitaret. Fecit; & mox aniıo diuinæ Virginis ope ſubacto Catholicæ fidei ıanus dedit.

Salutatione Angelica corda expugnare.

562 In Collegio Gaditano reductis ad fidem lijs vnus Puritanus hærebat in hæreſi obſtinatus. .xarſit Pater de Societate quidam ipſo B.V. Aſſumtæ die; & Quînam pateris, inquit, ô Angelorum .egina, peccatorum refugium, vt eo ipſo die quo u glorioſa cælos aſcendis, miſer hic & infelix adicatur ſupplicijs ſempiternis? Non ita, Domina, Aater miſericordiæ: fac potiùs vt hic etiam eam uam reliqui, veritatis & ſalutis viam ingrediatur. .es mira! Vix Pater verba finierat, cùm ille lahrymis vbertim manantibus ad fidem conuerıs eſt.

Pro hæreticis illam orare.

ANNO MDCXVII.

563 *P. Aegidius Schondoncus* 29. Ian. hoc anno ıigrauit è vita. Magno ingenio, dexteritate, failitate, ſolertiâ, gratiâ cultum Deiparæ prouehebat bique, ac potiſſimùm in iuuentute quam regebat. *1ue* MARIA ad ſingulas horas religioſè recitare ım ſanctè conſueuerat, vt nulla vllius quocum loueretur authoritas, nulla humani vllius negotij

Aue Maria ad ſingulas horas conſtãter recitare.

Digitized by Google

neceſſitas illum ab eo more potuerit retardare. Abrumpebat, & MARIAM verbis Angelicis perſalutabat, monitore horologio, indulgentijs, & conſtantiſſimâ erga Deiparam pietate ad id inductus. Idem ſuadebat olim Bonauentura, Sanctus hortator, vt perſeueranter id agamus; *Glorificabo eam quamdiu vixero. Nolite ceſſare à laudibus eius, & per ſingula momenta recogitate illam.*

pſal. 155.

564. *P. Franciſcus Suarez* hoc anno magnâ ſanctimoniæ non minoris quàm doctrinæ famâ extinctus, ait ſe in ijs quæ de B.V. ſcribit, longiùs diſputatione ſuâ progreſſum, quàm videretur conſuetudo ſcholaſtica poſtulare. Ecquis enim, inquit, tam erit in dicendo ieiunus, vel in ſcribendo inops, vt de ampliſſima dignitate, de moribus excellentiſſimis, de admirabili vitâ, & gratiâ Beatiſſimæ Virginis dicturus, breui id, & compendioſo ſermone percurrat? Mihi profectò hoc in genere ſæpè viſa eſt Theologia noſtra (vt modeſtè dicam) breuis admodùm, & conciſa; cùm materiæ dignitas & amplitudo cum ſumma voluptate, eruditione, atque vtilitate coniuncta longè aliud à viro Theologo poſtulare ſuo veluti iure poſſit. De Beatâ ergò Virgine egimus vberiùs. Omitto nunc multa planè quæ Suarez ingenium elucubrauit gloriæ DEI Matris. Celebris eſt illa ab illo dum Theologiæ rude donaretur abſolutus Theologiæ auditor in theſibus propugnata, & magno cum plauſu accepta, poſteaque impreſſa, latèque confirmata ſententia: *B. Virginem conſecutam eſſe plures gradus gratiæ & charitatis quàm ſint in omnibus Sanctis hominibus, & Angelis, etiam collectiuè ſumptis. Itaque ſi mente concipiamus ex multitudine gratiarum Sanctorum omnium vnam intenſiſſimam gratiam conſurgere, non adæquaret intenſionem*

ad Lect. tom. 2. in 3. p.

ibid. diſp. 18. ſect. 4.

ſionem gratiæ Virginis. Ita Suarez. Et eadem late probat. Quocirca hyperduliæ cultu colenda eſt, id eſt, reuerentiâ non latriæ, aut adorationis quâ Devm adoramus, ſed inferiore; nec duliæ, quâ Sanctos veneramur, ſed ſuperiore: tanquam creatura ſolo creatore Deo minor. Vnde S. Anſelmus ait ſe *quomodocunque & ſaltem lippienti oculo cordis anhelare, vt contempletur ſupereminentem omni quod poſt hominem* Devm *creatum eſt, excellentiam Beatæ Matris* Dei. Ipſe certè Suarez feſtis Deiparæ diebus duas ante ſacrum horas dabat rebus ſuis cum Deipara conferendis. Semper coram illius imagine ſtudebat: & ſi quid dubitationis incideret, flexis genibus illâ conſultrice vtebatur. In veteri de B. V. cantico *Aue* Maria, *clemens, & pia, &c.* Beatiſſima Virgo vocatur *Kalendarium habens omnium Sanctorum merita*. Idcircò S. Aug. ait ingenio ad maieſtatem hanc experrecto: *Venerabile eſt mihi, Domine, & præcordijs meis reuerendiſſimum de Matre Filij tui loqui.*

de excel-lent. Glo-rioſiſſimæ V. M. c. 1.

Marcheſ. Diarij 1. Maij.

tom. 9. initio lib. de Aſſ. B. V.

565 Singulari efficacitate ac fiduciâ, ad omnes SS. & ad B. V. potentiſſimam opem recurrere docent ea quæ ſcribit *P. Suarez*. Excerpo ea quibus concludit eam tractationem quomodo B. Virgo nunc etiam in cælo exiſtens, ad noſtram ſalutem cooperetur pro nobis intercedendo. Ait ergò eius interceſſionem eſſe omnium efficaciſſimam. Imò, inquit, exiſtimo à B. Virg. in hac poteſtate, & efficacia, non ſolùm Sanctos ſingulos; ſed omnem etiam cæleſtem curiam ſuperari. Itaque ſi cogitatione fingamus B. Virginem aliquid poſtulare, totamque curiam cæleſtem illi reſiſtere (ſicut apud Danielem vnus Angelus alteri reſiſtebat) potentior eſſet, maioriſque efficaciæ, & valoris apud Devm Virginis, quàm reliquorum Sanctorum omnium

diſp. 23. ſect. 2.

B. V. potentiorem omnibus SS. venerari.

ora-

oratio. Ita ille. Quid ergo nobis de ſalute noſtra ſperare non licebit, ſi cultui Deiparæ cultum SS. omnium adiungamus? Poterunt omnes Sancti, poterit Regina SS. omnium ſuæ orationis efficacitate id quod nos imbecillitate noſtrâ non poſſumus obtinere. Et par eſt nos ad id, quippe ſummè neceſſarium, extremis viribus enixè conniti, adeòque omnes Cælites cum ſua Reginâ ad DEVM ſupplices deſtinare, vt nos illis inſerti poſtea pro alijs ſupplicemus. Dicamus hîc id quod S. Ioſeph in Menæis
A Ian. dixit: *O Angelorum, & hominum decus! illorum denique omnium ſalus quotquot aſſiduis tibi vocibus gratulantur, & plaudunt.* Plura in eius tomis de B. V. vita, & cultu reperies; vti & in P. Gabriele Vaſquez, alijſque noſtris Theologis.

Affectus Angelicæ Salutationis expendere. 566 P. Iacobi Aluarez tomus 3. hoc anno Lugduni editus tractat de affectibus ſalutationis Angelicæ prolixè ac ſanctè! Affectus excitat congratulationis, reuerentiæ, exultationis, admirationis, lau-
lib 1. col. 152. dationis, amoris CHRISTI, inuocationis, petitionis. Elegans, & legi digna Lucubratio. Poſtea de Re-
col. 753. gina Eccleſiæ MARIA meditari incipit, ac ſingula eius vitæ myſteria particulatim, & facili ad praxim modo expendere. In fine omnium meditationum Societatem illi vnicè tenerèque commendat, tanquam congregationem quam ipſa ab initio poſſedit; vtque illam ab omni malo, præſertim relaxationis, defendat, rogat. Virtutes ab ipſa petendas notat
obijt 1617 col. 1034. & modum petendi exhibet.

Immaculatæ Conceptionis B. V. myſterium magnopere amare. 567 Alphonſus Rodriquez aiebat CHRISTO placere plurimùm, de Immaculatæ Conceptionis myſterio præclarè ſentire ac loqui. Etiam hunc in finem inſtitutam à DEO Societatem IESV: multùm omninò id conferre ad animas ad DEVM adducendas:

das: eſſe magnum præſidium puritatis, & fidele pignus certi patrocinij MARIANI nos nullâ in re deſerturi. Audiamus illud S. Bonauenturæ canentis: *Sperate in illa, religioſi, delectamini in laudibus illius: & exaudiet petitiones cordis veſtri.* pſal. 36.

568 Idem *Alphonſus* in cænaculo ſtatim DEO offerebat quæ apponebantur edenda. Tum Matri Deiparæ bonas illis in purgantibus flammis animas commendabat, incredibili hauſtâ interea à DEO ac Deipara voluptate; quam eſuriebat & ſitiebat præ omni ciborum lautitiâ. S. Bonauentura ſic orat: *Concupiſcentiam ſupernorum accende in cordibus noſtris, & de gaudijs paradiſi velis nos recreare.* *In menſa illam colere. Incit. nu. 159. 160. pſal. 154.*

569 Alphonſus Rodriguez domo egreſſurus, ſe CHRISTO in Euchariſtia abſcondito enixè commendabat: petebatque ſtatim emori antequam domo exiret, ſi egreſſus ille, tametſi obedienter, non vanè, ſuſceptus, diuinæ gratiæ iacturam aliquam eſſet allaturus. Vt autem ſuas apud IESVM preces per MARIAM faceret efficaces, addebat ſemper: *Monſtra te eſſe Matrem! Sumat per te preces Qui pro nobis natus Tulit eſſe tuus.* Quò meliores ſumus, eò minùs nobis fidimus, eòque magis illam quærimus vt nos cuſtodiat dum foris extra domum, velut in Ægypti tenebris, obedientiæ iuſſu verſamur. *Annue*, aiebat ſanctus licèt, de ſe tamen valdè ſolicitus Ioannes Damaſcenus, *annue ò caſtiſſima, Virgo benedicta, vt tenebricoſa anima mea ſplendoribus tuis illuminetur: & mentis meæ tempeſtatem compeſce, & cordis duritiem euelle, & à maligni ſcandalis libera me.* *Chriſto ſe per B. V. commendare ante exeundū Domo. m. ſ. fer. 5. ode 5.*

570 Idem *Alphonſus* cùm ſe MARIÆ mancipium gloriaretur, nullam ſibi elabi horam ſinebat, quin illam coleret. Dolebat quothoris de hora præterita frigidè elapſa: ſi quid à ſe non benè in *Singulis horis illā colere.*

illa

illa geſtum deprehendebat, Sanctum eius horæ protectorem vnà cum Deiparente Virgine deprecabatur, & vocabat in auxilium ad veniam & emendationem à DEO obtinendam. Nocturnis quoque horis ſingulis excitabatur ad B.V. ſalutandam; nec vnquam ſalutare illam omiſit. Ad hoc nos inuitat S. Bonauentura his verbis: *Delectetur cor veſtrum in ſalutatione eius.*

etiam nocturnis, dũ expergiſceris.

pſ. 32.

571 Idem Rodriguez id ſibi arctè præceperat, & adnotauerat in libello, vt in CHRISTI & B.V. honorem alios etiam honoraret: & verò accuratè ſeruabat. Vnde quia ſæpè ad IESVM, ad MARIAM, ad Sanctos aſpirabat, dum pulſari ad portam aperiendam audiret, dum aperiret, dum omnes cum reuerentia, & modeſtia (tanquam IESVM ipſum & MARIAM) alloqueretur ſtupendis aliàſque narratis è cælo delicijs eſt perfuſus. Hoc agamus: & omnes, tanquam vnà nobiſcum ſub auguſto Deiparæ pallio habitantes, honore amoreque complexi, Societatis vniuerſæ nomine dicamus illud Eccleſiæ: *Sicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te, Sancta* DEI *Genitrix.*

Honorare alios in honorem Chriſti, & B.V.

Incitam. n. 161. vſque ad 174.

in offic. de B.V. nocturni 2. antiph. 3.

572 Nec ſecurus, aut ſolidus eſt amor ſi pati non vult: & pati, res eſt acerbiſſima, ſi non ames. Alphonſo Rodriguez ſæpè in os de corde prorumpebant familiaria illa verba: IESVS MARIA, *dulciſſimi mei amores! Patiar ego, moriar ego veſtri amore. Veſter ſim totus, & nullo modo meus, atque ſi nihil eſſem.* Digna eſt amari illa, vt Beatam Virginem vocat S. Iſidorus Archiep. *magnificentiſſima pulchritudo.* Digna eſt vt pro illa, & faciamus magna, & feramus.

Optare, & petere pati

Iaculatorijs vti.

orat. 1.

573 Incredibile eſt quantis lætitijs illiquefactum Alphonſi cor circumfluxerit ad benè introſpecta in cælum aſſumptæ diuinæ Matris gaudia, & trium-

Digitized by Google

triumphos. Nos illi ne gratulari quidem ſcimus, aut ſufficimus. Ergò cum Alphonſo cælum ingreſſi, Angelorum ac Sanctorum plaudentium illi lætitiam offeramus; petamuſque vt ſimus digni qui cum illis ei æternùm gratulemur. Petamus cum S. Ioanne Damaſceno: *Boni Filÿ tui charitate perfectè inſtitue me. Cum tempus diſſolutionis miſeræ animæ meæ inſtiterit, precor te, vt à dæmonum manibus eripias eam, & ſaluam* DEO *repræſentes, vt poſſim te beatificare*.

Ei gratulari, & cæli totius gratulationem illi offerre.

m. ſ. fer 5. ode 7.

574 Magnus amandi DEI Matrem ſtimulus eſt, quòd quò illam plus amabis, eò ſemper ſis plùs amandus ab illa: cùm ſe amando illa ſuperari non ſinat. Hoc ſibi mirè perſuaſum penitus in animo defixerat Alphonſus; eique ſudorem ſuum, aliquando ſudans, dedicabat. Idem agamus flagranter. Etenim, Quid nos, inquit Auguſtinus, *quid nos tantilli, quid actione puſilli, quid in eius laudibus referemus, cùm ſi omnium noſtrum membra verterentur in linguas, eam laudare ſufficeret nullus?* Addamus & hoc: ſi omnium noſtrum membra verterentur in corda, eam amare ſufficeret nullus.

Incit. nu. 163. 164.

to. 10. ſ. 2. de Aſſ. B. V.

575 Vehementer ad ſumma ſanctitatis æſtuanti Alphonſo Rodriguez vox interna dixit; Lentiùs ageret, lentè feſtinaret; ne ſe periculo omnia poſtea omittendi exponeret. Exhorruit ad iſta dubius ac timens. Tum omnem illum mærorem Deiparæ commendauit, vt ipſa prouideret. Et verò magnis ab illa cordis ignibus ad maiora eſt inflammatus. Hic mihi audire iterùm videor S. Io. Damaſcenum, dicentem: *Vitis diuina, quæ floreſcens botrum ſpecioſum protuliſti tribuentem omnibus diuinùm animæ feruorem: libera, o Virgo, animam meam ab acerbo caſu meo, & à paſſionum ebrietate, atque ab igne perenni.*

Contra tepidas cogitationes illam implorare.

m. ſ. Sabb. ad veſp. ode 5.

Digitized by Google

576 Idem *Rodriguez* quoties ad orandum ſe componebat, dolores perſentiſcebat, qui vnà cum oratione, acerrimè illum vrgere incipiebant, illâ finitâ ceſſabant. Cùm ad orandum pulſaretur; ſignum id erat ad dolores toto corpore increbreſcentes, & ſtatim ab orationis fine finiendos: id quod ille per decennium perpeſſus eſt. Adde quòd totis noctibus ſibi concidi veluti nouaculâ videbatur. Stomachus, calculus, colica miſerum cruciabat; ille tamen lætum ſe illis frui dixit Rectori, neque ſine illis lætum victurum: velle ſe hoc igne dolorum fieri holocauſtum diuinæ voluntatis. moxque adiutus, experientiâ doctus eſt veritatem illius ſententiæ, quam S. Ioannes Damaſcenus pronunciauit: *O flumen totius bonitatis ex paradiſo procedens*. In hoc flumine abſorbeantur dolores noſtri.

Impedimenta orandi per illā tollere.

m. ſ. Dominica ad veſp.

577 Inter orandum, ſui cordis curam DEI Matri ſæpiſſimè commendabat Alphonſus Rodriguez, & illud cæleſtium voluptatum torrente plenum ſenſit. Nempe illa vbi pectus impleuit, fidelem cordis noſtri curam habet, vt illud impleat bono IESV. Huius ſanguine ab illa ſibi cor elui orans S. Ioan. Damaſcenus ita precatur: *Aſperſione diuini ſanguinis ex diuino Filij tui latere effuſi, ablue, ò caſta, cordis mei vulnera; vt magnificem te, & debita ratione glorificem te.*

Cordis curam illi dare.

Incit. nu. 166.

ibid. ode 1.

578 Grauis Maioricenſi Collegio mota lis erat. Iam Iudicis aures impleuerat, & contra nos inclinauerat pars aduerſa. Precari, & in manus MARIÆ litem totam deponere aggreſſus *Alphonſus Rodriguez*, dixit, ſe ſperare felicem litis euentum, ſi Iudex clarè de rei æquitate doceretur. Iam appetebat hora ſententiæ, nec opportunum erat firmiter iam in Iudicis mentem infixa reuellere. Itum

In litibus ad B. V. recurrere.

ta-

Digitized by Google

tamē,& faciles capaceſque ad audiendum repertæ aures Iudicis, qui pro nobis feliciter pronunciauit. Præclarè non magis quàm verè Leo ille Imperator Philoſophus: *Nihil boni non aduenit te conſulente: & nihil mali non aufugit, te defendente.*

in Mariali Marraccij orat. 6. p 107.

579 Idem *Alphonſus* cùm pro ſe, ac ijs fratribus qui recepto more vnà diuinæ menſæ accumbebant ardenter auxilium DEI Matris,& Ioſephi ſponſi,& Ioachimi Patris,ac Annæ Matris, omniumque Beatorum expoſceret, id ſibi ad ea myſteria multò auguſtiùs percipienda ſenſit eſſe admirabili adiumento. Leo ibid. *Lucerna perpetuo lucens, nunquam extingueris. Tu nutris nos pane viuifico, qui fuit ex tua maſſa confectus.* Deinde à percepto diuiniſſimo ſacramento, SS. Ambroſij, & Auguſtini hymno, *Te* DEVM *laudamus* DEVM laudabat: quieſcebat arcano in ſilentio conſopitus, ibique ſe iam Matri, iam Filio dulciſſimè commendabat. Videtur ibi Alphonſus IESVM inter ac MARIAM medius agere id quod laudatus aliàs S. Ildephonſus dixit: *Ego vt ſim ſeruus Filij eius, hanc mihi dominari præopto: vt dominetur mihi Filius ipſius, huic ſeruire decerno.*

Ante communionem illius & parentum eius opem petere.

Incit. nu. 168.

lib. de Virg. B. V c. 12. col. 263.

580 Eo die quo Niues S. MARIÆ Maioris celebrat Eccleſia, & pretioſior Eccleſiæ portio MARIÆ clientes, *Alphonſus Rodriguez* mirâ erga cæleſtem Virginem fiduciâ ſe perſenſit accendi. quare illi ſe donauit totum, vt totus MARIÆ viueret. Ab eo tempore ſingularis MARIÆ ſemper liberalitas apparuit erga Alphonſum, tanquam in rem ſuam, ſiue oraret, ſiue aliud ageret. Meritò Bonauentura: *Domina, benedicta ſit dulcedo miſericordiæ cordis tui.*

Feſtum S. Mar. Mai. colere.

pſ. 8.

581 *Alphonſus Rodriguez* cùm ſe reddendis DEO gratijs imparem videret, omnem beneficiorum à DEO in IESVM, in MARIAM, in Angelos, in omnem

Gratias per illam Deo agere

Digitized by Google

cæli aulam effuſorum cumulum, in gratiarum actionem Deo, ardens & gaudens offerebat: vt vel ſic tantum in gratiarum actione redderet quantum illi acceperant. Certè Rex Dauid in pſalmis, & tres pueri, *Benedicite omnia opera Domino* canentes; omnia quæ creauit Devs ad illum laudandum inuitant. Maria, teſte S. Ioanne Chryſoſtomo, *ſpecioſior, & dignior facta eſt quàm totus mundus*. Omnem ergò illam illius dignitatem & pulchritudinem ad gratias Deo agendas inuitemus, dicamuſque: *Magnificet anima* Mariæ, *pulchritudo, dignitas, maieſtas, Virginitas, Maternitas, & omnis gratia gloriaque* Mariæ *Dominum: quia fecit illi magna qui potens eſt*.

tom. 5 h. 1. in c. 1. Matth.

582 *P. Octauius Nauarola* regendi artibus inſignis, humilitate colebat Deiparam; & maternâ quadam ſuauitate ſuos regebat. vnde crebrò in ore illi illud: Patres mei, plus charitatis, & minùs auctoritatis volo. Sabbato, eiuſdem diuinæ Matris amore, veſperi ab omni cibo penitus abſtinebat. S. Ioannes Chryſoſtomus: *Nunc*, ait, *Matri Domini vos addicite*.

obijt 1617. 15. Sept. Bononiæ.
Sab. ieiunio illam colere.
ſer. m. ſ in Hypapantem.

583 *Thomas Stilintonus* 15. Sept. in Meſſanenſi tirocinio extinctus eſt. Hic (vt boni filij ſolent) Diuinæ Matris manum in eius imagine magnâ cum reuerentiâ oſculabatur identidem pro ſigno reuerentiæ, ac amoris. Optabat paruulos plurimos docere modos colendi Deiparam. Plenam auguſtæ pompæ ac pietatis ſupplicationem, quâ in vigilia Aſſumptæ Deiparæ, theatrũ eiuſdem ac triumphos apparatione longè nobiliſſimâ exhibere ſolet Meſſana Vrbs Deiparæ amantiſſima, cùm etiam Nouitij è loco opportuno ſpectarent (tanquam rem valdè idoneam ad voluntates erga Deiparam inflammandas) non ſpectauit Thomas; vt Deiparæ offerret

Oſculari manus B. Virginis, vt Matris.
Paruulos docere.
Oculos mortificare.

hoc

hoc ſacrificium oculorum,& piæ iucunditatis quam inde erat hauſturus. Nempe in illa ſuas habebat delicias, quam vetus Miſſalis Tornacenſis hymnus ita ſalutat: *Specula conſilij, Organum lætitiæ, conclaue ſubſidij; Orbis ſuſtentaculum, cæleſte ſpectaculum, Gratiarum legio.*

Parnaſſi Mar pag. 306.

ANNO MDCXVIII.

584 *P. Iulius Mancinellus* in vigilia B V. Aſſumptæ, hoc anno extremum diem obijt. Is cùm iam 67. ætatis, & 44. initæ religionis anno ab impuris imaginibus gemeret anxius animi nullâ vnquam grauis noxæ labe fœdati, SSS. Trinitatem rogauit, vt ab ijs liberaretur. Pudebat illum vehementiſſimè à ſordibus illis affligi. Tum ad Virginem (vt habet eius vita) conuerſus, non ſolummodo vires hauſit, ad ſordes illas ſemper faciliùs, & cum lucri ſancti acceſſione vincendas, verùm plenam etiam ad longum tempus ab ijs nactus eſt libertatem. S. Ioan. Damaſcenus, fœda hæc idola per illam vult expugnare. *O mons diuine*, ait, *ex te abſciſſus eſt lapis ille qui idolorum ſimulacra contriuit: animæ meæ idola expelle, deijciens carnales meos affectus, totum me fac ſpiritualem.*

Pro puritate illam colere.

m. ſ. Dom. ode 7.

585. *P. Iacobus Rhem* Ingolſtadij 12. Octob. hoc anno obdormiuit felix. Hic magno Deiparæ cultu celebris vir, Ingolſtadij in inclyto illo S. Ignatij Epiſc. Martyris conuictu, *Colloquij Sodalitatem*, erexit; quæ pro inſtituto haberet cæleſtem Dominam, appoſitis ſuo tempore de illa colloquijs honorare. In huius cœtus ſacello aderat aliquãdo Iacobus Litanijs Virgineis,& erga auguſtum Matris admirabilis titulum exarſit: ac multâ è cælo voluptate manans, erumpenſque in medium, præcepit vt iterùm ac tertiò *Mater admirabilis, Mater admirabilis* cantaretur.

De illa colloqui.

Incit. nu. 177.

retur.

retur: hoc illi elogium eſſe longè acceptiſſimum. Hic omninò titulus debet ſupplere imbecillitatem noſtram illi laudandæ imparem. Vnde Græca Eccleſia illi dicit: *Omnes rhetorum leges ad ritè laudandum inuentæ, magnitudine gloriæ tuæ vincuntur.*

in Meneis 12. Maij.

586 *P. Philippus Bebius* hoc anno Coloniæ ad Sodales (quibus per annos propè 20. præfuit) virtute ſolidâ vnà & amore Deiparæ imbuendos edidit *Scalam virtutum cum exercitijs ad B.V. cultum ſpectantibus*. Eiuſdem ſunt libelli hi eodem fine conſcripti: *Porta cæli vnà cum ſcala Iacob*, id eſt, *teſſera ſalutis, prædeſtinationis, ac mortis felicis, cultus Virginis Deiparæ.* anno 1616. *Phœnix rediuiuus*, ſiue *de Renouatione interiore Sodalis Mariani*. Deceſſit Coloniæ 1637. 16. Febr.

Virtute, renouatione illam colere.

587 Ingolſtadij Sabbatini diei religio etiam inter famulos & operas domi noſtræ increuit. Eo enim die ad omnes externos qui nobis ſeruiunt, exhortatio hoc anno haberi cœpta, in qua in Sacramentis, in cultu Deiparæ, in omnibus pietatis officijs egregiè inſtruuntur, vſque ad piam eorum inuidiam qui id reſciſcunt foris id genus officijs apud externos occupati. Inde illis pia deſideria gliſcunt in pectore. S. Bonauentura ad Virginem: *Concupiſcentias ſempiternas excita in anima mea, & de gaudio paradiſi inebria mentem meam.*

Sabbatinū cultum ad famulos extendere.

pſ. 71.

588 Cortraci quidam capitis damnatus, furenter ad DEI tribunal citabat Iudices; adeòque ne noſtri quidem ad pedes abiecti verbis & lachrymis mouebatur. Quid ageret noſter? Virgo Mater illi venit in mentem, bono inſtinctu optimi DEI. Quippe reus ille nuper redux à B. Virgine Lauretana, imaginem quoque illius attulerat. Ergo illum impensè rogare contendit noſter, vt adeò charæ

Illam adhibere pro duris cordibus expugnādis.

olim

Digitized by Google

olim ſibi Dominæ memor, hoc illius amori priſtino daret, *vt eam vnica ſalutatione Angelica ſecum recitanda dignaretur*. Ad auguſtum DEI Matris nomen manſuefactum illi pectus ferociam poſuit. paruit: & ſopitus erga illam velut lethargo amor quaſi experrectus, fecit vt Beatiſſimam Virginem inclamaret, ac eius imaginem poſtularet. Porrectam vt aſpexit; oculos in lachrymas illi ſoluit ſpectata illic miſericordiæ Mater. Tum in genua prouolutus, & illam oſculis veneratus, peccata demum ritè confeſſus, diuinâque Synaxi munitus imaginem ad mortem vſque non dimiſit. Hæc eſt felix induſtria, vt cùm ferream cordium quorundam glaciem diſſoluere vel frangere non poſſumus, ad Matrem miſericordiæ pro ijs, & cum ijs quibuſcum agimus ſuſpiremus; quippe quæ tota igne DEO plena facilè totum id gelu, quantumuis pertinax ferreumque, diſſoluet. *Spiritus Sanctus*, inquit ad B. V. S. Bernardus, *eſt ignis conſumens, qui ſanctiſſimam animam tuam totam inflammauit ſeipſo, atque ſplendore diuinæ maieſtatis impleuit*.

B. Virginem cum pœnitentibus implorare.

tom. 2, fol. 403.

589 Leodij hoc anno Coadiutor quidam, febribus lecto affixus, poteſtatem ſibi impetrauit votum Deiparæ nuncupandi. Vouit ſe SS. MARIÆ nomen affabrè inciſurum pro B. V. Sodalitate. Opere mox inchoato febres inter laborandum ſenſim ita receſsêre, vt opere vix perfecto planè abiecrint. Ecce quàm facilè omnia impetrat pro nobis à Filio DEI Mater; cui proindè cum S. Bernardo dicamus: *Loquere, Domina, quia audit Filius tuus: & quæcunque petieris impetrabis*.

Mariæ nomini etiã labores manuum dedicare.

tom. 2. in orat. fol. 404.

590 *P. Antonius Clarus* nullam ſuam Concionem paſſus eſt vnquam eſſe ſinè aliquibus B. Virg. laudibus. Inueniebat pio dextroque ingenio de

obijt 1618 12. Maij in Aragonia.

B.V.

In omni concione aliquid de B.V. aptè inſerere. B. V. ſemper aliquid quo concionem condiret. Atque huius Virginis ope flos pudicitiæ illi ſemper integer conſtitit vſque ad mortem. Monet me hîc vulgati illius exempli Antonius, quo Beatiſſima Virgo morientem quendam ex Ordine Prædicatorum, qui de illa in concione ſemper aliquid inſerebat, ſuâ præſentiâ eſt ſolata. *Spec. exempl. diſt. 7. ex. 56.* Certè S. Ioannes Damaſcenus de illa dicturus; *Fidenti,* inquit, *animo ad ad dicendum aggredior.* Ab illa neruus & ſuauitas venit pro concione dicturis. *Aperi,* inquit idem, *ò Verbum, tardum iſtud os noſtrum: da ſuauiſſimam orationem.* *orat. 2. de Nat. B.V. orat. 1. de dormit. B.V.*

591 *Conſilium dare vt in rebus arduis ad B. V. recurratur.* Toloſæ adoleſcenti de recipiendâ à dæmone ſuâ ſyngraphâ ſolicito, conſilium dedit de Societate Patrum quiſpiam vt voto Beatiſſimæ Virgini Garaſoniæ nuncupato promitteret, ſe ad eam peregrè abiturum, ſi chirographum à dæmone reciperet. Paruit conſilio adoleſcens; & poſtridie à ſomno excitatus, chirographum conſpexit in lectulum cecidiſſe; quod ille hilarè acceptum ad confeſſarium (felicem dati acceptique MARIANI conſilij fructum) detulit, & oſtendit. Dicamus CHRISTO cum S. Ildefonſo aliàs hîc laudato: *Ita ſeruiam Matri tuæ, vt ex hoc ipſo probes me ſeruiſſe tibi.* *lib. de virginit. B.V.*

ANNO MDCXIX.

592 Hoc anno S. P. Ignatius conſpectus eſt orare coram B. V. pro Societate, ac illi morum innocentiam petere. Eadem petit S. Ioan. Damaſcenus dicens: *Offero* DEO *ſupplices preces ò Virgo: ſub tuam protectionem confugio, ò immunis ab omni macula puella, & te nunc vitæ meæ patronam produco.* *m. ſ. fer. 2. ode 8.*

593 *Amare amantes B. Virginem* *P. Franciſcus Coſterus.* 6. Decemb. hoc anno 88. annos natus vitam expleuit. De B. Virgine illi ſcribere, meditari, loqui, audire, orare, Sodalitates inſti-

inſtruere, in omni vita longè fuit iucundiſſimum: & quos illi arctiùs addictos nôrat, hoc ipſo Deiparæ amatorum nomine tenerrimè complectebatur, ſingulari gaudij emicantis ſignificatione: aiebatque ſe infantulum illi à ſuis dedicatum. Cùm hilarem humilitatem, atque obedientiam impensè ſibi commendari Romæ à S.P. Ignatio audiſſet tunc adhuc puer, quotidie Deiparam precatus eſt pro tribus illis virtutibus per illam obtinendis; idque apprimè cordi eſſe Deiparæ intellexit. Certè virginitatem quam etiam perpetuo cilicio, & crebrâ corporis verberatione defendebat, ita illi puram ſeruauit Virgo perpetua, vt eam indecoris imaginibus, vel alijs, nunquam paſſa ſit perturbari. Nec animus, nec corpus quicquam contra hiſcere audebat. Vt plures MARIÆ amatores lucraretur, ſcripſit celebrem illum *ſodalitatis* B.Vir. *libellum*, & auxit; meditationes item de vita & laudibus B.V. & in *Salue Regina, ac Aue Maris ſtella*. Conciones de B.V. Miracula B.V. Pergit Ioan. Damaſcenus: *Thalamus, ac Thronus regnantis, ciuitas electa, Solis nubes, caſtitatis tabernaculum, porta lucis, aperi portas animæ meæ.* *ibid. ode 9.*

594 *P. Franciſcus Coſterus*, morti proximus, interrogatus: *Quis cultus Deiparæ eſſet omnium acceptiſſimus?* Reſpondit: *Conſtans, quantumuis exiguus*. Et benè. Hinc enim Thomæ à Kempis negatum à B.V. oſculum, vt eſt in eius vita, quòd inconſueto pietatis erga illam penſo conſtantiam minimè tenuiſſet. *Diſcere à moribũdo B. Virginem etiã minimis obſequijs; ſed conſtãter colere.*

595 *P. Bernardi Bauhuſij* hoc anno extincti eſt illa MARIÆ nouo ingenio laudandæ induſtria *Proteus Parthenius*: ſiue vnus verſus de B.V. ab illo compoſitus qui MXXII. vicibus (id eſt toties quot ſe in cælo ſtellas reperiſſe aiunt Mathematici) verti *Verſibus colere B.V.*

variè ſaluo metro ac ſenſu poteſt: id quod re ipſâ in librum integrum explicuit per *thaumata pietatis* Erycius Puteanus. Carmen illud eſt:

Tot tibi ſunt dotes, Virgo, quot ſidera cælo.

Hoc eſt vnum carmen, & ſimul eſt liber vnus in carmine. carmina ſingula, ſingulæ ſtellæ ſunt: quia quot ſtellę ſunt, tot carmina in vno illo carmine velut cęlo, ſeu libro cæli, ſiue volumine. Recreemus & noſtra & aliorũ ingenia in laudibus illius quã S. Sabbas dicit eſſe *Recreationem generis noſtri*. Hoc Bauhuſij carmen imitantur actus illi præſtantes ac dicti *heroici*, quos, ope Reginæ Heroum ac Heroinarum Virginis, eius clientes Heroës aliquando eliciunt, quorum vnus actus æquiualet alijs millenis, & millenis minoris notæ virtutibus, ſeu virtutum actibus. At tantùm heroas gloria tanta manet! Vt autem ad eam heroum gloriam ſe poſſit erigere cliens MARIÆ, par eſt, vt cum S. Ioanne Damaſceno ſupplex dicat: *Incuruatam & deorſum inclinatam ob grauiſſimum pondus animam meam erige, ò Virgo: tu enim ex materna confidentia facilè promptèque obſequentem habes Saluatorem, qui erigit eliſos, & deiectos.*

Menæa 24. Martij.

in ſ. fer 3. ad veſp.

596. *Petrus Dzialinski* quotidie perſeueranter poſt recreationem ad chorum itabat; & flexis ibi genibus, B. Virginem Litaniarum laudibus celebrabat, & inuocabat: in feſtorum eiuſdem Vigilijs catenâ ferreâ vncis aſperâ ſe cingebat. Modicum id fortè videbitur, ſed, S. Damaſceno id perhibente, MARIÆ *non poteſt non gratum eſſe quod pro viribus efficitur.*

ob. 1619. Poſt recreationem quotidie B. Virginis Litanias recitare. Catena ferrea. feſta B. V. orat. 2. de Aſſumpt.

597. *Bartholomæus Valditarus* increſcente dolorum vi deficientes vires cæleſtibus volebat colloquijs recreari. Rogatus quâ de re vellet ſermonem inſtitui; *De Domina noſtra*, inquit. Et ſi quis aliò for-

Loquentes de B. Virgine libenter audire

forté defleĉteret, ſuauiſſimè admonebat, vt ad argumentum rediret, vnde diſceſſerat. Illis quibus animum innutriuerat erga Deiparam obſequijs adeò conſtanter inhæſit, vt ea omnia in Commentariolum relata, ſtudiosè ad vltimum vſque vitæ, ad amuſſim obſeruârit, &c. Hîc hæreo: hoc æſtimo, & cordi habendum duco, vt perſeueranter exequamur, ac ne excidant etiam in MARIANUM Commentariolum, ſeu aduerſaria, referamus quæ de Virgine Matre auguſtè colenda perſanĉtè animo deſtinauimus. Peccatum, eſt cauſa inconſtantiæ; hæc, pœna illius: *Impius facit opus inſtabile. Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt.* At hoc ipſum nos inuitet ad Virginem cum S. Ioſepho Græco ſic compellandam: *O* MARIA, *aureum thymiaterium, paſſionum mearum fœdiſſimum odorem depelle: meque fraudulenti hoſtis aſſultibus exagitatum, ſtabilem redde, ac firmum.*

Eius obſequia in libellum referre.

Prou. 13. 18.
Thren. 1. 8

598 Hoc anno ſingulare quiddam perlatum eſt in Europam è Peruana Prouincia de P. Martino Deſchamps, ſiue à Campis, Belga Inſulenſi. Intermiſerat is olim adhuc adoleſcens ſtudia literarum; & ad illa longâ poſt intercapedine iterùm redux, tardiorem ſe inueniebat ad eas quæ iam obſoleuerant diſciplinæ literariæ imagines inſtaurandas, & repetendas. Verùm poſteaquam ſe Matri ſapientiæ ſtitit ſupplex, illique ingenium, ac ſe totum deuouit, ea illi pietas cotis inſtar fuit ad ingenij aciem acuendam: adeò vt is qui nuper tardus, ac propè obtuſus videbatur, deinde primas inter eoſdem à quibus hactenus longo interuallo ſuperabatur tenuerit. Certè, ſi, quod Philoſophico prouerbio vſurpamus, *anima ſedendo fit ſapiens*; vt id feliciter nanciſcaris, eas ad *Sedem ſapientiæ*, ad MARIAM. Hinc illud MARIANI clientis ad MARIAM ſuſpirium

m. ſ. apud Marraccium 18. Sept.

B. Virginem in ſtudijs literarum inuocare.

Vide in Incit. nu. 179 plura

cum Dauide ad DEVM clamante: *Seruus tuus ſum*
ego: da mihi intellectum. Poſtea P.Martinus duriſſi-
mū quendam peccatorem Deiparę ope ſanctè domi-
tum vidit in India; id quod ego aliàs breuiter ſcripſi.
m. ſ. 22. Oct. & 25. Oct. *Dſolue*, clamat ad hanc Virginem S.Ioſeph Græcus,
diſſolue duriſſimum callum animæ meæ. animæ meæ pu-
pillas illumina incuria obſcuratas, & tenebras negligen-
tiæ profundiſſimas, quibus ſemper inuolutus ſum.

599 *P.Nicolaus Suſius* de B.V. ſcripſit eam quæ
obijt 1619 Cortraci. poſtea anno 1620.Antuerpiæ impreſſa eſt Diſcepta-
tionem quodlibeticam *De pulchritudine B.V.* Multa
ibi eruditè de pulchritudinis bono,quod negat ne-
gandum eſſe DEI Matri à DEO,præ omnibus,omnis
boni dote luculenter ornatæ: quippe cùm ex Au-
guſtino Pulchritudo ſit donum DEI. De hac affert
illud Cumanæ Sibyllæ: *hæc alias forma præceſſerit om-*
nes. & illud Nazianzeni: *Tu virginum longè omnium*
pulcherrima. De hac Epiphanius: *Natura formoſior*
eſt ipſis Cherubim,Seraphim,& omni exercitu Angelico.
Albertus Magnus: *Habuit ſummum,& perfectiſſimum*
in pulchritudine quod potuit eſſe in mortali corpore. Pul-
cherrima,& ſpecioſiſſima inter filias hominum. Diony-
ſius: Totum in illa fuit *pulcherrimè, ac ſpecioſiſſimè*
operatum. Eiuſdem ſunt *Elegiæ Marianæ* perelegan-
tes,ac piæ. vbi velim hac occaſione aduertas, pluri-
mos eſſe de Societate qui Elegias, Epigrammata,
odas,orationes,conciones de B.V. impreſsêre,quos
hîc percenſere nimis longæ operę labor eſſet. P.Sa-
binus Chambers Anglus hoc anno Anglicè con-
ſcripſit Audomari editum *Hortum B.V.*

ANNO MDCXX.

600 Hoc anno Hiſpali cuiuſpiam de Societate
induſtriâ ad calcem Catechiſmi P.Ledeſma impreſ-
ſa ſunt documenta è quibus aſpirationes de CHRISTI.
vel

Digitized by Google

vel Beatiſſimæ Virg. vita depromuntur. do primas in exemplum. *Æterne Pater, per infinitum illum amorem quo Filium tuum Matri illius ſanctiſſimæ, ac nobis dediſti: da nobis gratiam vt excelſum hoc beneficium eo quo par eſt ſenſu proſequamur.* Pater noſter.

Aſpirationibus ex eius vita deprõptis illam colere.

I. Virgo Sanctiſſima, per puriſſimam tuam ſine peccato originali conceptionem, impetra nobis veram corporis & animæ puritatem. Aue MARIA.

II. Virgo ſanctiſſima, per glorioſam Natiuitatem tuam impetra nobis gratiam, vt incipiamus Filio tuo seriò ac verè ſeruire. Aue MARIA.

III. Virgo Sanctiſſima, per deuotam in templo Præſentationem tuam te rogamus vt nos in numerum verorum tuorum filiorum, ſeruorumque admittas. Aue MARIA.

IV. Virgo Sanctiſſima, per rara illa virtutum exempla quæ coætaneis tuis in templo dediſti, impetra nobis gratiam te vere imitandi. Aue MARIA.

V. Virgo Sanctiſſima, per illud Virginitatis votum quo te DEO *conſecraſti, impetra nobis perfectam puritatem.* Aue MARIA.

VI. Virgo Sanctiſſima, per admirabilem Angeli annunciationem de Incarnatione diuini verbi factam, impetra nobis gratiam vt eo quo par eſt animi ſenſu ineffabile illud myſterium proſequamur. Aue MARIA.

VII. Virgo Sanctiſſima, per illam gratiam qua DEI *Filius in Virgineis tuis viſceribus homo factus eſt, impetra nobis amorem & deſiderium pro illo patiendi.* Aue MARIA.

VIII. Virgo Sanctiſſima, per inflammatam illam charitatem qua S. Eliſabetham viſitaſti, impetra nobis ardentem erga proximum charitatem. Aue MARIA.

IX. Virgo Sanctiſſima, per magnam illam ſecuritatem atque fiduciam, quam in DEO *habuiſti dum te ſponſus*

ſus tuus Ioſeph vellet dimittere: impetra nobis illam fiduciam in ijs quæ patimur. Aue MARIA.

X. Virgo Sanctiſſima, per humilem illam obedientiam qua vt edicto Cæſaris pareres, ex Nazareth *in Bethleem es profecta: impetra nobis illam erga eos qui nobis præſunt obedientiam*. Aue MARIA.

Sic ſecundam, tertiam, quartam, quintam, ſextamque decadem, partitè diſtributis vitæ CHRISTI myſterijs, per modū aſpirationis exornat, vnâ vbiq; virtute petitâ, & pronunciatâ ſalutatione Angelicâ.

601 Hoc anno S.P. Ignatius conſpectus eſt ſupplex preces noſtrorum Beatiſſimæ Virgini Matri offerre. Hoc agunt ij qui ſæpè vniuerſæ Societatis, vota, preces, lachrymas auguſtiſſimæ cæli Reginæ offerunt vt illa Societatem vniuerſam materno ſuo ſinu conditam offerat SSS. Trinitati. Hinc etiam ea Deiparæ colendæ ars diſci poteſt, vt ea quæ in honorem DEI Matris agimus, Angelis, cæli ciuibus & particulatim S. Patri Ignatio, offeramus; ab illis Matri miſericordiæ offerenda, & vel ſic plus pretij habitura. *Totum*, inquit D. Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis, *totum mentis ingenium figite in præclaræ Virginis ſuperna illa feſta in quibus diutina laude ab Angelis feſtiuis honoratur ſeruitijs. Procurate Principem veſtram feſtiuis laudibus & operibus proſequi*. Scripſit P. Octauius Caietanus Origines illuſtrium ædium *SS. Matris* MARIÆ *in Inſula Siciliæ*.

Per S. P. Ignatium offerre Societatis preces B. Virgini.

Incit. nu. 180. ſerm. in ortu B.V.

602 *P. Bernardinus Zanonius* nonagenariam ferè ætatem hoc anno morte concluſit Genuæ. Docebat quendam orandi, ſeu breuiter ad B.V. aſpirandi modum ex illius vita decerptum, quem etiam typis impreſſit. Glorioſiſſima, inquit, Virgo, Mater tui creatoris admiranda &c. per benignum illum aſpectum quo te ab æterno reſpexit DEVS, Monſtra te eſſe

Aſpirationibus ad B. Virg. ſuſpirare.

eſſe Matrem, & impetra nobis humilitatem perfectam. *Aue* MARIA, &c. Per omnia dona quæ tibi ab æterno deſtinauit DEVS: Monſtra te eſſe Matrem. *Aue* MARIA. Sic per ſingulos vitæ gradus, vſque ad Aſſumptionis gloriam, illam deducit, obſecrat, & ſalutat, aliquam vbiq; virtutem petens. in eodem libro addit multa & egregia de meditatione ac imitatione virtutum B. V. per omnia vitæ myſteria. Addit octo beatitudines ab illa poſſeſſas: ſenſus B.V. internos & externos nobili modo expendit, vt ſe erudiat.

Multa ibi de capite, oculis, auribus, pectore B.V. Ad *cor* ſic habet:

Laudo, benedico, ſaluto, reuereor ſummâ quâ poſſum reuerentiâ ſacrum illud tuum & glorioſum cor ſemper ardens erga Patrem, & Filium; erga proximos, etiam inimicos: petoque à te illam, quam tu habuiſti memoriam paſſionis IESV ad gloriam SSS. Trinitatis. Sit nobis cordi *cor* MARIÆ, illi omnia noſtra offerendo in nomine tantæ Matris: & per hanc, Filio. Ita S. Petrus Archiep. illius honori agebat ſingula cùm comederet, ſcriberet, ſtuderet, oraret: vnde MARIÆ nomen *cordi* ſuo impreſſum geſtaſſe perſcribitur. *Singulari pietate ferri erga cor B. Virginis. Marracci in antiſtibus Mar. pag. 453.*

Idem *P. Bernardinus* eam in rem hanc praxim docet: omitto tamen quædam, ne ſim æquo prolixior.

Benedicta ſit diuina puritas, pro illa cordis, corporis, & intentionis ad gloriam diuinam vbique attentæ puritate quam conceſſit Beatiſſimæ Virg. Matri.

Benedicta ſit pulchritudo diuina, fons pulchritudinum omnium; pro illa pulchritudine corporis & animi quâ B. Virginem Matrem ornauit. *Deum in B.V. laudare.*

Benedicta ſit illa diuina ſanctitas pro illa emi-

nentia

nentia ſanctitatis B.V. conceſsâ quâ illam è terrenis ad cęleſtia eleuauit, ita vt decebat DEI Matrem.

Benedictus ſit ſacer ille, ſempiternus, ac diuinus amor, qui hanc Virginem ab æterno amauit, eiuſque cor tanto erga DEVM & proximum amore impleuit.

Benedictus ſit diuinus ille liber vitæ: in cuius capite, poſt IESVM, primo loco MARIA inſcripta eſt.

Benedicta ſit SSS. Trinitas pro donis omnibus, gratijs, priuilegijs, & fauoribus factis ſacratiſſimæ huic Virgini; quòd illam DEI Matrem fecerit, quòd illam ſuper omnes Beatos gloriâ coronârit; Reginam cæli ac omnium Angelorum atque Sanctorum dederit mundo, Matrem Eccleſiæ, peccatoribus aduocatam, ad impetrandum omnia quibus egemus.

Catechiſmum de B.V. inſtituere.

Idem appoſitè plane dialogum texit de B.V. quo duæ è doctrina catechetica perſonæ de ijs quæ ad cultum B.V. ſpectant ita colloquuntur, vt ſimul & ipſæ diſcant, & doceant audientes. Quâ induſtriâ faciliùs & ea quæ credenda, & ea quæ facienda ſunt edocentur. Eademque familiari praxi modus de illa loquendi oſtenditur.

Gratias Deo pro B.V. agere.

Oſtendit ibidem praxim cum B.V. colloquendi, & DEO pro ijs quæ in illa elucent bonis ac dotibus gratias agendi: diuinam miſericordiam adorandi quæ illi tantum miſericordiæ dedit erga nos; rogandique Sanctos omnes, vt DEO, nomine noſtro gratias agant pro omnibus ijs quæ B. Virgini præſtitit. Tum verò ipſi quoque Virgini gratias reddendi pro ijs quæ nobis à DEO impetrauit: gratulandi illi de tantis DEI donis: deſiderandi illam laudare ſpiritu & ardore Seraphinorum, & omnium ſpirituum, imò omnium ciuium ſupernorum; offerendi ſenſus omnes, & ſua omnia illi ad gloriam

Filij

Digitized by Google

Filij illius IESV,& ipſius,eo modo quo IESVS & ipſa id deſiderat: illi offerendi omne id quo nos, quo animæ in purgatorio, quo mundus eget; vt illa nobis ea impetret quæ ad illi ſeruiendum nobis neceſſaria ſunt. Vitam Deiparæ rhythmicis modulis illigauit: quo de argumento Audomari P. Ioſephus Creſſuellus edidit *meditationes inter recitandum Roſarium B. V.* Romæ P. Nicolaus Arnaya tractatum *de B.V. vita, excellentijs, feſtiuitatibus*: alium *de eiuſdem virtutibus*, vt ait Marraccius.

603 Hoc anno S. P. Ignatius viſus eſt coram B. Virgine quæ illi clientem quendam ſuum vnicè commendabat. Accepit quâ decebat reuerentiâ Reginæ ſuæ nutum & commendationem Ignatius, ac liberaliter adpromiſit ſe imperata facturum. Et videri aula, IESVS, MARIA, *Ignatius* deſiêre. Certè quot ſunt qui accuratiore quodam niſu colendæ Virgini toti ſe impendunt, tot ſunt quos nobis commendat, & charos in paucis eſſe præ alijs vult MARIA. Imitemur Ignatium: & illos tanquam voce Virginis commendatos, ac illi chariſſimos, toto quo licet ſtudio amplectamur; ſitque perpetui noſtri erga illos amoris cor, illos Virgini charos eſſe, id eſt, illis Virginem charam eſſe. Illos propter DEVM, DEVM propter ſeipſum amemus, iuxta illud Ariſtotelis omnium ore iactatum: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale. *Hanc Matrem tuam*, CHRISTI, ait S. Sabbas, *dum generationes hominum omnes Beatam dicimus, te quoque magnificè prædicamus*. *Thomas Athinas* Coadiutor, ante initam Societatem ſingulis diebus Dominicis ad quoddam B.V. ſacellum exibat propè Rothomagum, causâ conſilij à B. Virgine capiendi. *Menæa 2. Ian.*

604 *P. Ioannes Bordeſius* hoc anno vixit extre-

Digitized by Google

Feſta B.V celebrare.

mum. Hic B.V. vigilijs inſomnes ducens noctes, audiendis confeſſionibus operam dabat, velut intentus lacerando chirographo peccatorum quo ſe animæ dæmonis mancipant ſeruituti; memor è S. Fulberto Carnotenſi etiam Theophilum illum peccatorem nocte Sabbati chirographum à Beatiſſima Virgine dæmoni extortum, ſupra pectus ſuum poſitum inueniſſe.

ſerm. de Nat. B.V. fol. 136.

605. Hoc anno Ingolſtadij typis vulgata eſt P. Georgij Stengelij *Exegeſis ſuper Sacramenti Mariani formula qua ſe Sodales obſtringunt.* in quam etiam P. Franciſcum Pauonium meditationes edidiſſe ait Marraccius.

obijt Goæ 1620.

606. *P. Ludouicus Gonſaluius* multâ prece in noctem vſque productâ, & vbertim lachrymans colebat Dei Matrem, cuius patrocinio tectam ſuam virginitatem aiebat, ita vt in omni licentia militari contra omnes & intus impuras imagines, & foris pericula illam ſeruârit illæſam, fœdis cogitationibus facillimè profligatis, pronunciatâ *Salutatione Angelica* magno ſenſu: idque ſibi experimento perpetuo exploratum fuiſſe aiebat. Eiuſdem Beatiſſimæ Virginis beneficentiæ acceptum referebat, quòd in Societate nunquam fuerit id genus ſordibus vllâ vnquam cogitatione pulſatus. Adeò felix eſt cliens Deiparæ vt vel vincat, vel ne oppugnetur quidem. *Fac me mitem*, orabat S. Caſimirus, *pelle litem: compeſce laſciuiam. contra crimen da munimen, & mentis conſtantiam.*

Aue Maria dicere in tentatione.

in hymno omni die.

obijt 1620, 9. Dec. Vide Incit. 181. in fine.

607 *P. Iulius Vrſinus* puritatis ſuæ curam omnem in B. Virginis manibus ingenti, & nunquam deceptâ cum fiduciâ deponebat: quicquid agendum ſuſciperet, illi primùm committebat, vt id illa conſilio ſuo auxilioque dirigeret. S. Ioannes Da-

ma-

maſcenus inter odas illas omnes quas è Cryptæ ferratæ m. ss. à Mariano illo ſcriptore Hipp. Marraccio magno fructu erutas ſæpè laudo, Deiparam ſic orat : *Ab inhærentibus mihi paſſionum ſordibus emunda me, ò pura; & illuſtra obſecro, cor meum dæmonum nigredine obtenebratum : vt beatificem te, ò diuina felicitate beatiſſima Domina.*

ſer. 5. ode 8.

608 Amſtelodami quidam de Societate ab hæretico Magiſtratu in fidei Cathol. odium in carcerem coniectus iſtic reum capitis nautam Catholicæ fidei adiunxit. Educto ad ſupplicium cùm idem Pater adeſſe non poſſet, ea induſtria eſt adhibita vt Sacerdos illum in loco ſupplicij opperiretur nulli notus. Nauta verò per laicum hominem clam ſubmiſſum egregiè ad mortem inſtructus, edoctus etiam eſt vt in loco ſupplicij *Angelicam ſalutationem* clarâ voce pronunciaret; atque ad illa verba : *Ora pro nobis peccatoribus* actum doloris de peccatis ſerium eliceret, pro abſolutione, quam illi id agenti præſens in conferta turba Sacerdos impertijt. Huic ergo *Salutatio Angelica* data eſt pro teſſera, & ſuprema peccatorum abolendorum induſtria. Dicamus nos hic de Virgine illud S. Bernardi : *O lampas luculentiſſima, quantos lætificaſti!*

ann. 1620

Aue M. pro teſſera pœnitentiæ vii.

orat. ad B.V. to. 2. fol. 403.

609 *P. Petrus Vidal* cubiculi ſui portam, & parietes affixijs varijs ad B. V. precibus ſuæ erga Deiparam pietati vectigales faciebat, & hortatores; vir aliàs quoque magnâ virtute conſpicuus.

obijt 1620 Barcinone Cubiculũ B Virgini dicare.

610 *P. Petrus Bouillius* hoc anno Duaci edidit breuem & ſuccinctam narrationem Miraculorum Virginis Foyenſis, quæ ſingulari DEI munere è latebris annoſæ quercus enituit anno 1609. In Epilogo Deiparam alloquitur verbis quàm tenerrimis, eamque hominum delicias, mundi ocellum, corculum

obijt 1641 Miracula B.V. ſcribere.

Digitized by Google

amoris, noſtræ compendium felicitatis vocat. Miracula ſunt varia. Nullum inter omnia crebrius quàm hernioſorum conſaneſcentium, tibiarum bono vſui redditarum, oculorum ab imminutâ vel penitus extinctâ videndi vi laborantium in integrum reſtitutorum; etiam prole geminâ abortu effuſa vitæ reſtitutâ. S.Ioan.Chryſoſt. *Mater*, inquit, *vitæ noſtræ, vitæ reſcriptionem nobis attulit*.

ſerm. in Nat.B V.

obijt 1620 lib. 2. c. 5. Illam excellentiſſimis modis colere.

611 *P. Iacobus Aluarez de Paz* agens de vita religioſè inſtituendâ tractat etiam *de ſpeciali inuocatione B. Virginis*. dicitque illam per mentale exercitium quotidie inuocandam, excellentiſſimis titulis laudandam, noſtram illi egeſtatem oſtendendam; de illius bonis gaudendum; petendum ab illa vt à Filio impetret nobis quò verè illam & amemus, & colamus, peccata deteſtemur, victoriam de nobis referamus, virtutes Theologicas ſolidè poſſideamus, orandi dono excellamus, & ad finem vſque perſeueranter perſtemus. Et horum praxim fusè ponit. Et profectò debemus hiſce inuitamentis cor incitare ad veram germanitatem amoris domeſticis quoque erga Dei Matrem exemplis accenſi. Hermannus ille Ioſeph Ord. Præmonſtr. ſic illam alloquitur:

in hymno è cod. vet. m.ſ. Marraccij.

Gaude cuius poſt odorem
Cor mouetur ad amorem.
Foues illud ne frigeſcat
Moues illud ne lenteſcat
Et dicis: cur non curritis?

obijt Romæ 1621. 13. Aug.

ANNO MDCXXI.

Coronam B.V. noctu brachio, collo circumdare.

612 *Ioannes Carolus Berchmans* primùm brachio circumdabat coronam B. Virginis cubitum conceſſurus, vt armillam auream; deinde collo appendebat: vt ſic torquatus quieſceret, ac ſecurus contra

tra timores nocturnos, & per illam ſomnum ſuum Deiparæ dedicaret, tanquam dierum, noctium, adeòque vitæ ſuæ cuſtodi; ad quam ita ſuſpirat S. Ioan. Damaſcenus: *Vita mea cuſtodem, ac murum inexpugnabilem cùm te hactenus habuerim, etiam vſque in finem inueniam te, ò tota immaculata, protectionem & præſidium inexpugnabile, quod me ad* DEVM *conducat*. *in m. ſ. Sabb. ode 3.*

Super vel ante lectum, inquit in ſuis aduerſarijs idem Berchmans, *flecte genua: dic ter Aue. 1. Beatæ Virgi i Lauretanæ ad honorem maternitatis cius; petendo vt liberet te iſta nocte ab omnibus malis ſomnijs: 2. B. V. Aſpricollis, ad honorem immaculatæ Conceptionis illius, vt te ſtatim faciat dormire, & cum diligentia ſurgere. 3. B. V. Hallenſi ad honorem illius inſtantis in quo poſt mortem vnita fuit Filio ſuo: petendo felicem ſucceſſum orationis poſtridie faciendæ, & lætitiam ſpiritualem*. Ita nobis pro nocte eligenda eſt MARIA præſes pulchra vt luna; pro die verò eadem electa vt ſol. *Illam veſperi colere pro caſtitate.*

613 Ibidem ita ſcribit: *B. Virgo impuras aliorum cogitationes ſuo aſpectu pellebat: pete & tu, vt tua conuerſatione caſtitatis amorem ingeneres in alijs*. Alibi verò: *Si vis eſſe filius B. Virginis & Societatis, eſto zelator caſtitatis tuæ*. Quia verò tepida ſegnities, & oculorum incauta libertas ſunt occultæ tineæ caſtitatis, ita decreuit: *Conuerſatio tepidorum vitanda, vt lippientium: aſpectus mulieris vitandus ſicut Baſiliſcus*. *Caſtitate accurata illam colere.*

614 Idem *Patrona*, inquit, *ſanctitatis, ſanitatis, & ſtudiorum tu es, mea Mater Virgo* MARIA. Nicolao Radkai ſuo condiſcipulo dilecto (poſtea ad Indos profecto) hac ipſa de re quærenti reſpondit; *Potentiſſimum ac principaliſsimum medium quo vſus fuiſſet ad religioſam perfectionem, fuiſſe amorem, & deuotionem erga Beatiſsimam Virginem*. *Cultu B. V. ad ſtudium perfectionis vti.*

Ad

Illam in SS Synaxis apparatione colere.

615 Ad S. Synaxim ſe inſtruens ita ſcripſit: *In communione vide quomodo B. Virgo cum Angelis & patronis tuis deferat* CHRISTVM *ad te, ad ſepeliendum in corde tuo.* Aliàs: *ſtatue te ad præſepe cum B. Virgine: & ab ea veniam pete ponendi Ieſulum in lectulo cordis tui.*

In examine particulari.

Humilitate.

Se omnib' poſthabere.

Sabbato.

616 Vitio cuipiā extirpando, ita incumbendum ſibi eſſe perſuadebat idem, vt ſcriberet: *Eligam mihi Patronam quæ in virtute contraria mirè excelluit: hæc erit Beatiſſima Virgo* MARIA. Exemplum ponit in ſuperbia. *Extirpanda mihi ſuperbia eſt, ſi* MARIAM *adeò humilem* CHRISTI *ancillam, opto habere Matrem. Cùm Beatiſſima Virgo ſe eſſe glorietur ancillam, geram me cum fratribus meis omnibus vt ſeruum decet, & vile mancipium.* Hinc Sabbato quouis in culina aliquid humilis operę faciebat. Dicebat etiam: *Non ſum ſecurus niſi habeam verum & filialem affectum erga B. Virginem.* Aliàs verò aiebat: ſe ſi amauerit MARIAM, fore ſecurum de ſua ſalute, & perſeuerantia in religione: & impetraturum à DEO quicquid volet; adeoque fore velut omnipotentem.

Conſilia bona à Deo per B. V. petere.

617 Idem incertus tunc adhuc ſolidi conſilij vbi ſe DEO dederet cùm eſſet in ſeculo, curatis ad inſignem quandam Deiparæ Matris imaginem aliquot ſacrificijs, clarum ſe lumen hauſiſſe faſſus eſt; in quo agnouit DEVM velle vt ſe daret in Societatem IESV.

Cultu Immaculatæ Conceptionis illam colere.

618 Idem ita B. Virgini coram SS. Sacramento ſcripſit & ſubſcripſit: *Ego Ioannes Berchmannus indigniſſimus S. I. filius. Tibi, Filioque tuo quem hic præſentem in Euchariſtia veneror, polliceor me perpetuum fore aſſertorem vindicemque Immaculatæ Conceptionis tuæ, niſi diuerſè fuerit ab Eccleſia definitum.*

Ioannes Berchmannus.

Cor-

Digitized by Google

Cornelius à Lapide ait ſyngrapham eius ſanguine ſubſcriptam in qua id ille iureiurando promittebat.

619. Antequam in menſa quicquam attingeret, *Aue* MARIA recitabat Berchmannus: id quod etiam veſperi dum ſe iam iam ſomno daret faciebat: vt ſic per MARIAM DEO ſiſteret ad gloriam ſuum cibum & ſomnum. *Ante cibū Aue Maria recitare.* *Item ante ſomnum.*

Hæc optima conſultrix & optimum dabit conſilium etiam confeſſionis ſacramentum perquiſitè obeundi, *& ad id opportunè iuuabit.* Ioannis Berchmans illa ſunt facta & verba: *Ante confeſſionem, poſt ſignum S. Crucis conuertam me ad B. V. flagitando eius apud Filium interceſſionem, & gratiæ impetrationem; vt crimina mea cognoſcam, & deteſter: & internam eorum cognitionem, ac deteſtationem ſentire poſſim.* Mittet illa nobis magiſtrum; quia, vt præclarè S. Fulbertus Carnoten. Epiſcopus: *Domini Mater vbique imperioſa eſt, vbique magnifica, certe cui pronum eſt ſanctos Angelos in miniſterium mittere.* *Illam implorare ante Confeſſionem.* *ſerm 1. de Nat. B.V.*

620. Si quid ſibi, vel alij, vellet Ioannes Berchmans à B. V. impetrare, ſcribebat in breui ſchedula ferè ſic: *Si Beatiſſima Virgo fecerit, vt hoc, aut illud obtineam, in illius honorem coronam ter percurram, aut has illasùe preces perſoluam, has vel illas corporis afflictiones obibo.* Tum chartulam B. V. imagini affigebat coram qua precabatur. Ita voto ſæpè potiebatur. Vnde inter ſua monita ſic ſe alloquitur: *Affige B. Virginis imagini chartulam, in qua ſcripta ſit neceſſitas tua, cum aliquo dono.* S. Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis: *Eſt autem ineffabile*, inquit, *quam gratiam, & gloriam dederit Dominus Matri ſuæ: hoc tamen certò ſcimus, quia iuſti quicquid ab eo poſtulant, per interceſſionem Matris celerius impetrant; peccatores quoque ſæpiùs miſericordiam ſunt conſecuti.* *Induſtria in petendo per B. V. vti.* *Supplicem chartā ad pedes imaginis B.V. ponere.* *ſ. 2. de Nat. B.V. in fine.*

In-

Digitized by Google

ſus tuus Ioſeph vellet dimittere : impetra nobis illam fiduciam in ijs quæ patimur. Aue MARIA.

X. Virgo Sanctiſſima, per humilem illam obedientiam qua vt edicto Cæſaris pareres, ex Nazareth in Bethleem es profecta : impetra nobis illam erga eos qui nobis præſunt obedientiam. Aue MARIA.

Sic ſecundam, tertiam, quartam, quintam, ſextamque decadem, partitè diſtributis vitæ CHRISTI myſterijs, per modū aſpirationis exornat, vnâ vbiq; virtute petitâ, & pronunciatâ ſalutatione Angelicâ.

Per S. P. Ignatium offerre Societatis preces B. Virgini.

601 Hoc anno S.P. Ignatius conſpectus eſt ſupplex preces noſtrorum Beatiſſimæ Virgini Matri offerre. Hoc agunt ij qui ſæpè vniuerſæ Societatis, vota, preces, lachrymas auguſtiſſimæ cæli Reginæ offerunt vt illa Societatem vniuerſam materno ſuo ſinu conditam offerat SSS. Trinitati. Hinc etiam ea Deiparæ colendæ ars diſci poteſt, vt ea quæ in honorem DEI Matris agimus, Angelis, cæli ciuibus & particulatim S. Patri Ignatio, offeramus; ab illis Matri miſericordiæ offerenda, & vel ſic plus pretij habitura. *Totum*, inquit D. Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis, *totum mentis ingenium figite in præclaræ Virginis ſuperna illa feſta in quibus diutina laude ab Angelis feſtiuis honoratur ſeruitijs. Procurate Principem veſtram feſtiuis laudibus & operibus proſequi.* Scripſit P. Octauius Caietanus Origines illuſtrium ædium *SS. Matris* MARIÆ *in Inſula Siciliæ.*

Incit. nu. 180. ſerm. in ortu B.V.

Aſpirationibus ad B. Virg. ſuſpirare.

602 *P. Bernardinus Zanonius* nonagenariam ferè ætatem hoc anno morte concluſit Genuæ. Docebat quendam orandi, ſeu breuiter ad B.V. aſpirandi modum ex illius vita decerptum, quem etiam typis impreſſit. Glorioſiſſima, inquit, Virgo, Mater tui creatoris admiranda &c. per benignum illum aſpectum quo te ab æterno reſpexit DEVS, Monſtra te eſſe

eſſe Matrem, & impetra nobis humilitatem perfectam. *Aue* MARIA, &c. Per omnia dona quæ tibi ab æterno deſtinauit DEVS: Monſtra te eſſe Matrem. *Aue* MARIA. Sic per ſingulos vitæ gradus, vſque ad Aſſumptionis gloriam, illam deducit, obſecrat, & ſalutat, aliquam vbiq; virtutem petens. in eodem libro addit multa & egregia de meditatione ac imitatione virtutum B. V. per omnia vitæ myſteria. Addit octo beatitudines ab illa poſſeſſas: ſenſus B.V. internos & externos nobili modo expendit, vt ſe erudiat.

Multa ibi de capite, oculis, auribus, pectore B.V. Ad *cor* ſic habet:

Laudo, benedico, ſaluto, reuereor ſummâ quâ poſſum reuerentiâ ſacrum illud tuum & glorioſum cor ſemper ardens erga Patrem, & Filium; erga proximos, etiam inimicos: petoque à te illam, quam tu habuiſti memoriam paſſionis IESV ad gloriam SSS. Trinitatis. Sit nobis cordi *cor* MARIÆ, illi omnia noſtra offerendo in nomine tantæ Matris: & per hanc, Filio. Ita S. Petrus Archiep. illius honori agebat ſingula cùm comederet, ſcriberet, ſtuderet, oraret: vnde MARIÆ nomen *cordi* ſuo impreſſum geſtaſſe perſcribitur. *Singulari pietate ferri erga cor B. Virginis. Marracci in antiſtibus Mar. pag. 453.*

Idem *P. Bernardinus* eam in rem hanc praxim docet: omitto tamen quædam, ne ſim æquo prolixior.

Benedicta ſit diuina puritas, pro illa cordis, corporis, & intentionis ad gloriam diuinam vbique attentæ puritate quam conceſſit Beatiſſimæ Virg. Matri.

Benedicta ſit pulchritudo diuina, fons pulchritudinum omnium; pro illa pulchritudine corporis & animi quâ B. Virginem Matrem ornauit. *Deum in B.V. laudare.*

Benedicta ſit illa diuina ſanctitas pro illa eminentia

uentia ſanctitatis B.V. conceſsâ quâ illam è terrenis ad cęleſtia eleuauit, ita vt decebat DEI Matrem.

Benedictus ſit ſacer ille, ſempiternus, ac diuinus amor, qui hanc Virginem ab æterno amauit, eiuſque cor tanto erga DEVM & proximum amore impleuit.

Benedictus ſit diuinus ille liber vitæ: in cuius capite, poſt IESVM, primo loco MARIA inſcripta eſt.

Benedicta ſit SSS. Trinitas pro donis omnibus, gratijs, priuilegijs, & fauoribus factis ſacratiſſimæ huic Virgini; quòd illam DEI Matrem fecerit, quòd illam ſuper omnes Beatos gloriâ coronârit; Reginam cæli ac omnium Angelorum atque Sanctorum dederit mundo, Matrem Eccleſiæ, peccatoribus aduocatam, ad impetrandum omnia quibus egemus.

Catechiſmum de B.V. inſtituere.

Idem appoſitè plane dialogum texit de B.V. quo duæ è doctrina catechetica perſonæ de ijs quæ ad cultum B.V. ſpectant ita colloquuntur, vt ſimul & ipſæ diſcant, & doceant audientes. Quâ induſtriâ faciliùs & ea quæ credenda, & ea quæ facienda ſunt edocentur. Eademque familiari praxi modus de illa loquendi oſtenditur.

Gratias Deo pro B.V. agere.

Oſtendit ibidem praxim cum B.V. colloquendi, & DEO pro ijs quæ in illa elucent bonis ac dotibus gratias agendi: diuinam miſericordiam adorandi quæ illi tantum miſericordiæ dedit erga nos; rogandique Sanctos omnes, vt DEO, nomine noſtro gratias agant pro omnibus ijs quæ B. Virgini præſtitit. Tum verò ipſi quoque Virgini gratias reddendi pro ijs quæ nobis à DEO impetrauit: gratulandi illi de tantis DEI donis: deſiderandi illam laudare ſpiritu & ardore Seraphinorum, & omnium ſpirituum, imò omnium ciuium ſupernorum; offerendi ſenſus omnes, & ſua omnia illi ad gloriam

Filij

Digitized by Google

Filij illius IESV, & ipſius, eo modo quo IESVS & ipſa id deſiderat: illi offerendi omne id quo nos, quo animæ in purgatorio, quo mundus eget; vt illa nobis ea impetret quæ ad illi ſeruiendum nobis neceſſaria ſunt. Vitam Deiparæ rhythmicis modulis illigauit: quo de argumento Audomari P. Ioſephus Creſuuellus edidit *meditationes inter recitandum Roſarium B. V.* Romæ P. Nicolaus Arnaya tractatum *de B. V. vita, excellentijs, feſtiuitatibus*: alium *de eiuſdem virtutibus*, vt ait Marraccius.

603 Hoc anno S. P. Ignatius viſus eſt coram B. Virgine quæ illi clientem quendam ſuum vnicè commendabat. Accepit quâ decebat reuerentiâ Reginæ ſuæ nutum & commendationem Ignatius, ac liberaliter adpromiſit ſe imperata facturum. Et videri aula, IESVS, MARIA, *Ignatius* deſiêre. Certè quot ſunt qui accuratiore quodam niſu colendæ Virgini toti ſe impendunt, tot ſunt quos nobis commendat, & charos in paucis eſſe pre alijs vult MARIA. Imitemur Ignatium: & illos tanquam voce Virginis commendatos, ac illi chariſſimos, toto quo licet ſtudio amplectamur; ſitque perpetui noſtri erga illos amoris cor, illos Virgini charos eſſe, id eſt, illis Virginem charam eſſe. Illos propter DEVM, DEVM propter ſeipſum amemus, iuxta illud Ariſtotelis omnium ore iactatum: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale. *Hanc Matrem tuam*, CHRISTI, ait S. Sabbas, *dum generationes hominum omnes Beatam dicimus, te quoque magnificè prædicamus.* *Thomas Athinas* Coadiutor, ante initam Societatem ſingulis diebus Dominicis ad quoddam B.V. ſacellum exibat propè Rothomagum, causâ conſilij à B. Virgine capiendi. *Menæa 2. Ian.*

604 *P. Ioannes Bordeſius* hoc anno vixit extre-

Feſta B.V celebrare. mum. Hic B.V. vigilijs inſomnes ducens noctes, audiendis confeſſionibus operam dabat, velut intentus lacerando chirographo peccatorum quo ſe animæ dæmonis mancipant ſeruituti; memor è S. Fulberto Carnotenſi etiam Theophilum illum peccatorem nocte Sabbati chirographum à Beatiſſima Virgine dæmoni extortum, ſupra pectus ſuum poſitum inueniſſe. *ſerm. de Nat. B.V. fol. 136.*

605. Hoc anno Ingolſtadij typis vulgata eſt P. Georgij Stengelij *Exegeſis ſuper Sacramenti Mariani formula qua ſe Sodales obſtringunt.* in quam etiam P. Franciſcum Pauonium meditationes edidiſſe ait Marraccius.

606. *P. Ludouicus Gonſaluius* multâ prece in noctem vſque productâ, & vbertim lachrymans, colebat Dei Matrem, cuius patrocinio tectam ſuam virginitatem aiebat, ita vt in omni licentia militari contra omnes & intus impuras imagines, & foris pericula illam ſeruârit illæſam, fœdis cogitationibus facillimè profligatis, pronunciatâ *Salutatione Angelica* magno ſenſu: idque ſibi experimento perpetuo exploratum fuiſſe aiebat. Eiuſdem Beatiſſimæ Virginis beneficentiæ acceptum referebat, quòd in Societate nunquam fuerit id genus ſordibus vllâ vnquam cogitatione pulſatus. Adeò felix eſt cliens Deiparæ vt vel vincat, vel ne oppugnetur quidem. *Fac me mitem*, orabat S. Caſimirus, *pelle litem: compeſce laſciuiam. contra crimen da munimen, & mentis conſtantiam.* *obijt Goæ 1620.* *Aue Maria dicere in tentatione.* *in hymno, omni die.*

607. *P. Iulius Vrſinus* puritatis ſuæ curam omnem in B. Virginis manibus ingenti, & nunquam deceptâ cum fiduciâ deponebat: quicquid agendum ſuſciperet, illi primùm committebat, vt id illa conſilio ſuo auxilioque dirigeret. S. Ioannes Da- *obijt 1620, 9. Dec. Vide Incit. 181. in fine.*

ma-

Digitized by Google

maſcenus inter odas illas omnes quas è Cryptæ ferratæ m. ss. à Mariano illo ſcriptore Hipp. Marraccio magno fructu erutas ſæpè laudo, Deiparam ſic orat : *Ab inhærentibus mihi paſſionum ſordibus emunda me, ò pura; & illuſtra obſecro, cor meum dæmonum nigredine obtenebratum : vt beatificem te, ò diuina felicitate beatiſſima Domina.* — *ſer. 5. ode 8.*

608 Amſtelodami quidam de Societate ab hæretico Magiſtratu in fidei Cathol. odium in carcerem coniectus iſtic reum capitis nautam Catholicæ fidei adiunxit. Educto ad ſupplicium cùm idem Pater adeſſe non poſſet, ea induſtria eſt adhibita vt Sacerdos illum in loco ſupplicij opperiretur nulli notus. Nauta verò per laicum hominem clam ſubmiſſum egregiè ad mortem inſtructus, edoctus etiam eſt vt in loco ſupplicij *Angelicam ſalutationem* clarâ voce pronunciaret; atque ad illa verba : *Ora pro nobis peccatoribus* actum doloris de peccatis ſerium eliceret, pro abſolutione, quam illi id agenti præſens in conferta turba Sacerdos impertijt. Huic ergo *Salutatio Angelica* data eſt pro teſſera, & ſuprema peccatorum abolendorum induſtria. Dicamus nos hic de Virgine illud S. Bernardi : *O lampas luculentiſſima, quantos lætificaſti!* — *ann. 1620* — *Aue M. pro teſſera pœnitentiæ vlt.* — *orat. ad B. V. 10. 2. fol. 403.*

609 *P. Petrus Vidal* cubiculi ſui portam, & parietes affixijs varijs ad B. V. precibus ſuæ erga Deiparam pietati vectigales faciebat, & hortatores; vir aliàs quoque magnâ virtute conſpicuus. — *obijt 1620 Barcinone. Cubiculũ B Virgini dicare.*

610 *P. Petrus Bouillius* hoc anno Duaci edidit breuem & ſuccinctam narrationem Miraculorum Virginis Foyenſis, quæ ſingulari DEI munere è latebris annoſæ quercus enituit anno 1609. In Epilogo Deiparam alloquitur verbis quàm tenerrimis, eamque hominum delicias, mundi ocellum, corculum — *obijt 1641 Miracula B.V. ſcribere.*

Digitized by Google

amoris, noſtræ compendium felicitatis vocat. Miracula ſunt varia. Nullum inter omnia crebrius quàm hernioſorum conſaneſcentium, tibiarum bono vſui redditarum, oculorum ab imminutâ vel penitus extinctâ videndi vi laborantium in integrum reſtitutorum; etiam prole geminâ abortu effuſa vitæ reſtitutâ. S. Ioan. Chryſoſt. *Mater*, inquit, *vitæ noſtræ, vitæ reſcriptionem nobis attulit*.

ſerm. in Nat. B. V.

611 *P. Iacobus Aluarez de Paz* agens de vita religioſè inſtituendâ tractat etiam *de ſpeciali inuocatione B. Virginis*. dicitque illam per mentale exercitium quotidie inuocandam, excellentiſſimis titulis laudandam, noſtram illi egeſtatem oſtendendam; de illius bonis gaudendum; petendum ab illa vt à Filio impetret nobis quò verè illam & amemus, & colamus, peccata deteſtemur, victoriam de nobis referamus, virtutes Theologicas ſolidè poſſideamus, orandi dono excellamus, & ad finem vſque perſeueranter perſtemus. Et horum praxim fusè ponit. Et profectò debemus hiſce inuitamentis cor incitare ad veram germanitatem amoris domeſticis quoque erga DEI Matrem exemplis accenſi. Hermannus ille Ioſeph Ord. Præmonſtr. ſic illam alloquitur:

obijt 1620. lib. 2. c. 5. Illam excellentiſſimis modis colere.

in hymno è cod. vet. m. ſ. Marraccij.

Gaude cuius poſt odorem
Cor mouetur ad amorem.
Foues illud ne frigeſcat
Moues illud ne lenteſcat
Et dicis: cur non curritis?

ANNO MDCXXI.

obijt Romæ 1621. 13. Aug. Coronam B. V. noctu brachio, collo circumdare.

612 *Ioannes Carolus Berchmans* primùm brachio circumdabat coronam B. Virginis, cubitum conceſſurus, vt armillam auream; deinde collo appendebat: vt ſic torquatus quieſceret, ac ſecurus contra

Digitized by Google

tra timores nocturnos, & per illam ſomnum ſuum Deiparæ dedicaret, tanquam dierum, noctium, adeòque vitæ ſuæ cuſtodi; ad quam ita ſuſpirat S. Ioan. Damaſcenus: *Vitæ meæ cuſtodem, ac murum inexpugnabilem cùm te hactenus habuerim, etiam vſque in finem inueniam te, ò tota immaculata, protectionem & præſidium inexpugnabile, quod me ad* DEVM *conducat.* *in m. ſ. Sabb. ode 3.*

Super vel ante lectum, inquit in ſuis aduerſarijs idem Berchmans, *flecte genua: dic ter Aue. 1. Beatæ Virgini Lauretanæ ad honorem maternitatis eius; petendo vt liberet te iſta nocte ab omnibus malis ſomnijs: 2. B. V. Aſpricollis, ad honorem immaculatæ Conceptionis illius, vt te ſtatim faciat dormire, & cum diligentia ſurgere. 3. B. V. Hallenſi ad honorem illius inſtantis in quo poſt mortem vnita fuit Filio ſuo: petendo felicem ſucceſſum orationis poſtridie faciendæ, & lætitiam ſpiritualem.* Ita nobis pro nocte eligenda eſt MARIA præſes pulchra vt luna; pro die verò eadem electa vt ſol. *Illam veſperi colere pro caſtitate.*

613 Ibidem ita ſcribit: *B. Virgo impuras aliorum cogitationes ſuo aſpectu pellebat: pete & tu, vt tua conuerſatione caſtitatis amorem ingeneres in alijs.* Alibi verò: *Si vis eſſe filius B. Virginis & Societatis, eſto zelator caſtitatis tuæ.* Quia verò tepida ſegnities, & oculorum incauta libertas ſunt occultæ tineæ caſtitatis, ita decreuit: *Conuerſatio tepidorum vitanda, vt lippientium: aſpectus mulieris vitandus ſicut Baſiliſcus.* *Caſtitate accurata illam colere.*

614 Idem *Patrona*, inquit, *ſanctitatis, ſanitatis, & ſtudiorum tu es, mea Mater Virgo* MARIA. Nicolao Radkai ſuo condiſcipulo dilecto (poſtea ad Indos profecto) hac ipſa de re quærenti reſpondit: *Potentiſſimum ac principaliſſimum medium, quo vſus fuiſſet ad religioſam perfectionem, fuiſſe amorem, & deuotionem erga Beatiſſimam Virginem.* *Cultu B. V. ad ſtudium perfectionis vti.*

Ad

Illam in SS Synaxis apparatione colere.

615 Ad S. Synaxim ſe inſtruens ita ſcripſit: *In communione vide quomodo B. Virgo cum Angelis & patronis tuis deferat* CHRISTVM *ad te, ad ſepeliendum in corde tuo.* Aliàs: *ſtatue te ad præſepe cum B. Virgine: & ab ea veniam pete ponendi Ieſulum in lectulo cordis tui.*

In examine particulari.

616 Vitio cuipiā extirpando, ita incumbendum ſibi eſſe perſuadebat idem, vt ſcriberet: *Eligam mihi Patronam quæ in virtute contraria mirè excelluit: hæc erit Beatiſſima Virgo* MARIA. Exemplum ponit in ſuperbia. *Extirpanda mihi ſuperbia eſt, ſi* MARIAM *adeò humilem* CHRISTI *ancillam, opto habere Matrem. Cùm Beatiſſima Virgo ſe eſſe glorietur ancillam, geram me cum fratribus meis omnibus vt ſeruum decet, & vile mancipium.* Hinc Sabbato quouis in culina aliquid humilis operę faciebat. Dicebat etiam: *Non ſum ſecurus niſi habeam verum & filialem affectum erga B. Virginem.* Aliàs verò aiebat: ſe ſi amauerit MARIAM, fore ſecurum de ſua ſalute, & perſeuerantia in religione: & impetraturum à DEO quicquid volet; adeoque fore velut omnipotentem.

Humilitate.

Se omnib' poſthabere.

Sabbato.

Conſilia bona à Deo per B. V. petere.

617 Idem incertus tunc adhuc ſolidi conſilij vbi ſe DEO dederet cùm eſſet in ſeculo, curatis ad inſignem quandam Deiparæ Matris imaginem aliquot ſacrificijs, clarum ſe lumen hauſiſſe faſſus eſt; in quo agnouit DEVM velle vt ſe daret in Societatem IESV.

Cultu Immaculatæ Conceptionis illam colere.

618 Idem ita B. Virgini coram SS. Sacramento ſcripſit & ſubſcripſit: *Ego Ioannes Berchmannus indigniſſimus S. I. filius. Tibi, Filioque tuo quem hic præſentem in Euchariſtia veneror, polliceor me perpetuum fore aßertorem vindicemque Immaculatæ Conceptionis tuæ, niſi diuersè fuerit ab Eccleſia definitum.*

Ioannes Berchmannus.

Cor-

Cornelius à Lapide ait ſyngrapham eius ſanguine ſubſcriptam in qua id ille iureiurando promittebat.

619 Antequam in menſa quicquam attingeret, *Aue* MARIA recitabat Berchmannus: id quod etiam veſperi dum ſe iam iam ſomno daret faciebat: vt ſic per MARIAM DEO ſiſteret ad gloriam ſuum cibum & ſomnum. *Ante cibũ Aue Maria recitare.* *Item ante ſomnum.*

Hæc optima conſultrix & optimum dabit conſilium etiam confeſſionis ſacramentum perquiſitè obeundi, *& ad id opportunè iuuabit.* Ioannis Berchmans illa ſunt facta & verba: *Ante confeſſionem, poſt ſignum S. Crucis conuertam me ad B. V. flagitando eius apud Filium interceſſionem, & gratiæ impetrationem; vt crimina mea cognoſcam, & deteſter: & internam eorum cognitionem, ac deteſtationem ſentire poſſim.* Mittet illa nobis magiſtrum; quia, vt præclarè S. Fulbertus Carnoten. Epiſcopus: *Domini Mater vbique imperioſa eſt, vbique magnifica, certe cui pronum eſt ſanctos Angelos in miniſterium mittere.* *Illam implorare ante Confeſſionem.* *ſerm 1. de Nat. B.V.*

620 Si quid ſibi, vel alij, vellet Ioannes Berchmans à B. V. impetrare, ſcribebat in breui ſchedula ferè ſic: *Si Beatiſſima Virgo fecerit, vt hoc, aut illud obtineam, in illius honorem coronam ter percurram, aut has illasue preces perſoluam, has vel illas corporis afflictiones obibo.* Tum chartulam B. V. imagini affigebat coram qua precabatur. Ita voto ſæpè potiebatur. Vnde inter ſua monita ſic ſe alloquitur: *Affige B. Virginis imagini chartulam, in qua ſcripta ſit neceſſitas tua, cum aliquo dono.* S. Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis: *Eſt autem ineffabile*, inquit, *quam gratiam, & gloriam dederit Dominus Matri ſuæ: hoc tamen certò ſcimus, quia iuſti quicquid ab eo poſtulant, per interceſſionem Matris celerius impetrant; peccatores quoque ſæpiùs miſericordiam ſunt conſecuti.* *Induſtria in petendo per B. V. vti.* *Supplicem chartã ad pedes imaginis B.V. ponere.* *ſ. 2. de Nat B.V. in fine.*

In-

Digitized by Google

Exempla de B.V. ægris narrare.

621 Infirmis quotidie aliquod exemplum de B.V. narrabat. Vnde illi, temporis quo adeſſe ſolebat iam conſcij, læti alij alijs dicebant: Iam aderit Frater noſter *Ioannes* ad exemplum de B.V. enarrandum. Si quid interceſſiſſet quo illum à conſueto illo pietatis officio impediri ſcirent, P. Miniſtrum obſecrabant, vt illum mitteret. Neque difficile illi erat de B.V. ſapienter & facundè loqui: vtpote qui exquiſitas quaſque Deiparæ laudes è diuerſis quos legerat libris collegerit, & in vſum conuerterit. Bona ægros ſolandi ratio. quippe illa, S. Bonauentura teſte, eſt *gaudium plenum poſt* DEVM.

Ea quæ de illa nobis placent in libris, annotare.

in hymno Te Matrem Dei laud.

622 Ioannes Berchmans Sabbato, vt aiunt, natus, Sabbato Societatem ingreſſus, Sabbato ſepultus, Sabbati dies ita honorabat, vt aliqua in culinæ officijs, atque triclinio humilitate, ſuique afflictatione priuatâ eos celebraret, præter conſuetum ieiunium. S.Io.Chryſoſtomus: *Habemus* MARIAM. *Neque verò tantùm precemur; ſed, ſi videtur, etiam ieiunemus.* Ad hæc ſtatuit omnibus diebus Sabbatinis aliquid in recreatione loqui de B.Virgine. *In te, dulcis* MARIA *ſperamus: te decet laus*, inquit S.Bonauentura.

Sabbati reuerentiam colere

in m. ſ. fragmento 3.

623 Valet hoc in omni virtute acquirenda, vt etiam dum illius cui tunc incumbis virtutis exercendæ non adeſt occaſio, ſæpè tamen illius deſiderium, ac firmum animi decretum quo illam velis renoues, repetaſque. Hæc eſt ars etiam acquirendi amorem erga B.V. Hac viâ iuerunt ac eunt in B.V. cultu & amore, ij qui ſcitè illam colunt. Omnium inſtar eſto Io:Berchmans, cuius hæc ſunt: *Nunquam quieſcam donec obtineam amorem tenerum erga dulciſſimam meam Matrem* MARIAM. *In communione ad lateris vulnus petam vt magnum geram affectum erga*

Virtutes per illam quærere.

B.Vir-

Digitized by Google

B. Virginem, & venerabile Sacramentum. Inſtar filij erga illam ferebatur & P. Iacobus Salazar anno 1596. extinctus, qui cùm Hieroſolymam profecturus nomen mutare deberet, dixit ſe filium MARIÆ *de stella*, id eſt, B. Virginis. plura de illo 25. Auguſti annus dierum illuſtrium. Pergit verò Berchmans.

624 Inter fines ad quos Ioannes Berchmans manè ſua omnia DEO offerebat erat iſte: *vt poſſim impetrare verum affectum erga B. Virginem*. Idem in ſacro petebat quotidie; & poſt ſacrum dicebat: *Magnificat*, cum B. V. *Accepto ſanctiſſimo Sacramento, offeram illi*, inquit, *firmum propoſitum ſeruiendi Matri eius B. Virgini*, & dicam orationem Sodalitatis: quam etiam veſperi quotidie repetebat. Interdiu verò aiebat; *Dabo me totum cultui B. Virginis. Actuare me volo ſæpiùs in his actibus; velle me amare B. Virginem, etiam per totum roſarium; repetendo ſcilicet ad grana ſingula illum actum*.

Manè illius amorem quærere.

Magnificat poſt ſacrum recitare.

Sæpè repetere propoſitum illam amãdi

Roſario amoris B. V colere.

625 Idem (ita ferente loci commoditate) non inchoabat vnquam conſuetum à menſa colloquium, ſeu recreationem, niſi priùs Beatiſſimæ Virg. imagine in Sacello domeſtico viſitatâ omnia quæ dicturus erat illi religiosè, ac per illam diuino amori & gloriæ, conſecraſſet. Qua in re tantum ſibi libertatis à reſpectu quouis vſurpabat, vt aliquando antequam illam viſeret, à ſocijs intercepto, vbi in mentem venit omiſſum à ſe id quod ſolebat præmittere, confeſtim ſe de circulo in ſacellum contulerit, & rebus iſtic ritè peractis eidem ſe ſociorum coronæ reddiderit.

Antequã loquaris, omnia dicenda illi offerre.

626 Crucifixum, MARIÆ coronam, & regulas complexus idem moriens dixit: *Hæc tria mihi chariſſima; cum his libenter moriar*. Aiebat; quemuis pro periculi, ſeu belli tempore ſibi de ſecuro aſylo pro-

 ui-

Digitized by Google

Crucifixū & illam una colere

uidere debere: illum autem locum eſſe omnium ſecuriſſimum, vulnera Crucifixi IESV, & pallium ac ſinum MARIÆ. Hinc illi quæ fer. 6. conſuetum morem obtinuit abſtinentiæ Sabbatinum ieiunium adiungebat, vt Crucifixo Matrem adiungeret. Th. à Kempis: *Fratres*, inquit, *ſi Dominam noſtram diligitis fletis cum ea iuxta crucem* IESV.

3. p. ſer. 2.

pag. 433. Aliquam virtutem quotmenſibus quære re per Exam. particulare.

626. Apud P. Barry in Paradiſo, Ioannes Berchmans ante nomen Societati datum, ſub initium cuiuſuis menſis à Sodalitatis B. V. præſide poſtulabat quem eo menſe næuum emendare, cui virtuti amore Reginæ Angelorum præcipuè dedere ſe deberet.

Certamen elogiorum B. V. inſtituere.

627. Inſtar certaminis inter ſocios in recreatione inſtituti hoc agebat Ioannes Berchmans, vt quilibet è circulo quos nobiliores noſſet B. V. titulos, elogia, nomina, ediceret. Nobile profectò certamen, cùm alij alia, & nobiliora ſemper, ac eminentiora recenſerent. Iamque feſſis interdum aliquibus, Ioannes porrò pergebat, addebatque nouos & nouos titulos; & exaggerabat auctario facundo, erudito, nobili, copioſo: nempe de cordis ac librorum theſauro pretioſiſſima omnia depromebat. id quod fortè à B. Stanislao didicerat: qui etiam in ſimili certaminis genere non poterat ſuperari cùm tenerrima & altiſſima gratiæ gloriæque MARIANÆ faſtigia denarraret.

Beneficia B. V. in Societatem collata adnotare.

628 Omnium, quæ poterat adnotare, beneficiorum à B. Virgine in Societatem collatorum catalogum confecit: deſiderabatque vt omnes ſciremus quanta Societati per MARIAM fecerit DEVS; vt gratias redderemus. Illas enim aiebat admirabiles eſſe gratias quas ab illa, ſeu à DEO per illam accepimus.

Idem

629 Idem, teſte P. Barry, ludum frequentans, quotidie totum S. Bonauenturæ de B.V. pſalterium euoluit, nullis literarum occupationibus ſe paſſus impediri. *Veniant*, inquit S. Fulbertus Epiſcopus, *veniant ad eam iuſti cum Baſilio (cum Bonauentura) laudantes, & benedicentes, effectumque celerem ſuis ſanctis deſiderijs poſtulantes: ſine dubio percepturi.*

[illegible] p. 456. Pſalterium S. Bonauen. recitare. ſer. 1. de Nat. B.V.

630 Idem in ariditate cordis ſibi præſcribens quid ſit agendum: *Orare*, inquit, *occupare me, patientia, ſinus, & gremium B. Virginis.* Inde illa illius verba in delicijs ſpiritus: *die Sabbati* 18. Dec. *miſit mihi Dominus fluuium pacis.*

In ariditate illam adire.

631 Aliàs nouies in genua ſe ſubmittens, nouies quotidie dicebat: *Beata viſcera* MARIÆ *Virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium.* Huic quotidianum B.V. officium adiungebat, & B. V. IESVM paruulum ſinu geſtantis imagini oſcula ſæpiùs tenerè imprimebat. Similem habuit ad lectulum cùm è vita diſcederet.

Nouem menſes Virginis partus colere. Imagines oſculari.

632 Deſiderabat B. Virginem Sanctorum imitatione colere. ideòque ante initam Societatem, vt S. Bonauenturam in B. V. cultu & magiſtrum, & adiutorem haberet, quotidianas ſuas ad B. V. preces è Mariano illius pſalterio, vti dixi, depromebat: 8. kal. Octob. anno 1616. poſtea die Sabbati Societatem ingreſſus: & S. Ioſepho, S. Ioachimo, S. Annæ impensè deuotus, vt illorum corda MARIANI amoris plena ſuo cordi præficeret ad amorem hunc ab illis cordibus feliciſſimè condiſcendum.

Sanctos ſuo erga B.V. amari magiſtros præficere.

633 Idem diebus feſtis, cùm poterat, ad templa ſeptem B. V. nomine illuſtria ibat officioſus cliens, & in plura ſe pietatis erga illam officia effundebat; ſe Deiparam velle flagrantiſſimè colere iterùm atque iterum conteſtatus.

Septem eius templa viſitare.

Tt 2 Ma-

634 Manè petitâ perſeuerantiâ per B. Virginem, intentionem formans operibus præmittendam, *Hoc opus faciam, vt tibi placeam*, Devs, inquit, *& Beatam Virginem &c. lætificem*. Poſt opus peractum, illud Deo cum meritis B. Virginis offerebat.

635 Idem duodecim virtutes B. V. & *Aue* Maria meditabatur. Affectus, & ferè verba, poſſunt aſpirationibus hiſce includi: Aue Maria ſtella, & illuminatrix, quæ polare veluti ſidus, periculoſam huius vitæ nauigationem dirigis ad æternæ vitæ portum. Aue, Domina, cuius in ſuperna curia authoritas eſt maxima. Doleo! quia naufragus tuum, ô ſidus, ductum non quæſiui: quia in tenebris merſus, tuos, ô illuminatrix, radios non optaui; quia indigens patrocinio ſupremum tuum, ô Regina, cui nec facultas, nec ſcientia, nec voluntas auxiliandi deeſt, patrocinium non deſideraui.

Spero à te, Domina, auxilium ad expugnandos hoſtes ſpirituales; à te illuminatrice lucem ad me Devmque cognoſcendum: à te, ſtella maris, curſum ſecurum ad portum ſalutis.

Gratias ago Deo, & tibi, pro his beneficijs tuo, Maria, nomine comprehenſis. Fac, Devs, me duci ab hac ſtella totius mundi; illuminari ab hac illuminatrice totius mundi; regi ab hac Domina totius mundi. *Gratia plena*. Adoro Devm meum in te gratiâ plenâ, & gratiæ diuinæ plenitudinem: in te, cuius intellectus fidei lumine, voluntas charitatis ardore, memoria diuinorum beneficiorum recordatione; concupiſcibilis, temperantiâ; iraſcibilis quiete maximâ; oculi ſimplicitate columbina, aures attentione ad Dei vocem, lingua moderato ſermone, guſtatus ſobrietate, tactus pudicitiâ, pedes diligentiâ, manus bonis operibus, conuerſatio vir-

virtutum exemplis, & omnia denique plena ſunt virtutibus, & donis Spiritus Sancti.

Doleo paupertatem meam, qui gratiam vel reieci, vel permiſi otiari; miſerijs ideò plenus, & totus inanis gratiâ.

Spero tamen tuis, MARIA, precibus eam mihi, quæ decet gratiæ plenitudinem concedendam.

Gratias tibi ago, DEVS meus, qui MARIAM, tanquam vas cæleſti plenum rore expoſuiſti, vt inde omnes gratiam hauriremus.

Da mihi, ô gratia plena, cæleſtis huius roris guttam; vt gratus & amicus DEO ſim, ſtabilis & ditior indies poſt acceptam gratiam.

Dominus tecum. Adoro in te DEVM, Virgo, quæ DEO maximè es vnita, corpore in incarnatione, ſpiritu in intellectu rerum diuinarum cognitione illuſtrato, voluntate DEO maximè conformi.

Doleo, quòd Dominum mecum, culpâ meâ, non ſemper habuerim, neque agnouerim præſentem. Spero tamen per te, quæ proxima DEO es, ſummam cum ipſo vnionem. Gratias tibi ago quod DEVM ad nos attraxeris: & peto, vt me abſolutæ charitatis glutine DEO vnias, vt eius voluntatem ſequar.

Benedicta tu in mulieribus: Adoro DEVM meum in te quæ benedicta fuiſti in ſanctis cogitationibus cordis, in lingua pijs verbis, in operibus ad Diuinæ legis regulam conſummatis, in animi demiſſione, in partu Redemptoris, à quo omnis benedictio in genus humanum deriuata: quibus benedictionibus Euæ maledictiones deſtruxiſti: Doleo ob eas in quibus natus ſum maledictiones. Spero tamen me omnem à DEO benedictionem per te, ô benedicta, impetraturum. Gratias tibi ago, DEVS, à quo per B. Vir-

B. Virginem, tanquam à capite per collum in corpus multæ benedictiones transfunduntur. Et rogo te, benedicta Domina, fac vt à tuo Filio iudicandus audiam cum electis: Venite benedicti, &c.

Et benedictus fructus ventris tui. Adoro in te, ô arbor vitæ, arboris huius fructum CHRISTVM IESVM qui vita noſtra eſt. Doleo quod animæ meæ guſtatui hactenus non fuerit ſuauis fructus hic ſuauiſſimus; & dulciores mihi fuerint terrenæ voluptates, quàm cæleſte hoc nectar. Spero tamen à te, ô beata, animæ meæ fæcunditatem, & à fructu ventris tui fructus vitæ æternæ. Gratias tibi ago, ô Virgo, quæ vera terra promiſſionis es lacte & melle manans, gratias tibi pro fructu nobis producto: impetra mihi longè maiorem fructuum ſpiritualium copiam, & feracitatem.

Sancta MARIA *Mater* DEI. Adoro in te ſupernam hanc diuinæ Matris dignitatem. Pudet me vilitatis meæ coram te ſuprema Regina. Spero tamen me accipiendum in Filium à te quæ DEVM effeciſti fratrem noſtrum. Gratias tibi ago quia nobis Redemptorem peperiſti, & perſonam humanam ad penè infinitam diuinæ Matris dignitatem euexiſti. Peto ergò à te, Mater DEI, vt me diuinæ voluntati obſequentem reddendo, Filij tui quodammodo Matrem facias, dicente illo: Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & *Mater* eſt. *Ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis noſtræ Amen*. Adoro in te DEI mei beneficentiam, Domina, quæ patrona noſtra es, DEI, hominumque conciliatrix & diuinorum beneficiorum impetratrix. Doleo, quòd ex tantæ Reginæ patrocinio nullum ego meâ culpâ in me auxilium, vtilitatemque deriuo. Spero

Digitized by Google

Spero tamen me à DEO impetraturum, quicquid te, Domina, meam cauſam agente à DEO petiero. Gratias ago tibi pro diligenti cura quâ nos protegis. Et peto à te, vt velis in tua clientela eſſe ſtatus omnes Eccleſiaſticos & Laicos, viuos & defunctos, affines, & benefactores, perſecutores, denique eos omnes, qui meas exquirunt preces. Peto etiam vt impetres mihi meorum erratorum veniam à DEO: & obſequentes reddas diuinæ voluntati omnium hominum voluntates; denique vt vitæ extremo tempore præſens nobis eſſe velis. His peractis, nouem, vt ille vocat, genuflexiones adiecit, & nouies dixit: *Beata viſcera quæ portauerunt æterni Patris Filium*; ad honorem nouem menſium quibus IESVM MARIA portauit. Antiphonam quoque *Salue Regina* pio verſu adſtrinxit.

636. Robertus Cardinalis Bellarminus anno 1621. 17. Septemb. moriens ſacroſancta IESV & MARIÆ nomina ſæpiſſimè iterabat. Lyræus ait trigeſies repetiuiſſe. Sunt qui dicant illum cordis partem dimidiam IESV, dimidiam alteram MARIÆ legaſſe teſtamento amoris æterni. Vide Balinghen. 17. Sept. & Marraccium in purpura Mariana. Reliqua de Bellarmino quæ ſcripſit, dixit, fecit circa cultum Deiparæ, vtpote valdè vſitata, omitto: id quod in alijs quoque facio.

Triſagij p. 429. Cor Deiparę dare.

637 Vixit hoc anno 3. Octob. Valentiæ *P. Michaël Iulianus*, cuius ego omiſſis ieiunijs Marianis pane ac aquâ frigidâ definitis, & peculiaribus pietatis, ac in ſeipſum ſeueritatis exercitationibus, quibus ſingulas Magnę Virginis feſtiuitates celebrabat, illud etiam laudo, quòd libris peruolutatis obſeruauerit perdiligenter quicquid illic pro Deiparæ colendæ induſtria idoneum poterat reperire; vt illam

Digitized by Google

lam ſcitè coleret; aut ne quid accurationis in amanda illa omitteret. Certè (vt memini die primo *mēſis* MARIANI) B. Petrus Thomaſius qui ſolebat nullum omittere obſequium quod cederet in B. V. honorem, poſt mortem repertus eſt MARIÆ nomen cordi habere inſculptum.

In libello adnotare quæ legis apta cultui B. V.

paradiſi pag. 411. c. 14.

Munera puerperæ Virgini dare.

638 Hoc anno 1621. inquit Paulus Barry, cùm receptum apud Chinenſes vſu eſſet, vt partui vicinis matronis munera tranſmitterent; Pater quidam è Societate IESV auditores ſuos hortatus eſt, vt profanum morem in religioſum verterent, ſimilique ritu DEI Matri munus offerent, quando proximè in foribus CHRISTI natalis, & puerperij diuini dies eſſet; certo ſcil. numero peractas preces, caſtigationes corporis &c. quæ oratio adeò apud eos valuit, vt ab illo tempore hunc morem inchoârint, & ſingulis deinceps annis continuârint, toto ante CHRISTI Natalem octiduo eiuſmodi in DEI Matrem obſequijs intenti. Amemus hanc, amemus etiam hacce induſtriâ; hanc de qua S. Bruno ſanctè pronunciat: *Hæc eſt incorrupta terra cui benedixit Dominus, per quam viam vitæ agnouimus, & promiſſam veritatem accepimus; quæ quia digna fuit, Dominus de cælo in terram aſpexit.*

in pſ. 101.

obijt Ruræmundæ anno 1621.

639 Hoc anno P. Ferdinandi Quirini de Salazar liber Coloniæ impreſſus, aut potiùs, recuſus eſt, cui titulus: *Defenſio pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione.*

640 *Ioannes Lauerman* à communione tribus ſæpè ſolidis horis perſiſtebat inter agendum gratias fuſis piè lachrymis. Eo die, ac deinceps, in Nazareth, vt aiunt annuæ, cum Deipara habitare ſe ſibi perſuadebat: ſic vocem, oculoſque formabat, ſic oſtia adducebat, ſic omnia moderabatur, quaſi in MARIÆ *Reginæ modeſtiæ* familia CHRISTO eius Filio

Modeſtia colere B. Virginem.

eſſet

eſſet à famulatu, cuius vox non audiebatur foris. Si verreret, Deiparæ domum ſe verrere, ſi alia humilia obiret, omnia hæc in domo Deiparæ à ſe fieri exiſtimabat. Ideò in ſilentio, & pulchrè ac nitidè agebat omnia. *Cui*, aiebat S. Bern. *cui te aſſimilabimus, Mater pulchritudinis?*

Item humilitate. obijt 1621 Silentio. in orat. ad B. V. to 2. fol. 403.

641 *P. Iacobus Habbæus* in montis crepidine eques, cùm nec progredi, nec redire, nec in latus flectere equum poſſet, vix *votũ ad Beatiſs. Virginẽ* nuncupauit, cùm equus, agẽte vt piè creditum eſt Deiparâ, anterioribus pedibus in altum ſurrectis, ita aiunt annuæ, poſteriorũ veſtigia torquens, & in medium orbem ſe circum agens, ad rectam vnde abierat, viam non ſine admiratione ſe recipit. Speremus! cùm iſti Dominæ ad ſuos iuuandos, *nec poteſtas deeſſe poſſit, nec facultas.*

obijt 1621. in Flandrob. B. V. iuuat in periculo præcipitij. *S. Bern. ſ. 1. in Aſſ.*

642 *Martinus Beccaert* Schol. Societatem ingreſſum ſe aiebat quòd in illa peruigere videret cultum Deiparæ, ſperaretque ſe tot exemplis incitatum in eiuſdem cultu ardentiorem fore. In Societate prima ſurgentis, & poſtrema cubitum concedentis officia fuẽte erga miſericordiæ Matrem, à qua ſupplex ritu filij benedictionem poſtulabat, eamque colebat adeò accuratâ regularum, & particulatim ſilentij, religione, vt *nullo verbo vel facto* in ſilentium aut legem vllam peccare ſit ab vllo viſus aut auditus: vt ſic ſuum erga B. Virginem & Societatem amorem teſtaretur.

obijt Louanij 3. Aug. 1621. Silentio illam colere. *Manè.*

643 *Ioſephus Matthæus*, poſtea Soc. IESV ſcholaſticus, cùm ferè primum rationis lumen illi illuceret, votum concepit quo promiſit ſe B. V. roſarium quotidie recitaturum: id quod & præſtitit: ſolo vltimo vitæ die id ſe præſtare haud poſſe dolens. B.V. S. Ioſephi, & B. Aloyſij nixus ope virginitatem DEO vouit decennis, fidelitate ſeruatâ. Nec vn-

obijt Barcinonæ 1621. 20. Ian. Conſtantiam in roſario recitando tenere.

Oculorum, & linguæ cuſtodia il lam colere. quam oculis ſuis tantum libertatis indulſit, vt fæminam aliquam aſpiceret. os mirabili ſilentio cuſtodiuit. Nempe cultus Deiparæ ex illorum bonorum cenſu eſt *quæ poſſeſſorem faciunt meliorem.* Domine, inquit ad CHRISTVM Græca Eccleſia, *Tu vt nos viam doceres quæ ad ſanctitatem perduceret, in ſacratiſſimo Virginis vtero cum omni ſanctitate tua conſediſti.* *Menæa 8. Martij.*

obijt 1621. 7. Nou. 644 *Ioannes de Aguilar* Coad. poſt ſummos labores, per ipſos 30. annos nunquam cœnæ priùs accumbebat quàm coronam B. Virginis attentè recitaſſet.

Incitam. n. 184. 645 Rogandus eſt B. Stanislaus, viſus coram B. V. hoc anno ſupplex, vt nobiſcum, & pro nobis oret Deiparam. id quod feliciter euenit alijs. Mittamus charos IESV & MARIÆ Sanctos ad Virginem, & eius Filium, qui ſuppleant quod nobis deeſt. Ita præparationem cordis noſtri audiet auris DEI. Nam & Beatiſſima Virgo dicitur *auris* DEI, quia per illam à DEO faciliùs exaudimur. *Rich. apud Vegam Theologiæ Marianæ n. 1203.*

ANNO MDCXXII.

ob. Neap. 1622. Mortem ſuam illi cõmittere. 646 P. *Franciſcus Maſtrillus*, morte iam imminente, Patris qui aſſidebat manum exoſculatus aiebat: *O me felicem! ô me felicem! ô domus Domini! ô Domus* MARIÆ *Virginis, quando te aſpiciam?* Et plura his. Tyronibus qui aderant: Filioli, aiebat, leges noſtras, & *pietatem eximiam ergà* DEI *Matrem*, duo hæc ſeruate, & viuite ſecuri. Dicat æger Virgini cum S. Ioanne Damaſceno: *Totius vitæ meæ præſes fuiſti, ò pura Deipara, & à plurimis me periculis liberaſti: propterea gratiarum actionis voces tibi concino: ſed à futuris etiam ſupplicijs eripe me.* *m. ſ. Sabbat. ode 1.*

10 Sept. Nouẽ menſes Virginis partu rẽ colere. 647 *P. Carolus Spinola* hoc anno Iaponico igne in fidei odium combuſtus, in honorem nouem illorum menſium quibus B. V. IESVM in vtero portauit, ſalu-

ſalutatâ verbis Angelicis nouies Virgine, meditationes perbreues de excellentiſſimis ſuper alias creaturas illius priuilegijs inſtituebat; quas ex ipſius verbis decerptas in vſum orandi facilem redigit Annus meus Marianus. Manè quotidie ad SSS. Trinitatem ſuſpirauit his verbis: *Da mihi per viſcera* MARIÆ *Virginis, vt nunquam te offendam, ſed ſemper faciam tuam voluntatem.* Aut vt alius refert: *Domine, per cor B. Virginis da mihi gratiam vt nunquam te peccato aliquo offendam.* Sabb. 46. pag. 203. Mane.

648 *P. Paulus Ioſephus Ariaga* (iuxta illud S. Io. Chryſ. *Habemus* MARIAM: *neq; tantùm precemur, ſed etiã ieiunemus*) totos dies Sabbati ſine vllo cibo ieiunus ducebat. etenim à prandio feriæ ſextæ vſque ad prãdium diei Dominicæ nil cibi admittebat per annos 40. Bolum ſemel vnũ Epiſcopi rogatu ſumpſerat; & ſtomachus (tanquam ob Virginis iniuriam indignatus) illum quoque reiecit. Sabbato ſodales accerſebat, & ad B. V. honorem proferendum acuebat: eodem die alijs ſeſe humilibus officijs addicebat. *ob. 1622. Sabb. toto ieiunare. Incit. n. 185.*

649 P. Idem Ioſephus literas compoſuit, quibus cæleſti Reginæ ſe in humile mancipium dedicabat. Eaſdem literas typis in lucem datas in plures ire iuſſit, ad plures in mancipatus MARIANI gloriam inuitandos: & ſeruitutis teſſeram, quotannis Lauretum tributum aliquod deſtinabat, fidelis capitis ſui munus. S. Ioannes Damaſcenus, *ne repellas*, ait, *ſeruum tuum nunc à te poſſeſſum.* *Literas ad B. V. dare. m. ſ. fer. 2.*

650 P. Ioſephus *quotannis* primum anni diem, & in illo totum quem inchoabat annum, conſecrabat B. Virgini. *Quotmenſibus* ad Xenodochium ſemel ibat, & vnum diem pro collectione animi deſtinabat, ad legendum, orandum, & corpus affligendum. *Quothebdomadis* eiuſdem honori, die Sabbati *Initio anni illam colere.*

vnam horam dabat, præter conſuetum tempus, quâ B.V. virtutes expendebat. *Quotidie* in eiuſdem honorem accuratiùs incumbebat in examen meridianum, & veſpertinum; generale, & particulare. *Qualibet hora* dicebat *Aue* MARIA. *Aue filia, &c.* Hæc ex illius chirographo. Lauretum Româ pedes profecto conceſſum, vt in Sacello ſancto noctem integram vigil ageret. Flexis genibus ibi perſtitit gaudio tanto quantum aiebat non niſi illis quæ in cælo ſunt ſuperari. Eiuſdem imaginem, primæ ſimillimam ſecum abſtulit, & illi Domui ſimillimam extruxit in Perù; iſtic variè illam colens, eiuſque amorem propagans. Adeò ſanctum eſt illud quod S. Ioan. Damaſcenus teſtatur: *Verbum ſanctiſſimum, ò Virgo, donat ijs qui te honorant, ſanctificationem, illuminationem, & redemptionem.*

m. ſ. dom. ode 1.

651 *P. Petrus Nauarrus*, totas aliquando noctes in Iaponia dabat reddendo Iaponicè MARIANO P. Spinelli *throno*. Ad mortem, quam in flammis obijt, ibat *roſario* de collo pendente Virgini Matri obſtrictus, litanias canens; ac IESV & MARIÆ nomina repetere auditus concidit. 1. Nouemb. 1622. & cineres in mare abiecti. *In tuæ*, ait S. Ioan. Damaſcenus, *multæ benignitatis pelago confido nunc, ò Deipara, ac meipſum in te immobiliter proiicio.*

Noctu quoque illius meminiſſe.

Libros de illa ſcriptos interpretari.

m. ſ. Sabb. ode 4.

652 *P. Alardus le Roy* hoc anno pretioſum libellum Tornaci dedit in lucem, cui titulus: *B. Virgo cauſa omnium bonorum, & nota ſalutis.*

ob. 1622.

653 *P. Antonius Gaudier* ſolebat ante ſacrificium actis pro IESV gratijs ita dicere ad DEVM: *Gratias tibi ago ex totis præcordijs meis pro ſingularibus, ac innumeris donis quæ in Beatiſſima V.* MARIA *Matre Vnigeniti Filij tui depoſuiſti: & quia eam mihi in Matrem, in aduocatam, in Protectricem donaſti.* Sacrificio proximus,

In ſacro illam venerari.

Digitized by Google

ximus, ipſam Virginem precabatur, vt ſicut dulciſſimo Filio ſuo in Cruce pendenti adſtitit, & ſimul cum illo ſacrificium immaculatum corporis, & ſanguinis eius DEO Patri obtulit: ita & nobis omnibus hîc, & in tota Eccleſia huic ſacrificio hodie præſentibus clementer aſſiſtere dignetur.

654 P. idem Gaudier; Manè, inquit, confer te ad ſalutandum SS. Sacramentum cui omnia tua per manus B. Virginis MARIÆ, &c. offeres, recitabiſque: *ò Domina mea*. Poſtea offer merita D. N. IESV CHRISTI *per manus Beatiſſimæ* ipſius *Matris*. Super oratorio recitabis *Famulorum tuorum quæſumus, Domine, delictis, &c.* Ad firmandum in meditatione propoſitum, validâ aliquâ ratione ſe offerente, ſtatim ad B. V. recurrendum ait.

Manè.

Ante orationem illam adire In meditatione.

655 Suadet vt ſi obuium habeas pauperem, CHRISTVM in illo ſalutes, & à DEO, ac B. V. eleemoſynam illi petas recitando: *Aue* MARIA: Si occurrat imago B. V. inquit idem, dic: *Nos cum prole pia, benedicat Virgo* MARIA. Addit: *O qui Virginem hanc amas, imitare in illa id quod* DEO *gratiſſimum in ea fuit, per quod illi maximè placere queas*.

Spiritualem eleemoſynā in honorem illius dare.

656 De fœminis, præter multa alia, ſuggerit hoc anno editus P. Ioannis Burgheſij liber *de bono Sod. Parthenia*, Honorandas eſſe, quia ille ſexus in B. V. edidit Seruatorem: cauendum ab earum aſpectu, & amor omnis B. Virgini ſeruandus. Hæc eſt omnium digniſſima quæ ametur.

lib. 2. c. 18. Fœminas caſte in honorem illius honorare.

657 *P. Carolus Muſart* hoc anno Muſſiponti edidit *Lilium Marianum*, in quo pudicam in lecto modeſtiam ſuadet exemplo B. V. religioſos dormientes viſentis, & aquâ luſtrali aſpergentis; manu, ac voce ſingulis benedicentis, vno illo neglecto qui parùm decenter decumbebat. Aliàs item alteri non benedixit.

Modeſtia in lecto illam colere.

dixit,

Digitized by Google

dixit, ob nudum pedem extra lectum negligenter in ſomno porrectum. In tentatione ait habendam ad manum imaginem B.V. quam oſculeris, & opem petas.

In tentatione.

obijt 1622 Voto colendi B.V. ſe obſtringere. pag. 683. & 687. Expendere in quo conſiſtat pietas erga B V. m ſ. Dom. ode 7.

658 *P. Ioannes Paulus Fons* voto ſe obſtrinxit ad propagandam Deiparæ pietatem: id quod fecit concionibus, ac etiam in libro illo quem hoc anno edidit Barcinonæ *de ſex alis Seraphim*. In quo illa conſiſtat explicat, nempe in actu voluntatis veræ ad promptè faciendum ea quæ ad illius obſequium ſpectant: ſuadet quotidie illius amore obſequium aliquod illi exhiberi. Veſperi ſemel *Aue* MARIA pronunciare, & aquâ luſtrali crucem in lecto ducere à capite lecti vſque ad pedes, lectum totum ſic luſtrando: ait eſſe probatum contra hoſtes remedium. *Animæ meæ ſordes miſericordiarum tuarum ſtillis ablue*, dicebat magnus ille Ioan. Damaſcenus ad B.V.

In Perù obijt 1622 21. Maij. Mortificatione orationem cõdire. Sæper velle proficere. m. ſ. 31. Oct.

659 *P. Ioannes Sebaſtianus* vt B.V. officium, & coronam (quæ de genibus quotidie recitabat) acceptam redderet Deo per Virginem, ter ſe quotidie verberabat; Sabbato ferè pane atque aquâ contentus, culinæ vaſa, & lebetes purgabat. Frequentiſſimâ diſcuſſione examinabat conſcientiam, decies pronunciatâ oratione Dominicâ, & Angelicâ ſalutatione pro ſingulis labeculis deprehenſis: S. Ioſeph ad B.V. *Illumina, quæſo, pupillas miſerabilis cordis mei à paſſionibus obſcuratas*. Edidit librum de Sacerdotio cuius lib. 1. c. 11. agit *de protectione qua B. Virgo protegit Sacerdotes*.

660 Hoc anno edidit Antuerpiæ *P. Iacobus Stratius* libellum *de 7. doloribus B. V.* Herbipoli autem P. Henricus Marcellius *Praxes colendi, & imitandi Beatiſſ. Virginem per ſingulos hebdomadæ dies*, vt refert Marraccius.

P. Pe-

661 P. *Petrus Gil*, ſeu Ægidius, Barcinonenſem Academiam ſingulari erga DEI Matris honorem ardore accendit. Ipſe illam coluit admirabili ſtudio paupertatis. Impreſſit Barcinonæ modum adiuuandi moribundos; quos excitat ad fiduciam erga B. Virginem.

obÿt 1622. 15. Sept. Barcinone Paupertate illam colere.

662 P. *Ioannes Franc. Ioanellus* in B. V. peruigilijs lōgâ & ſæuâ corporis flagellatione ſe lacerabat. Repertum eſt ab eius morte chirographum, quo per B. Stanislaum B. Virgini deſtinato ſe Deiparæ admirabili verborum teneritate ac pondere tranſcribebat.

obÿt 1622. 25. Iun. Verberare ſe, ac ita illi dedicare.

663 P. *Cæſar Coſſus* Sabbato nil omninò cibi cocti admittebat, & per totos dies quindecim ante diem Aſſumptæ Deiparæ ieiunabat.

obÿt 1622. Meſſanæ 7. Nou. Ieiunÿs illã colere

ANNO MDCXXIII.

664 P. *Thomas Saillius* olim à morbis quos per itinera contraxerat omnibus (vt ait eius elogium Bruxellis Romam miſſum) ope Deiparæ perſanatus, B. V. officium nullo die omiſit: eiuſdemq; imaginem in theca reliquiaria ita circumferebat, vt & ipſe illam ſæpiùs oſculari, & alijs ad oſculum præbere poſſet; obteſtatus omnes, vt *Dominam* hanc & *Matrem* amare non negligerent, quantum poſſent. Si domo egredi pararet, paruulæ in cubiculo ſtatuæ MARIANÆ ſupplex aduoluebatur in genua, & maternam ab ea pro felici rei ad quam peragendam exibat benedictionem flagitabat ſupplex. *Quanti caſus humana rotant!* aiebat ille. Contra hos vt te munias, domo exiturus, dic cum S. Ioanne Damaſceno ad B. V. *Tu quæ cælis es ſublimior materialibus, vitæ caſibus mentem meam effice ſublimiorem.*

obÿt 1623 8. Martÿ Bruxellis.

Vide Incit. n. 187.

Ante exeũdum bene dictionem ab illa petere.

m. ſ. Dom. ode 8.

665 In caſtris autor fuit militibus, vt (id quod ipſe faciebat) ſe quotidie Beatiſſimæ Virgini, conuerſo ad illam vultu & mente, impensè commendarent.

rent. Virginibus ſuadebat, vt B. Virginis amore (præter vigilem, ac perpetuam cuſtodiam puritatis) conſtanter aſſueſcerent, vt rarò ac parcè cum viris (& quidem etiam cum confeſſarijs) loquerentur. Id Beatiſſimæ Virgini fore gratiſſimum: & confeſſarijs (ſi boni ſunt) non ingratum. S. Ioan: Damaſcenus: *Viſcera miſericordiæ tuæ pelagus multum eſt, ò inculpatiſſima.*

Illam caſto ſilentio venerari.

m.ſ. Sabb. ode 6.

666 Inter ſacrificandum, ad ſacroſancta conſecrationis verba B.V. opem implorabat, vt rem tantam dignè perficeret, Coram CHRISTO verò ante ſe poſito rogabat Deiparam vt oblatis Filio ſuo ſuis & ſuorum libellis ſupplicibus, ſua & ſuorum pœnitentium negotia ipſa agenda ſuſciperet, credebatque id in more eſſe cuilibet Sacerdoti in Societate IESV.

In ſacro eius opem petere.

667 *Franciſcus Hortulanus* Coadiutor, vt primùm natus in lucem eſt, vt aiunt quibus licuit intereſſe, confeſtim teneras manus perſanctè iunxit, & infans licèt aliàs, MARIA pronunciauit. Neque id mirabitur qui legit Kunegundam infantem regiam, vt primùm nata lucem hanc aſpexit *Aue Regina* pronunciaſſe,

ob.1623, 20.Dec. Calari.

Mariæ nomen pronunciare tenere.

AnniMar Sabb. 51.

668 Idem *Franciſcus* ætate iam grauis, hymnos quoque in SSS. Trinitatis, & B. Virginis honorem componebat ſtylo pio ac dulci; vel factos ab alijs colligebat, & vtroſque ſecum ipſe ad concitandos teneriores pietatis ſenſus cantabat. Reliqua vide Incitamentorum n.188.

Hymnos de B.V. componere recitare, cantare.

669 Pro ijs qui carcere attinerentur, pro eleemoſyna *Aue* MARIA recitabat, id Virgini gratiſſimum eſſe ſibi perſuadens. In triclinio quoque de illius maieſtate & gloriæ eminentia ſæpè cogitantem ingentes animi voluptates impleuêre: de quibus aliàs. Hæc S. Maximo Ep. *Manna eſt: quæ velut cæli-*

Incit n. 189.& 190.191. 192.

Homil. in ram.palm

Digitized by Google

cælitus veniens cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle defluxit.

Eundem Hortulanum vt primùm natus eſt, iunxiſſe teneras manus, & MARIÆ nomen pronunciaſſe fama eſt ab ijs accepta quæ adfuêre. Iubens hymnos de B. Virgine componebat, eoſque ac alios etiam ab alijs compoſitos cantabat. Angelos etiam ſocios muſicæ aliquando habuiſſe dicitur accinentes; à quibus inchoata nonnunquam carmina dulciſſimè proſequebatur, iam tum hîc Angelorum ciuis, & cœli tiro. *De illa canere.*

Pro ijs qui carcere attinentur *Aue* MARIA recitãti eleemoſynæ loco, adeſſe viſa Regina gloriæ, ſibi hanc eleemoſynæ artem apprimè probari oſtendit. Aliàs in templo ad Sanctorum reliquias illam in maieſtate, ceu Imperatricem, dicitur aſpexiſſe. Nempe placet Sanctorum Reginæ honor qui Sanctis impenditur. *Aue pro ijs qui ſunt in carcere recitare.*

Idem cùm ab obedientia euocatus è templo, Sanctiſſimo Sacramento refici vehementer optaret, 13. Decembris, vt ſcribunt ij, qui eius intima tractauêre, vidit Virginem Matrem auguſto ſplendore inſignem cum duobus Angelis, & Sacerdote; qu idepromptam è tabernaculo SS. Euchariſtiam Franciſco porrexit, illo per totum illum diem inexplicabilibus delicijs delibuto. *In communione.*

P. Thomam Saillium, de quo num. *665.* dixi, Beatiſſima Virgo à morbis pluribus perſanauit, quando cum S. Barbara, alijſque cælitibus, ab illa viſitari ſibi viſus eſt, & alloquio recreari: demum valetudini priſtinæ reſtitutus eſt, cùm illa CHRISTO pro Thoma ſupplex diceret: *Fili; permitte noſtrum hunc famulum adhuc viuere.* Fuſis ad B. Virginem *In morbo.*

precibus, alium ab anxia quadam mentis cura, alium à morbo liberauit, vt ipſi ſunt faſſi.

670 *P. Ioannes Pellecyus* obijt hoc anno Lauretanis B. Virg. Litanijs poſt extremam vnctionem recitatis. Hic libro (id quod etiam obſeruabat S. P. Ignatius, & monebat) de infinita grauitate peccati mortalis ait, quòd etiam Beatiſſima Virgo illo offendatur, quæ noſtra magna eſt benefactrix. Ab illa ergo, & per illam petendus eſt horror ille quo peccatum horreas, ita vt illa illud horret tantopere quantopere amat Filium ſuum. Neque tamen arcendi ſunt à cultu Virginis peccatores; imò ad illam vocandi, vt veniam & emendationem impetrent. dicenda illis verba S. Fulberti Carnotenſis Ep. *Reſpirate ad Genitricem domini plenam miſericordiæ.*

Lib. 1. c. 13.

Mortale peccatum ſummè horrere.

Serm in ortu almæ Virg. Mar in fine.

671 *P. Nicolaus Pollienus* flagrantem Deiparæ cultum iunxit cum accuratiſſima erga infirmos charitate. Vir grauis è clero de ſeipſo ita retulit: ſe à P. Nicolao viſitatum cùm æger extra ſpem vitæ mortem opperiretur. Cùm verò ſe per eum diuinæ Matris precibus commendaſſet, poſtridie luce plenâ viſam ſibi adeſſe Deiparam conclaue ingreſſam vnà cum P. Nicolao qui Virginem ſequebatur. Neque dormienti ſibi ſed vigili hæc viſa dicebat: ſeque à cæleſti Matre commonitum, vt Iesvm, & ipſam accuratiùs deinceps coleret. Tum iuſſu magnæ Matris acceſſiſſe P. Nicolaum ad ægri lectulum, ac eâdem iubente pectus ægri tetigiſſe; ac ſe illicò planè conualuiſſe. Vocatus poſtridie P. Nicolaus, re auditâ rogauit impenſiùs, ne res ad vllius conſcientiam perueniret. Seruiamus ægris, vt Mariæ filijs. Nam, vt illud hic è S. Ambroſio memoriâ repetamus: *Si* Christvs *credentium* *fra-*

Ob. 1623. 28. Dec.

In morbo.

Ægros viſere.

Accuratiùs colere IESVM, & B V.

Tomo 6. de Purif. B. V.

Frater, cur non ipſa quæ CHRISTVM *genuit credentium Mater?*

672 P. *Alphonſus Ezquerra* hoc anno in vltimo ſacro, quod in Exercitijs faciebat cùm ſuam Deiparæ enixè commendaret, ſingulari planè ſenſu ſe perfuſum dixit. viſum ſibi quippe animam ſuam in Deiparæ manu eſſe, atque ab ea inſeri aperto lateri boni IESV; quòdque ipſe CHRISTVS Deiparam id facientem iuuaret. Quid animâ, & corde vagamur? Commendemus vtrumque in MARIÆ manus; & dicamus cum S. Ioſeph Græco: *Lychnum cordis mei extinctum accende: mentis meæ euagationes cura.*

Andreas de Rada ap. Nier. t.2.p.503.

M. S. 14. Nou.

673 Scripſit *P. Iacobus des Bans* hoc anno Pariſijs impreſſum *paruum B. V. Sacellum hieroglyphicum, diſtinctum imaginibus, Parthenio Sodali Sacrum.* P. autem *Ioannes Suuetnamus* Audomari impreſſit *Paradiſum voluptatis ſuper Litanias Lauretanas.* *P. Michaël Coyſſardus* Pariſijs luce publicâ donauit *Litanias B. V. Lauretanas, aliaſque in ſingulos hebdomadæ dies ad B. Virginis laudem ex Sacra Scriptura, & SS.* Patribus*, cum notis muſicis.* Ita Sanctiſſimæ Matri cantabat, hymnoſque ſcribebat Hermannus ille Ioſeph Ord. Præmonſtratenſis. In quodam hymno ſic canit:

Obijt Laureti 1623.

Obijt 1623 Lugduni. Muſica illam colere.

E Cod. M.S. vet. Marraccij

Gaude ſemper, & exulta
Auro, gemmis benè culta.
Mea mens ad te ſuſpirat:
Qui non amat te, delirat.
O amor, & amoenitas!

674 *P. Leonardus Leſſius* inter ſurgendum manè recitabat de B. V. *Concede quæſumus &c.* & Litanias Lauretanas pro conſtantia in Societate. Hoc anno Græcij *P. Hieremias Fiſcher* peſte contactus

Obijt 1623 15. Ian. Louanij.

Foyenſis Deiparę lapillo illicò pęſte fugatâ conualuit. hic poſt mortem ſibi penes B. Virginem benè eſſe dixit, vt dicam anno 1634.

Ob. 1623. 17. Iul. Mechliniæ. Sabbato peregrinatione modica, & humilitate illam colere.

675 *P. Andreas Bottelberch* doctè, flagranter, ſæpè, ac feliciter adeò de B. V. laudibus, & amore dicebat, vt *Eccleſiaſtes B. Virginis* diceretur. Hanſvvickanam B. Virginem Sabbato quouis conſtanter ac religiosè inuiſens, illam eminùs conſpectam verbis Angeli ſalutabat; eodemque die domi aliquod demiſſionis officium exercebat; beneficia illius perſcitè narrabat, etiam quæ ipſe accepit. Vt B. V. imagines in locis magis conſpicuis collocarentur, cum Archiepiſcopo Mechlinienſi tranſegit. Eiuſdemque Deiparæ in ſuis etiam imaginibus cultæ auſpicijs felix fuit in tollendis ab vſu hominum imaginibus impudicis. Seruet DEVS, ſeruet, atque augeat in Societate inclytum illorum numerum qui Deiparæ ſint Eccleſiaſtæ ac diſertiſſimi oratores: *Glorioſa*, inquit Bernardus, *dicta ſunt de te, Ciuitas* DEI *Genitrix. Sed adhuc locus eſt tuæ laudi: adhuc in tuis laudibus omnis lingua balbutit. Non enim ſunt loquelæ, neque Sermones in natione quæ ſub Cælo eſt, quibus amplitudo gloriæ tuæ ad plenum valeat explicari.*

Tomo 2. orat. ad B. V. fol. 404.

Libello Sodalitatis ad mores bonos vti.

676 Annuæ Flandrobelgicæ in hunc annum aiunt Gandaui quendam cùm ad frugem meliorem apud Sacerdotem noſtrum ſe compararet, narraſſe; viſum ſibi Magiſtrum olim ſuum de Societate, libellum Sodalitatis Partheniæ manu præferentem, & minaciter dicentem: Perijſti, miſer, niſi contenta hoc libello obſeruaueris. Iterùmque oblatam ſibi vmbram defuncti parentis, & igneum lacum, dictumque ab vmbra: Niſi reſipueris, in hunc præceps deturbaberis. Multa ſunt in libello Sodalitatis

ſoli-

ſolidæ officia pietatis erga DEVM DEIque Matrem ad hæc hortabatur adoleſcentem illum Magiſter ille vitâ iam functus. Age dum viuimus, ad cælum ducamus omnes per hanc Virginem, de qua loquens S. Ioannes Chryſoſtomus eam vocat *alterum Cælum quod eſt in terra: & thalamum diuinæ humanitatis.* *In Bibliot. homil. PP. in Annunc. B.V.*

677 *P. Marcellus Auguſtinus* in eo quod anno 1623. Maceratæ impreſſit theatro continentiæ oſtendit quàm grata ſit caſtitas noſtra Reginæ Angelorum: ſententias ac exempla noua, & vetera affert. Franciſcum de turpi cogitatione inter ſpinas cruentum roſiſque candidis conſperſum, quæ ab eius ſanguine purpuram induêre. Tum ſpectata illi cum IESV, & Angelis Regina Imperatrix, ac triumphatrix, & præſes in victoria caſtitatis. *Cap. 8.* *Caſtè illam colere.*

678 *P. Matthæus de Vos* diuinæ Matris coronam attentè quotidie recitabat, idque tam conſtanti pietate, vt poſteaquam illam olim puer ſemel recitauit, id facere nullo deinceps die per omnem vitam ob vllam occupationem, negligentiam, vel obliuionem omiſerit. An non ſperet talis à Virgine id quod illa dicit ſuo Filio: *Fili mi amantiſſime, miſerere animæ famuli tui, amatoris & laudatoris mei, ſicut tu benè noſti, & vidiſti; de cuius ore Sancti Angeli ſæpiùs mihi deuotæ ſalutationis gaudia nunciarunt.* *Obijt 1623 Louanij. 2 Ian.* *Conſtantem eſſe in quotidiano penſo.* *Thom. à Kemp. parte 3. Serm. 2.*

679 *M. Franc. vanden Brande* ante initam Societatem in honorem B. V. inter alia, per annum integrum ſibi abſtinentiam à pomis, nucibus, & alijs fructibus, (magnis puerorum illecebris) indixit, ac ſeruauit, in honorem Virginis ſe peruincens. Poſtea Ipris cùm iuuentutem erudiret, eo adnitente Sodalitas Angelica egregiam B. Virginis ſta- *Obijt Bergis 1623. 22. Iulij.* *Mortificatiunculis illam colere.* *Gulam peruincere*

ſtatuam in area Scholarum erexit: cereum qui coram illa Sabbatis luceret conſtituit.

Obijt Malagæ 1623 23. Martij Manè ad illam expergiſci.

680 *P. Chriſtophorus Mendez* manè vnâ ante alios horâ ſurgens B. Virginis coronam ter recitabat. Primò vt per illam obtineret plenam ſuæ cum diuinâ voluntatis conſenſionem; deinde pro amicis, & inimicis; tandem pro mortuis.

Pro ægris orare.

M S Fragm. 3.

681 Camberij hoc anno vixit vltimùm *P. Andreas Suffrenus*. Pro hoc Lugduni olim ægro Deiparam impensè precatus quiſpiam Coadiutor, auguſtam Virginem coram videre viſus eſt disertè pollicitam quòd Andreas ex eo morbo non eſſet deceſſurus. *Cuſtodi vitam noſtram*, ait eidem S. Ioannes Chryſoſtomus.

Orare pro peccatoribus.

682 P. Nicolaus Oborski in miraculis B. Stanislai Koſtkæ, quæ è iuratis proceſſibus excerpta Cracouiæ anno 1630. impreſſit, refert, anno 1623. viſum B. Stanislaum Koſtkam, inſtar ephebi throno æterni Patris aſſiſtentem, & Beatiſſimam Virginem illum impensè hortatam, vt pro peccatoribus preces coram irato Deo Patre effunderet; idque illum obedienter feciſſe ad eas voces Matris Dei; moxque oraſſe in genua prouolutum, & à nouem Angelis veluti ſuſtentatùm. Rem gratam Dei Matri fecerimus, ſi pro ijs qui alieni à Deo degunt, pro noſtrâ tenuitate, impensè oremus vt conuertantur & viuant.

Ob. 1623. 9. Ian. Almoþacidij.

Valetudine ſuâ ſanctè vti.

Marraccij M.S. Fragm. 3.

683 *P. Franciſcus de Vbierna* æger ad B. V. imaginem pro vita extendenda, & animarum ſaluti impendendâ ſupplex, audire ſibi eſt viſus Deiparam ex illa imagine disertè reſpondentem; id quod peteret, habiturum. Perſanatus, totos quindecim annos quibus ſuperfuit, Beatiſſimæ Virginis amori, & animarum ſaluti vectigales fecit.

Cuſto-

Digitized by Google

Cuſtodi vitam noſtram, ait ad B V. laudatus S. Ioannes Chryſoſtomus.

ANNO MDCXXIV.

684 *P. Carolus Romanus* in Lauretana B. V. Domo IESVM, MARIAM, IOSEPHVM vidit, vt ferunt literæ de illo perſcriptæ; ac admirabiliter toto corde ad illos amandos, colendoſque accenſus eſt. *Ob. 1624. 16. Aug. S. Ioſephũ colere.*

685 *P. Ioannes Franc. Gaudanus* tres Deiparæ coronas texebat orando quotidie; primam pro animabus purgatorij: alteram ad gratias pro beneficio vocationis agendas: tertiam pro morte in Societate feliciter oppetenda. Aiebat viſum ſibi olim tironi, quaſi vocem humanâ maiorem audiret dicentem: Ioannes, ſi in Societate perſeueraueris, ſaluaberis; ſi tuâ dimiſſus culpâ fueris, damnaberis. Supremis quoque vitæ diebus voce iam fugiente dicere auditus eſt: orate pro me; ne vocatione excidam. S. Ioannis Damaſceni eſt illud de ſuo fine ſolliciti: *Ab illecebra paſſionum libera me, Mater* DEI, *placans Filium tuum, & manuducens me ad Diuinum complementum voluntatum ipſius*. *Ob 1624. 7. Ian. Conſtantiã in vocatione illi commendare. M.S. Dominic. Ode. 5.*

686 *Iacobus de Alagon* cùm SS. Euchar. Sacramento muniri non poſſet ob ſtomachum (quem in honorem B. V. ſe ad *IESVM* pariendum diſponentis per totum aduentum quotidie ieiunando debilitauerat) monitus à P. Rectore vt ad B. V. id gratiæ flagitaret; fecit, & obtinuit vt 1. Ianua: anni 1624. potuerit refici pane Angelico, tertio die poſt mortuus. Fructus is fuit Sabbatinæ pietatis, quâ ille Sabbatum ieiunio, & publicâ ſui verberatione ornabat. Dulciſſima res eſt, etiam in difficillimis in illa ſpem poſt DEVM reponere. Hinc illa S. Damaſceni: *O ſecura ſalus, ò firma* *Ieiunium. Sabbatum Deiparæ dedicare. M.S. Fer. 4. Ode 9.*

ma

ma ſpes, quæ genus hominum cælificaſti.

687 Huius anni Februario, die 16. felicem diem obijt *P. Ludouicus de Ponte* Valliſoleti. hic in quibuſdam ſuis chartis, quas *memorialia* vocant: *Secunda*, inquit, *porta poſt pietatem erga SS. Sacramentum ſe mihi obtulit Sanctiſſima Virgo, Domina noſtra. Deuota erga illam propenſio eſt porta ad ſanctitatem: & cui dat hanc deuotionem* DEVS, *portam illi aperuit. Si verò illam non ſentiam, poſſum flere, quia clauſus mihi eſt ingreſſus ad Sancta Sanctorum. Debeo ſupplex adire* DEVM, *& Angelum meum Cuſtodem, vt mihi aperiatur hæc porta, & mihi detur iſta deuotio. Aperite mihi portas iuſtitiæ.* In ſcheda quadam inuitat Angelos, ad B. V. Laudes, & Sanctos omnes, illos maximè qui Deiparæ fuêre familiares.

Cultu B. V. vt porta ad Sanctitatem vti.

688 Solebat idem Beatiſſimæ Virginis officium quotidie recitare. Verùm ſacris initiatus, & pluribus ab obedientia obrutus hoc inuenit compendium pietatis. De Conceptione, Natiuitate, Præſentatione, Annunciatione, Viſitatione, expectatione partus, vel de ipſo partu, item de Purificatione, ac Aſſumptione, pro tot nempe diuini officij partibus, dicebat hymnum, verſum & orationem feſti illius quotidie, facto ſingulis diebus velut quodam compendio ſeu *breuiario anni Mariani*. Præparauerat ſibi pro hora mortis candelam ad B. V. de Monte Serrato benedictam. Imminente iam ſupremo articulo illam ſibi accenſam porrigi petijt.

Offic. B. V. quotidie recitare. Feſta B. V. quotidie recolere.

Candelam B. Virginis pro morte ſibi præparare.

689 Eidem *P. Ludouico de Ponte* Beatiſſimæ Virginis ſub cruce ſtantis dolores expendenti audiri viſa eſt vox à Crucifixo miſſa dicens: *Mulier, ecce Filius tuus. Ecce Mater tua.* quaſi Ludouicum CHRISTVS Matri ſuæ, & hanc Ludouico viciſſim com-

Pati.

commendarent. Amabat SS. Ioachimum, & Annam tenerrimè *Ludouicus*; & MARINÆ de Eſcobar aliquando apparuiſſe dicitur in ſacro apparatu in genua prouolutus coram SS. Ioachimo & Anna, MARIAM beatiſſimam paruulam de S. Ioachimi ſinu accipiens, amplexu fouens, ægræ Marinæ admouens ita vt ægra poſſet pedes paruulæ oſculari. S. Ioannes Damaſcenus: *Pelagos amoris tui erga homines, & intimæ pietatis tuæ abyſſos, & infinitas bonitatis miſericordias oſtende mihi. Cuſtodi ſimul cum anima corpus meum inuulneratum.*

B.V. parẽtes colere

m.ſ.ſer.5. init.

690 Hoc anno in Regno Toletano (vt autor eſt P. Alphonſus de Andrade) quidam de Societate ſacram expeditionem exercebat. Incidit in virum nobilem, olim Deiparæ, nunc fæminæ cuipiam domi (quam Matris obtentu alebat) impensè addictum. Hoc autem veteris erga Deiparam cultus erat reſiduum in homine, quòd B.V. feſta, & Sodalitates celebrârit; Sacellum eius quoddam, imaginemque ſuis expenſis ornârit; aliàs fædus cum illa ſua Matre, ſeu ſcorto. Hic cuidam viſus eſt ſiſti pro tribunali CHRISTI; qui ne illum perderet, Virgo Deipara interceſſit, quæ non omnem pietatis ſcintillam in eo extinctam, & ornatam ab illo ſuam imaginem aiebat. Quocirca triginta illi dies ad expianda peccata conceſſi. Quod ſpacium ſi obſtinatè perderet, cor illi lanceâ configendum dicebat CHRISTVS iudex. Iuſſa eſt pia fœmina, quę hæc videbat, manè reperiendo in Eccleſia Societatis IESV Patri omnia enarrare. Reperit illa poſtridie manè pro ſacro tribunali quendam de Societate Patrem; ſed fidem non inuenit niſi tertiò & monita, & monens, ac varijs experimentis probata. Exhorruit ad hæc ab illo Patre audita reus ille

De imit. B.V. l.2. c.23. à pag. 131.

Cole B. Virginẽ corde caſto.

nobilis, & ſerijs lachrymis eluit flagitium. Iterùm tamen ab inſidioſa illa pellectus, in obſcœna prolapſus eſt, & Patrem opportunè importunè monentem, nunc riſu, nunc irâ contempſit. Nocte demum trigeſimâ cor ſibi configi queſtus, & præſente licèt Patre ac rogante, ſurdus ad omnia, obſcœnorum morte perijt. id quod abſens pia illa fœmina ſpectauit, CHRISTO coram Deiparâ & Angelis, cor obſtinatâ illâ libidine cæcum ac ſurdum, lanceâ configente, dæmonibus verò contaminatam illam animam iniecto velut in eius collum fune igneo, ad ſupplicia æterna raptantibus.

ob. Derpati 1624. 1. Sept. æt. 69

691 *P. Ioannes Oſnicius* Patri ſuæ conſcientiæ præſidi retulit; ſibi ægro aliquando (ſed an vigili neſciebat) auditam vocem diuinitùs in hæc verba monentem: *Cur antea Sanctiſſimæ Matri Dei quotidianum vſitatarum precum penſum non perſoluiſti?* Nuncupa nunc illi votum huiuſmodi; & conualeſces. Nuncupaui, aiebat Ioannes, & è veſtigio meliùs habui; breui planè conualui.

Conſtantè eſſe in eius precibus.

obijt 1624 in Sardinia 24. Martij.

692 *P. Saluatori Pizqueda* ad Societatem aditum aperuit, quòd cùm cœtui MARIANO præeſſet Præfectus, ad Sodales in feſto B. V. Aſſumptæ latinè de B. Virgine præclarè dixerit; ſocijſque placuerit. Æs campanum in Societate, quo Sodales conuocantur, ſemper ipſe pulſabat; vt filios Virginis ad Matrem ipſe accerſeret. Coadiutori ſocio cùm aliò proficiſceretur, dixit; Num ſecum aliquod numiſma haberet. Reſpondit ille: ſe habere *numiſma Roſarij B. Virginis, quod olim geſtarit S. P. Ignatius*. Opportunum illud fore dixit P. Saluator. Et fuit. Etenim in ea domo in qua ille diuertit, fœminæ tertio vel quarto iam die parturienti *numiſma* illud miſit; & illa eo piè vſa, feliciter eſt enixa. Illos

Cāpana.

Exemplo S. P. Ignatij numiſma B. Virginis geſtare. Nier. t. 4. p. 22.

qui

qui ei confitebantur, docebat ſemper aliquod genus obſequij erga B. V. Sub mortem lachrymans illud hymni veteris repetebat: *Pia Mater, & humilis, Naturæ memor fragilis, In huius horæ fluctibus Nos rege tuis precibus.* *Eos qui nobis confitētur, docere cultū B. V.*

693 Sub hunc ferè annum edidit P. Nicolaus Longobardus in Sinis, idiomate Sinico, *Vitam Beatiſs. V. Matris.*

694 *P. Gaſpar Paranymphus* paupertatis amorem cum præcipuo erga DEI Matrem amore ita coniunxit, vt ipſa Beatiſſima Virgo illum laudans, de illo dixiſſe feratur; eum DEO vnicè charum eſſe, ob ſingulare ſtudium paupertatis. *obijt 1624 in Sicilia. Paupertatē amare.*

695 *P. Ioannes de la Breteſche* animi anxius olim, ac deliberabundus quem religioſorum ordinum amplecti deberet, viſus ſibi eſt de manu Beatiſſimæ Virginis veſtes omnes quibus Societas vti conſueuit, accipere; atque illâ porrigente illis eſſe indutus. Inde illi per omnem vitam in Societate cordi fuit longè ſtudioſiſſimus DEI Matris cultus; quem firmabat, ornabatque humilitate potiſſimum, & carnis perpetuo cruciatu, dignus *veſtimento ſalutis* accepto. *ob. Pariſijs 1624. 20. Nou. Vocatio. Manè. Veſtes illi dedicare.*

ANNO MDCXXV.

696 *P. Albertus Grodſiſcenſis* per omne vitæ in Societate actæ tempus, quotiis die Sabbati Deiparæ coronam accuratè recitauit pro eorum in Societate conſtantia quos in tirocinio ſacræ militiæ commilites habuerat: idque ſe per annos quindecim nunquam omiſiſſe moriens affirmauit. S. Ioannes Damaſcenus de B. Virgine: *Spes, & firmamentum fidelium* (Nouitiorum) *& refugium, ac virtus eorum.* *ob. 1625. Orare pro Nouitijs. m. ſ. fer. 6.*

697 *Simon Buccerius* Coad. cùm hoc anno 1625.

 heb-

In rebus agēdis fiducia vti erga B.V. hebdomadâ ſanctâ Deo quiddam negotij enixiùs commendaret, præſentem ſibi, & rei totius curam ſuſcipientem Christi Matrem conſpexiſſe fertur; & animum hactenus anxium ſenſiſſe fiduciâ dulciſſimâ hilaratum. Præceptum aiebat ſibi tunc eſſe à Virgine, vt Nouitios omnes (quibus à Magiſtro Nouitiorum datus erat, vt ijs prouideret) præcipuâ quadam erga Deiparam, ac B. Stanislaum obſeruantiâ fiduciâque accenderet. *Alios in B V cultu inſtruere.* Fecit id ille: & nocte Aſſumptæ Deiparæ ab ipſa Regina gloriæ, ac à B.Stanislao viſitatus dicitur, & recreatus; cùm Deipara ei liberaliter indulſiſſet, vt cum B.Stanislao diutiùs verſaretur. Hæ ſunt deliciæ illius Reginæ, cui cum S. Bernardo S. Bonauentura ſic loquitur: *Tu chariſſima in delicijs tuis tracta es ad gloriam decoris tui, & in ſignum dilectionis.* *Spec.B.V. fol. 44. col.3.*

698 Potoſij in Perù hoc anno diem extremum clauſit *Didacus Alphonſus* Nouitius die 13. Auguſti, vt ipſe diſertè fore prædixerat. Biduo ante obitum ab ea quam eximiè ſemper coluerat Virgine viſitatus putatur: & plenus gaudio affluebat. Negabat tamen viſam ſibi faciem cæleſtis Dominæ, ſed veſtem duntaxat. Si tantæ lætitiæ cauſa fuit conſpecta veſtis; quid erit videre glorioſum illud corpus eiuſdem Deiparæ Virginis in cælo, quod corpus, S.Andreæ Cretenſi Archiepiſcopo dicitur *pretioſiſſimum Virginitatis vaſculum, latiſſimè patens beatiſſimæ priſtinæ pulchritudinis effigies, ineffabilium Dei iudiciorum obligati à Deo theſauri cuſtos, domicilium virtutum, inexplicabile plenitudinis non euacuabilis omnia in omnibus implentis profundum, muniti ſſima turris arcanæ ſpei, celeberrima diuini nobiſcum contractus officina.* *m.ſ. Marraccij or. 3. in Dormit. B.V.*

ob.1625. 699 *P. Georgius Voglerus* ſcripſit Germanicè *Fontem conſolationis, qui eſt Maria, & Ioſeph,* pro omnibus

nibus afflictis. Herbipoli. Item *de peregrinatione* ad B.V. vt refert Marraccius in Bibliot. B.V. *P. Fräciſcus Torreſius* moriens, amorem & cultum B.V. legauit ſocijs, & *meditationes* quas de illa conſcripſerat. *ob. 1625. Meſſanæ.*

700 *P. Læuinus Vvouters* cùm comite quodam Nouitio, iter pedes conficeret, impendentem capiti pluuiam, recitatis B.V. Litanijs, eiuſdem Virginis patrocinio ſuſpenſam tantiſper expertus eſt, dum eo ad optatum terminum appulſo, illa ſe impetu magno effudit. Ea quæ patiebatur in carcere hæretico, per diuinæ Matris manus diuinæ gloriæ dedicabat, & velut in armario deponebat, iuxta vetus illud reſponſum apud Baronium: *Regis Meſſiæ Mater erit armarium gloriæ Dei.* *ob 1625. 28 oct. Antuerp. Iter. in Appara tu tom. 1.*

701 De *Bonæ ſpei Domina* hoc anno reperta habet egregiam elegiam P. Antonius Deslions inter elegias anno 1631. Atrebati impreſſas *de cultu B.V.* Is locus & religione & prodigijs celebratur. Hoc item anno Romæ Italicis typis vulgauit *vitam* IESV, & MARIÆ *P. Antonius Sanctarellus.* *Vid. hic n. 705.*

702 De *Ioanne Eggre* hoc anno inter charitatis Heroës Alegambe; Eluxit, inquit, in eo in B. Virginem adeò ſingularis affectus, vt ad conciliandam illi Bredanorum ciuium venerationem, in eam Vrbem, cùm Batauis fuiſſet erepta, prægrandem eius effigiem, ſuis humeris, calceamentorum ſoleis depoſitis, palàm omnium in oculis lætus intulerit. Cuſtodi, inquit S. Ioſeph Poëta, ò *Deipara, ciuitatem tuam! Stabilimentum noſtrum!* *ob. 1625. Antuerpiæ. Imagines B.V. celebrare. Ode 7. & 8.*

703 *P. Maximilianus Schmidt* edidit MARIAM *victricem*, ſeu *victorias ope* B.V. *reportatas*: *Hyperduliam Marianam*, ſeu *cultum* B. *Virginis*, *exemplis demonſtratum*. Hermannus Ioſeph ad B.V. *Gaude*, inquit, *cuius dulcis amor Eſt in corde fortis clamor*; *ob 1625. Herbipoli. in hymno veteri.*

Quem

Quem dum præſens experitur, Cor, & pectus aperitur:
Ægrotat ardens animus.

704 Per hoſce annos Tyrnauiæ Patres *Adamus Hollonitius, & Ioannes Sednik* iunctis vnà pij ingenij viribus, attemperatè planè ad pietatem & ingenium paruulorum, cùm noui præfecti Sodalitatis clauum capeſſerent, & ſæpè aliàs, de B. Virgine varia in ſcenam dedêre. Plauſum habuêre inter cætera etiam Anagrammatiſmi MARIANI; quando ſingulorum paruulorum frontes character vnus aureus occupabat in hanc v. g. ſententiam: MARIA VIRGO; vel aliam. Tum paruuli variâ & piâ iocatione, artificiosâ concurſatione, ac loci permutatione aliam ex alia ſententiam vario ac iucundo anagrammate faciebant: e. g. quale eſſet illud: AMOR RIGAVI. &c. Hæc vt vt ſint tenuia, dulces tamen ſcintillæ ſunt inflammandis eâ illecebrâ mentibus paruulorum.

Anagrãmata Mariana.

705 Georgius Coluenerius Duaci Præpoſitus, & cleri decus, in erudito illo ſuo Kalendario B. Virginis; Iuxta Valencianas, inquit, in nemore Ducis Arſchotani, per Valentianenſes Societatis IESV diſcipulos ad Quercum affixa imago lutea B. MARIÆ Foyenſis; quam *Bonæ Spei Dominam* appellarunt, cœpit paulò poſt clarere miraculis, de quibus extat libellus. Hæc ille. Hæc eſt illa ſpes, cui Ioſeph Hermannus: *Gaude, mea Procuratrix, Peccatorum excuſatrix; Gaude, Mundi clara dies, Cordis mei grata quies; Te mihi da in præmium.*

5. Auguſti §. 4.

In hymno vet.

ANNO MDCXXVI.

706 **P. Didacus Diaz Valliſoleti Mexicanorum, cùm hominem, cui confeſſionem perſuaſerat, confitentem audiret, vidit illum violento impetu, è loco ſacri tribunalis auelli. Ergò detractam quam è**

col-

collo geſtabat *Marianam* coronam, hominis collo iniecit: & hoc Marianæ tutelæ ingenio dæmonis vires infractæ ſunt: ipſe verò ab eius vi aſſertum in libertatem hominem expiauit; ingens profectò tam paruæ operæ pretium in corona B.V. è collo geſtanda. S.Bonauentura B. Virginem ſic ſalutat: *Aue porta libertatis, Aula Sanctæ Trinitatis, Et ſolenne Dei templum, Salus orbis & exemplum.* *Coronā B. V. è collo geſtare.* *in Pſalt. minore*

707 *P. Antonius Sucquet* ad perpetuam B.V. memoriam præ oculis habendam, tam domi quàm ferè foris, cùm inambularet, coronam B.Virginis præ manibus geſtabat. Quoties Mechliniam ibat, ante omnia B.Virginem *à miraculis*, quæ iſtic in veneratione eſt, pedes adibat; poſtea ſe ad Collegium recipiebat. Fium illum *de via vitæ æternæ* librum cùm edidit, ſingulis B. Virginis templis vnum dono dedit; vt in Sacriſtia miniſtri Virginis otium quo aliquando abundant benè legendo impenderent. Multa iſtic de praxibus colendi B.Virginem. *P. Iacobus Pontanus* edidit *Parthenometrica*, id eſt preces, meditationes, laudes B.Virginis. item librum, cui titulum fecit: MARIAM *verè eſſe Matrem noſtram*. *ob. 1626. 15. Febr.* *Artes colēdi B. V. docere. Vid l. 3. c. 19.* *ob 1626.*

708 *P. Didacus Martinez* triplici quotidie tributo deuouebat ſuum caput cæleſti Matri. Primum erat; orationis hora vna ſtatim atque de lecto ſurgebat: deinde trecenti, vel quadringenti actus glorificationis, benedictionis, adorationis, & gratiarum actionis, quos exercebat pro donis & priuilegijs à Deo in Beatiſſimam Virginum, & Matrum omnium Reginam collatis: Angelos etiam ad idem inuitabat: idque faciebat veluti diuina patiens: *Si*, aiebat, *ſolus ego omnes omnium vitas haberem, omnes omninò tuæ diuinæ Matris obſequijs addicerem,* *ob in Peruana. 1626.* *Orādi aſſiduitate illā colere*

Digitized by Google

Iaculatorijs aſpirationibus ad eam aſpirare.

diceremi, Deus. *Vtinam vna vita mea omnes omnium cælitum virtutes atque annos, & momenta complecteretur; cuperem omnes perfectiſſimo, ardentiſſimo, infatigabili Dei Matris amori totas impendere; ita vt illam ipſi amant. Deſidero toto corde, vt omnia regna, prouinciæ, populi, mortales omnes, cognoſcant, ament, ſeruiant, laudent* MARIAM *eo modo quo Cælites omnes id faciunt. Vellem ei à me fuiſſe ſeruitum à primo rationis vſu hucuſque ea puritate & ſanctimonia, qua illi ſeruiuit S. Ioannes Baptiſta &c. omnes. Opto viuere, & fuſo ſanguine emori ab amorem & reuerentiam Matris Dei. Et opto, vt id mihi fiat, fiat. Deſidero te, Domine, ita amare; ſicut te amauit, & amat Beatiſſima Virgo. Deſidero vt ſim martyr honoris Beatiſſimæ V. Matris Domini mei Ieſu Chriſti.*

Optare amare Deũ vt illa.

Corona B. V.

709 Eundem P. Martinium id petentem edocuit Dominus modum piè recitandi coronam B. Virginis, feſtis potiſſimùm eiuſdem; quibus ille diebus coronæ illi horam integram impendebat, eamque tam citò præteruolaſſe experiebatur, vt coronæ abſoluendæ haud quaquam ſuffecerit. S. Bonauentura: *Qui cogitat de illa in tranquillitate mentis, inueniet dulcorem, & requiem pacis.*

Pſ 144.

Vltimo anni die illã colere.

710 Idem P. *Martinius* vltimo anni die quotidianas totius anni rationes ſui ſpiritus adnotans; ita ſcribit: *Sit benedicta SS. Trinitas vnus Deus; & benedicta ſit Domina mea Regina Angelorum; cuius ope mihi conceſſit Deus, vt hoc anno perficerem quicquid initio illius conſtitueram. Actus diuini Amoris, laudes quibus Deum volo glorificare, tributum quod B. Virgini* MARIÆ *pendo. non tam ego quàm Deus totum in me egit.*

Nier. Aſcetic. pag. 109.

Illam etiã per alios venereri.

711 Idem, præter varios illam colendi modos (quos nouendialia, & octauaria vocant) cùm ſibi ad-

adhuc facere ſatis haud poſſet, quærebat alios quoque viros religioſos ac pios, qui MARIÆ ſingulare quodpiam obſequium ſuo nomine exhiberent. Ex eo capite optabat Societatem vniuerſam, ac ſeipſum cæleſti Deiparæ præſidio tegi: & credidit ſe diuinitùs certiorem factum, ac citra dubitationem compotem voti eſſe. S. Bonauent. *Ecce nunc inundante vbertate declinabit in vos ad conſolandum, & lætificandum corda veſtra.* *Pſ. 143.*

712 Idem B.V. corollam recitans, ad minora eius grana dicebat: *Domine Ieſu Chriſte, concedat mihi maieſtas tua bonam mortem per ſanctiſſimam mortem tuam.* Ad maiora verò ſic: MARIA *Mater gratiæ, Mater miſericordiæ &c.* S. Bonauent. *Reſpiremus ad illam in finitione noſtra: & reſerabit nobis atria triumphantium.* *Corolla B.V. pro morte.* *Pſ. 144.*

713 *P. Didacum Martinez* cùm coronam B. Virginis recitaret, inuiſens Deipara (vt eſt in impreſſa eius vita Hiſpanicè) blandè allocuta eſt dicens: *Quid vis, fili? me vocas? Hic ego tecum ſum: pete quod vis.* S. Bonauentura: Iucundus homo qui non ſatiatur laude tuâ, & à relatu virtutum tuarum non fatigatur. Pſ. 111. *Orare.*

714 *P. Petrus Cottonus* Laureti ad aram cùm eſſet, ab Angelo monitus fertur, vt ſuos quoſdam diuinæ Matri commendaret. Aliàs quidam Sacerdos, Petri comes, in itinere Lauretano, cùm equi lapſu miſerè procubuiſſet, repentè ſanus, dixit; viſum ſibi eſſe quaſi hinc à B. Virgine, inde à P. Petro Cottono erigeretur. *ob. 1626. 19. Mart. Illam pro alijs orare.*

715 *Antonius Romerus* Coad. cùm de ſua ſalute ſolicitus, dubitaret an confirmationis Sacramento munitus fuiſſet, à præſente ſibi Deiparâ recreari ſibi eſt viſus, IESV paruulo crucem fronti il- *ob. 1626. 3. Dec.*

Digitized by Google

lius imprimente, ac ſpe ſalutis dulciſſimâ illum complente. Cùm verò de peccatis dolens, nunc paruuli, nunc Matris opem poſceret, lachrymabatur ſuauiſſimè. Aliàs quoque vt id quod pro tenuitate virium facere poſſet in ſalutis negotio non omitteret, didicit quando ad IESVM & MARIAM tanquam naui vectos, ſibi paruo lintre viſus eſt velle contendere. Iamque ſibi propè ab illis abeſſe videbatur, cùm IESVS illum monuit, vt ſe beatiſſimæ Matri confeſtim ſiſteret. S. Thomas ait; in Beatiſſima Virgine tantum eſſe gratiæ *quantum ſufficiat ad ſalutem omnium hominum. Nam in omni periculo potes ſalutem obtinere ab ipſa Virgine glorioſa.*

Seriò agere rem ſuæ ſalutis.

opuſc. 4.

ob. 1626. 27. Oct. Gandaui. Induſtrijs vti ad ei⁹ cultum.

716 *P. Andreas Peuernage* libellum edidit de Immaculata Conceptione B.V. Inſtituit per plateas Gandauenſes in B. V. honorem ſupplicationes celebres, ac ſtationes, pro quibus diſtribuebat libellos de B.V. impreſſos. Ille omnibus, at illi B. Virgo vires alacres ſuggerebat. S. Ioannes Damaſc. *Affulge illuminatione tua mihi, qui deſidiæ tenebroſæ obſcuritate occupatus ſum: atque alacrem me fac ad omnia.*

m. ſ. Sabb. ode 5.

ob. Toleti 1626.

717 *P. Franciſcus Portocarrerus* edidit librum *de Deſcenſione B.V. ad templum Toletanum* ad S. Ildephonſum; cuius etiam vitam ſcripſit, & Patribus Domus Profeſſæ Toleti dedicauit, quippe qui ædes ipſas inhabitant, in quibus natus eſt Sanctus ille Ildephonſus à B. Virgine tam mirè viſitatus, vel ſic per Ildephonſum gratiam apud Virginem inituri.

ob. 1626. 10. Nou.

Oculos ſuos illi dedicare.

718 P. *Guilielmus de Pretere* Deiparam ferebat in oculis, quos illi adeò dedicârat, vt nullâ neceſſitate perpelli potuerit, vt illos in fœminam vllam defigeret; imò ne conijciebat quidem, ſi id poſſet. Voti religione ſe obſtrinxit, vt Deiparæ officium quotidie recitaret. Tria eiuſdem Sodalitia per annos

nos

Digitized by Google

nos 20. accuratione omni rexit. Scripſit *Enchiridion* Sodalitatis B.V. *Diſperge*, inquit S. Bonauentura, *gratiam tuam pauperibus tuis. In memoria æterna ſint per te nomina.* *Pſ. 3.*

719 *P. Alphonſus Cortes* cùm ſuos ſcrupulos Beatiſſimæ Virgini enixè pro remedio commendaret, ab illa didicit; vt pro remedio obtinendo, erga animas quæ in purgatorio cruciantur eſſet magis pius. Petenti Alphonſo; ecquo ipſe in loco eſſet apud Filium & apud illam? Reſpondiſſe fertur illa: Bono illum loco eſſe: res benè habere: ſed ſatageret, vt ſua omnia maiore accuratione perficeret, ac expoliret. Eadem illi in hora mortis coram ſpectata dicitur eum incredibili cæleſtis voluptatis torrente perfudiſſe. Ita coram B. Virgine ſe accuſabat S. Ioannes Damaſcenus: *Totam ignauè conſumpſi ego infeliciſſimus vitam meam: & nunc conſilij, auxilijque inops hæreo, fini iam propior. Erectio proſtratorum es, ò Domina.*

ob. 1626. 17. Nou.

Orare pro animabus purgatorij

Scrupuli. Accuratè agere omnia.

m ſ. fer. 4. ode 8.

720 *P. Franciſcus de Mendoza* ſcripſit, vt ait Marraccius in Biblioth. MAR. *de ſanctitate, & patrocinio Beatiſſimæ Virginis*. In florido ſuo Viridario habet *de Virgine Deipara* decem problemata: inter quæ nonum eſt; *Vtrùm B. Virginis cultorem in æternum damnari impoſſibile omninò ſit.* Vide & quintum.

ob. 1626. 3. Iunij Lugduni.

721 *P. Ioannes Falco* domi ſi quâ re indigeret, quam petere cogeretur, Beatiſſimæ Virginis amore petebat id quod eſſet deterrimum ſibi dari. Per iter iumento, veſte, pallio ſpoliatus, & inter duos equos pendulus raptatus, tandemque dimiſſus, ad proximam arborem Litanias B. V. Lauretanæ elatâ voce piè ac hilarè cantauit, & gratias egit Deo per Virginem: quam etiam impensè rogauit, vt neceſſarium itineri ſuo iumentum iuberet reſtitui. Ad-

ob. 1626. Moguntiæ 14. Sept. Mortif. Patientia.

Per iter.

Digitized by Google

fuêre mox prædones; & Ioanni iumentum, ac reliqua reddidêre; reliquis quæ deerant, poſtridie ad valuas templi repertis. S.Ioſeph hymnographus, ad B.V. *Ab hominibus infeſtis, à dæmonibus malignis libera, & cuſtodi me.* Hildeſij graue periculum imminens præuidere viſus, ſocium vt *Aue* MARIA recitaret inuitauit: & ecce lapis prægrandis ex alto in medio illorum cecidit, vtroque illæſo.

28 Iunij in Horologio Græc. Venetijs impreſſo.

722 *P. Antonius Andradius* in literis annuis 1626. Tibeto datis, ait Caparangue Vrbe Tibeti Regiâ primam ædem ſacram ædificari à Societate cœptam, Rege adnitente, ac primum in fundamenta lapidem iaciente 11. Aprilis. Templi titulus eſt *B. Virginis de Spe.*

Spē à Deo per illam petere.

Templa Mariana erigere.

723 *Balthaſar van Surck* Nouitius morti proximus, optabat Nouitium aliquem clarâ voce coronam B. Virginis coram ſe recitare, cùm ipſe id non poſſet; vt audiendis ſalutationibus Angelicis extremum ſpiritum occuparet. S. Ioannes Damaſcenus: *Diuinis me irriguis reple, ô Virgo, quæ fontem ipſum vtero geſtaſti.*

ob. 1626. 11. Mart. Mechliniæ

m.ſ. Sabb. ad veſp. de 8.

724 *P. Richardum Combæum* in via deprehenſum latrones arbori alligârant: ſed ille mox abſolutum ſe, liberumque inuenit, Beatiſſimæ Virginis, & Angeli tutelaris auxilio implorato.

ob. Hiſpali 1626. 1. Dec.

ANNO MDCXXVII.

725 Obſtinatis cordibus perdomandis ars à Deipara petenda eſt. Graudenti in Polonia hoc anno Scythæ cuidam baptiſmum perſuadere quidam è Societate cùm non poſſet, ei perſuaſit vt B. Virginis honori vnà ſecum ſemel Salutationem Angelicam recitaret. Præibat *Aue Maria* recitans Pater, & Scytha ſequebatur; qui, quod mirêre, mox animum obedienter adiecit ad ea quæ Pater ſuggere-

Corda dura illi cōmittere.

gere-

Digitized by Google

gerebat, repentè à Deo diuinæ Matris precibus impetratus.

726 Anno 1627. 2. Febr. Oſtorgi in Polonia dæmon in energumena dixit; ſe Patrum Societatis cubicula ingredi conatum ad lacellendum illis negotium; ſed ſe à MARIA, & *Ignatio* fuiſſe prohibitum; eaque duo nomina ſibi ſummo eſſe terrori; vti & *Franciſcum Xauerium*, ac *Borgiam*: ſe obſeſſæ illius ſertum, quod in capite geſtabat, ingreſſum: pellendum à MARIA, & *Ignatio*. vti & pulſus eſt. Audiebatur tunc frequens acroama dicentium: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis. Magna Mater eius. Magnus S. Ignatius. Vera, & vnica fides Catholica*. Defendit nos illa, *de qua*, vt ait S. Thomas, *mille clypei, id eſt, remedia, contra pericula pendent*. *Contra tẽtationes illam, & S. P. Ignatium, ac ſocios implorare.* *Opuſc. 4.*

727 *P. Ioannes Franciſcus Suarez* pro Archiepiſcopo Viennenſi in Gallia, Litanias Beatiſſimæ Virginis recitauit, & Archiepiſcopus dixit ſe illicò ab acutiſſimis podagræ cruciatibus liberatum. Beatiſſimæ Virgini ſuum cubiculum dedicabat, inſtar Sacelli. Per illam petebat tria: 1. Dei gloriam. 2. proximorum ſalutem. 3. ſui contemptionem. Erga omnes gerebat ſe inſtar ſerui reuerentiâ mirabili, etiam cùm eſſet Præpoſitus Prouinciæ Toloſanæ. Si quid vile in veſtibus nanciſcebatur, id ille flexis humi genibus accipiebat, & oſculabatur. S. Thomas: *In omni opere virtutis potes illam habere in adiutorium. Et ideò dicit ipſa: In me omnis ſpes vitæ & virtutis.* *ob. 1627. 7. Maij* *Lit. Laur.* *Cubiculũ ſuum illi dedicare.* *Humilitas* *Opuſc. 4.*

728 In Paraquaria Reductio Lauretana vnum quempiam ferè à mortis portis reuerſum narrat, qui dixerit ſibi à Chriſto dictum, vt cuidam de Societate Patri crimina ſua aperiret. Adieciſſe Deiparam: *Caue ea omiſeris quæ meus tibi Filius præcepit.* *Confeſſio.*

Digitized by Google

cepit. Ibidem alteri ſibi deuoto eandem cum ſeptem Angelis adfuiſſe, ac dixiſſe: *Cur peccatum illud per confeſſionem non abieciſti?* Et peccatum obliuione longâ ſepultum illi in memoriam reuocaſſe.

ob.1627. 729 *P.Ioſeph Scammacca* rogatus vt oraret pro quodam qui pedem habebat à medicis iam depoſitum, dixit neceſſarium eſſe S. Annæ Matris B. V. auxilium. Adfuit illis ipſis diebus ægro matrona grauis, pedemque inſpectum crucè ſignauit, neſcio quid medicinæ ſuggeſſit, & abijt. Mirum id medicinæ genus viſum alijs. æger tamen vt omnia tentaret, non omiſit, & ſtatim valuit.

S. Annam colere.

Veſperi ſe illi cõmendare. 730 Eiuſdem *P. Ioſephi* poſtridie de B.Virgine ad concionem dicturi cubiculum ingreſſurum dæmonem noctu ad eum verberandum, ipſa Beatiſſima Virgo prohibuiſſe fertur ne intraret. Sæpè ad S.Annam ſic aſpirabat Latinè: P*recor te, ò beatiſſima Anna, roga SS. Filiam tuam* MARIAM *Matrem Dei, vt ipſa me commendet benedicto Filio ſuo Ieſu Chriſto nepoti tuo; vt inter tot pignora charitatis inuocata, à ſinu diuinæ miſericordiæ* Dei *nunquam excidam*.

ob.1627. Beneficia B.V. adnotare. 731 P. C*arolus de* R*ebreuiettes* particulatim adnotabat quicquid ſe à B.Virgine beneficij accepiſſe meminerat. Rogabat; vt ſi æger ſui fieret impos, imago B.Virginis cordi ſuo imponeretur. S.Bonauentura: *Dilexi Matrem Dei Domini mei: & lux miſerationum eius infulſit mihi*. *Pſ.114.*

ob.1627. Salerni. 732 *P.Archangelus Belbonus* edidit Italicè *Compendium miraculorum B. Virginis*. id quod fecêre plurimi alij de Societate, tacitis etiam ſuis nominibus. *O miraculum omnium miraculorum maximè nouum,* inquit ad illam S.Ioannes Damaſcenus. *P.Iudocus Andries* impreſſit hoc anno *Dolores B.Virginis*. *Orat.1. de Nat.B.V*

Ab

Ab eiuſdem calamo MARIANO ſunt etiam ſequentia, varijs annis in chartis expanſis & libellis excuſa: *Preces ad 15. myſteria B.V. Brugæ* MARIANæ. *Breuis exercitatio ad promouendum roſarium* B.V. *Perpetuus gladius Reginæ Martyrum ab Annunciatione vſque ad obitum, quindecim iconibus exornatus.* Antuerpiæ 1651. Addit ibidem *Rationes ob quas videatur optandum vt Regina Martyrum ritu aliquo publico vbique gentium celebretur*; & *Modum colendi*. quem libellum, ſociorum hortatu, è Latino Italicum fecit, & Romæ typis vulgauit *P. Ioſephus Fotius*.

733 *P. Marcus Martinus* in B.V. honorem quouis die Sabbati (P. Ioſephum Anchietam imitatus) ad Superiorem adibat ſupplex, atque ad eius pedes prouolutus, veniam flagitabat omnium erratorum illâ hebdomadâ commiſſorum. Sub hoc humilitatis cinere optimè latet ac alitur ignis amoris. S. Catharina Senenſis: O MARIA *currus ignis. Tu veſtiſti ignem abſconditum, & velatum ſub cinere tuo. O* MARIA, *vas humilitatis; in quo vaſe viget, & ardet lumen veræ cognitionis.* *ob. in Paraquaria. 1627.* *Sabbato. Humilitas orat. 11.*

734 *P. Ioannes Gal* Deiparæ ſtatuam in Sacello valetudinarij collocauit; effecitque vt in Vrbe per vias publicas; extra Vrbem verò, in arboribus affixa B. V. imago prætereuntes ad pietatem inuitaret. In imaginis MARIANæ aſpectu *Aue* MARIA in extremis dicentem inuenit mors, & vita. S. Bonauentura: *Conuertere, anima mea, in laudem ipſius, & inuenies refrigerium in nouiſſimis tuis.* *ob. 1627. Mötibus.* *Pſ. 114.*

735 *P. Ægidius Bauarius* in Catholica Maronis Muſa anno 1622. edita, centonem, ſeu potiùs phrygium velut opus, è Virgilij particulis variè contextis compoſuit. Ibi Virgilij verbis Angelicam Salutationem explicat; vti & Canticum *Magnificat*; *ob. 1627. Gandaui. pag. 18. 95. 106. ad 110.*

Sal-

Carmine illã colere *Salue* Regina; *Quem terra, pontus, æthera* ; *Aue maris ſtella* ; *O glorioſa Domina* ; *Aue* , *Regina Cælorum* . Addit carmen eadem arte contextum ad B. V. *pro felici exitu ex hac vita* . S. Bonauentura : *Qui cogitat* *Pſ.144.* *de illa in tranquillitate mentis, inueniet dulcorem, & requiem pacis* .

736 *Andreas Mexia* Coad. Dei Matrem inſi- *ob.1627. Cæſaraug.* gnitè coluit ſilentij ac obedientiæ ſtudio ſingulari. Hunc à Beatiſſima Virgine Angelorum ac Cælitum choro ſtipatâ viſitatum, & inflammatum affirmant qui ei adfuêre.

ANNO MDCXXVIII.

737 *P. Gaſpar Sanctius* linguam veritati, cor caſtitati, vitam denique felici morti per Beatiſſimam Virginem dedicare nos docet, nunquam in omni vitâ mentitus, nullâ vnquam impuritate inquinatus, totus Dei Matri dedicatus; & ab illa, vt *Mors.* conſtans fama eſt, anno 1628. 16. Nouembris vnà cum Chriſto, & S. P. Ignatio atque Xauerio paulò ante vitæ exitum recreatus.

ob 1628. S. Ian. 738 *P. Ioannes Vvaëls* B. V. coluit potiſſimùm *S. Ioſephũ colere.* innocentiſſimâ pietate, & cultu S. Ioſephi, cui ſe concepto voto adſtrinxit; eiuſdemque nomine Sodalitatem inſtituit; erexit imagines, & luminibus *m ſ. fer.6. ode 6.* illuſtrauit; laudes prælo dedit. Ioſeph Mariæ cu- *Et Dominic. ad veſp.* ſtos nos vnà cum illa cuſtodiat, cui S. Io. Damaſcenus: *Tu cuſtos animæ meæ facta es. Et animam, & corpus, & cor, & mentem tibi, Dei Mater, dedicaui.*

Sabbato exemplũ de B. V. narrare. 739 Sub hunc ferè annum more ſancto receptum eſt Leobij in Auſtriæ Prouincia, & poſtea Viennæ, vt Nouitij quolibet die Sabbati exemplum vnum narrent breuiter tempore recreationis de Bea- *m. ſ. fer.2. ode 5.* tiſſima Virgine Matre, ad animos inflammandos; iuxta illud eiuſdem Ioannis ad B. V. *In ſpe quam in*

te

Digitized by Google

te habeo ſegnitiem meam depoſui, & te inuoco in auxilium imbecillitatis meæ. Ibidem prægrandis S. MARIÆ Maioris imago eſt, coràm quâ Nouitij nos in genua demittebamus tyrocinij locum ingreſſi, vel egreſſuri; atque ab illa ſalutatâ benedictionem petebamus ad ea quæ aggrediebamur feliciter peragenda; vel agebamus gratias pro peractis: quaſi dicere aſſueſcentes cum eodem S. Ioanne: *Penitus ex corde me tibi offero; & omnem meam ſolitudinem pono in te.* Taceo quæ tunc ardebant colloquia tenera, & inflammata, quorum vel recordatio non poteſt non eſſe ſuauiſſima.

In ingreſſu, & egreſſu cubiculi illā ſalutare. m ſ. fer 4. die 9.

740 *P. Ioannes Garruchus* Sabbato ad verrendum ſcopas manu geſtans, conſpectus dicitur à domeſticis cæleſti quodam radio illuſtris vultu toto adeò ſplendere, vt lucem tantam intuentium oculi ferre non poſſent, veluti MARIANUS quiſpiam Moyſes eſſet. Cum nullo familiarem conſuetudinem inibat quem non egregiâ erga B. V. pietate imbueret, certis ad meditandum de illa propoſitis argumentis; ad quam nos inuitans S. Andreas Archiep. Cretenſis: *En*, ait, *commune reconciliatorium; reconciliamini omnes Deo: en perennis fons immortalitatis; accedite, demortui, & haurite. O Adæ filia, & Dei Mater.*

ob. 1628. Calari 31. Iulij.

Sabbato.

Amicos B. V. cultu imbuere.

m. ſ. orat. 5 in dormit. B. V.

741 *P. Ioannes Riuulinus* edidit *faſciculum laudum B. Virginis*, eumque dono per iuuentutem diſperſit Tyrnauiæ amori Deiparæ accendendo; tenerum certè libellum, & attemperatè idoneum pietati. Singulari erga Deiparam fuit ſtudio & amore: & opinio eſt, illum etiam eius aſpectu fuiſſe recreatum.

ob. 1628. 11. Iulij Tyrnauiæ. Libellis alere pietatem erga illam.

742 *P. Rochus Gonzalez* poſt mortem ijs à quibus occiſus fuerat corde è pectore loquente atque

Occiſus 1628. vide 15. Nou.

adhuc honoris Mariani non oblito hæc dixiſſe fertur, in meo Anno dier. illuſtrium Societatis Romæ nuper impreſſo: *Venient filij mei pœnas repetituri ob violatam Dei Matris imaginem.*

ob.1628. Antuerpiæ. Corona B. V. Theol. Mar. nu. 1119.

743 *Germanus de Maff* Coad. ſenio grauis, penultimo vitæ die rogatus poſt meridiem; quoties coronam Deiparæ illo die recitaſſet, reſpondit; ſe quindecim vicibus id feciſſe. Iam nimirùm aulæ illi cæleſti propiùs imminebat, in qua Vega noſter ait clientes Deiparæ ſingulares ſingulari quodam ſtemmate ornandos. Ita Pelbartus quoque autor antiquus & probatus: *Speciali*, inquit, *ornatu, & gloria præ alijs diſcernuntur quòd ſunt ſerui* MARIÆ. *O itaque, fidelis anima, ſerui* MARIÆ; *ipſam quotidie benedic.* id quod ad extremum vſque ſpiritum fecit Germanus noſter.

Stellarij l 12. in fine 1. par.

ANNO MDCXXIX.

ob.1629. Cortraci. Dedicatio nem ſui è collo geſtare. m. ſ.fer. 3. ode 4.

744 *P. Ioannes Princen*, carne ſeuerè domitâ nihil ſolatij admittebat. ſuo ſanguine votum ſcripſit quo ſe Deiparæ authorabat: & ſanguine ſcriptam illam ſyngrapham è collo geſtabat vnà cum religioſis votis: vt ipſo ſuo ſanguine dicere videretur id quod ſcripſit S. Ioannes Damaſcenus: *Me ſegnitie oppreſſum, ò puella diuina, felicitate cumulatiſſima, miſericordis Filij tui ſubijce ſeruituti.*

par.3.pag. 210. & 215. Cilicio illam colere

745 Hoc anno Madriti Hiſpanicè librum edidit *de perfecto religioſo P. Franciſcus Aguado*: vbi de cilicij vſu poſt plura illud quoq; incitamentum affert à Virginis Matris exemplo, è S. Gregorio Turonenſi dicente: ſe diuino oraculo monitum didiciſſe; *ex quo templum ingreſſa eſt B. Virgo, ſine cilicio beatam illam carnem pungente vixiſſe nunquam.* Ibidem hoc addit calcar ad perſuadendam lecti duritiem, ex eodem S. Gregorio ſic ſcribente: *Somnus*

Item duro lecto.

ipſius.

ipſius ſemper humo nuda, vel duris tabulis adhærebat, ex quo in templum ingreſſa eſt.

746 *P. Simon Vipperman* notatus eſt aliquando Deiparæ coronam, ſemel ac vicies intra diei vnius curriculum orando percurriſſe. Retulit pro ſacratiſſimo ſecreto ei cui confitebatur; ſe miris è cælo delicijs circumfluere; ſibi à benigniſſima dulciſſimi IESV Matre in tirocinio oſculum datum fuiſſe. A quo tempore præter non indecorum rubeæ malæ veſtigium exultabat ſpiritus eius in delicijs Matris Dei, quæ eſt ſuauis in delicijs ſuis.

ob. 1629. 25. Apr. Oſnaburgi. Corona B. V.

747 *Nicolaus Taſſar*, Scholaſticus, puritatem ſuam Deo per Deiparæ manus deuotam nullâ ſenſit rebellione turbari: præſtitutum Deiparæ penſum nunquam omiſit. fuit ſui quoque demiſſione inſignis. Etiam ſomnia illi ſancta & dulcia. Hinc per quietem viſus eſt ſibi aliquando in IESV & MARIÆ gremio ſuauiſſimè conquieſcere. Dicamus hîc illud S. Io. Damaſc. *Tibi, ò Domina, obtuli animam meam. Tu me guberna: tu me conſerua: tu me libera. Cor meum bonum fac.*

ob 1629. 15. Aug. Nancei. Puritas. Veſperi. m. ſ Sabb. ods 1.

748 Hic annus in lucem dedit Compluti Hiſpanicum P. *Alphonſi Ezquerra* librum, cui titulus: *Paſſus, ſeu greſſus Beatiſſimæ Virginis* cum doctrina morali pro omni hominum ſtatu. quem ipſi Deiparæ dedicat. Ibi de B. V. vita, pulchritudine, nomine, potentia illi à Deo data. *P. Marc. Ant. Oliua* edidit Brixiæ anno 1610. Italicè *modum recitandi coronam B. V.*

ob. 1629.

749 *P. Adrianus Mangotius* totus Deiparæ Sodalium Eccleſiaſtes, dixit, & impreſſit Antuerpiæ *Monita* MARIANA anno 1614. quæ ille *cæleſtem follem* vocat ad ignem amoris erga Deiparam. Et ſanè, inquit, qui hanc in terris non nititur habere Matrem,

ob 1629. 15. Nou. Antuerpiæ

Digitized by Google

quomodo in cælis Deum habiturus ſit Patrem, ego non video. Ille habuit. *P. Michael Hieronymus* impreſſit Romæ Italicè anno 1627. *conſiderationes idoneas ad excitandum affectum erga B.Virginem*. Putat, hanc pietatem non ſolùm eſſe vtilem, ſed neceſſariam ad pietatem è S. Anſelmi ſenſu: ſignum eſſe quòd amet illum Deus cui hunc amorem infudit. Ita dilecto ſuo Ioanni dedit MARIAM in Matrem. Agenda omnia, tanquam nos illa vbique aſpiciat: ita quemadmodum illa egit hæc, vel ageret. vt Epictetus ait: Propone tibi quid in hoc feciſſet Socrates, ac Zeno. Apud Liuium quidam in periculis Alexandrum mente verſabat, *quid ageret?* Dicit cum Auguſtino dicente: *Si terram amas, terra es: Si Deum amas, audeo dicere, Deus es*. Habendam in illa ſanctæ ſpei Matre fiduciam, cui S.Bernardus: *Non dubito ſi ad te venerimus, habebimus quod volumus*. Dic ergò, addit è S.Bonauentura, quòd Mater noſtra es, vt propter te benè ſit nobis.

[illegible] Romæ 1627. 24. De. Conſiderationes quæ ad amorem B.V. [illegible].

750 Quidam qui ſe dæmoni deuouerat chirographo ſanguine exarato, reſipuit; & Noſtri cuiuſdam ſuaſu accurrit Bruxellis ad eam quæ in templo Societatis colitur ſtatuam *Matris miſericordiæ*. ibi eo id quod Confeſſarius ei ſuaſerat agente, ecce, inquiunt annuæ, inuſitatâ ſpecie viſuque horrendus areneus per filum defluens, brachijs chirographum execrandum *ad manum Deiparæ qua ſceptrum gerit*, depoſuit, & euanuit: quod chirographum, peracto quod tunc fiebat ſacrificio, è ſtatuæ digitis in ipſam aram placidè eſt delapſum. Petro Vngariæ Regi Bernus Abbas ita ſcribebat: *Pone te ſæpiſſimè ad pedes Beatiſſimæ Virginis: & corde contrito, ac humiliato offer illi preces. & certus eſto, ſi in hoc exercitio perſeueranter manſeris, breuì te ab omni angu-*

Magnus peccatores ad illam [illegible].

[illegible] Roſarij [illegible]

anguſtiæ liberum fore.

in triclinio palàm de genibus *Aue* MARIA pronunciabat: mox omnium, tanquam B. Virginis filiorum, ſeruorumque fidelium pedibus aduolutus, eos exoſculabatur. Impreſſa eſt hoc anno Duaci *B. Stanislai Koſtkæ* ad Deiparam in cælos Aſſumptam *epiſtola*, carmen P. Ioannis Vincartij, toto ingenio MARIANI. *Sabbato. Humilitas.*

804 *P. Franciſcus Aguado* in *Sapiente Chriſtiano* hoc anno edito ſuadet imitationem Deiparæ è S. Athanaſio dicente: *facta eſt typus imitabilis omnibus.* è S. Gregorio Nazianzeno, qui ait; *Illa tibi ſit omnis operis & verbi ſpirans imago*: è S. Ildephonſo, qui ait; *Imitamini, filij, ſignaculum fidei veſtræ* MARIAM. *P. Gregorius Maſtrillus* edidit Italicè *nouenam ſuper Antiphonas maiores quæ in expectatione partus B. Virginis recitantur*. *fol. 254.* *ob. Neapoli 1633.*

ANNO MDCXXXIV.

805 *P. Antonio Andrada* magnâ dolorum vi afflicto, & pro illis aliquid à B. V. leuamenti, ſi ita DEO placeret, expetenti fertur ſe conſpiciendam præbuiſſe Deipara, & dixiſſe: *Iam fili, nihil tibi dolebit ampliùs*. Et abſtitit omnis dolor, neque reuerſus eſt. S. Ioannes Damaſcenus: *Corpus, animam, & mentem tuæ bonitati committens, miſericordiam tuam rogo, ò pura, vt ab infirmitate miſerabilis corporis mei ſanes mentem meam*. *ob. 1634. Goa.* *m. ſ. fer. 6.*

806 Hoc anno 8. Octobris ſcripſit, & iuratus etiam officij ſui ſigillo affirmauit P. Nicolaus Lancicius Lithuaniæ Præpoſitus Prouincialis, ſe Romæ ante annos circiter 40. legiſſe in chirographo quodam P. Ludouici Manſoni Prouincialis Neapolitani magno ſanctimoniæ nomine celebrati; Neapolitanæ Virgini Ioannæ ab Alexandro hæc à Chriſto dicta eſſe inter alia plura: ſe Societatem habere *Obedientia cæca.*

intra.

Digitized by Google

intra cor ſuum : velle ſe in illa vigere obedientiam cæcam. Tum à Chriſto Beatiſſimæ Virgini commiſſam Societatem, & omnes de illa; vt illa eorum, tanquam filiorum, curam haberet Mater.

In re pactum cum amicis de cultu B. V.

807 P. *Hieremias Fiſcher* incredibili ad ardentiorem Deiparæ cultum ardore ſe inflammatum ſenſit conſpecto quodam de Societate vita functo, cum quo ille olim in Dei Matris cultum ſingulari quadam neceſſitudine conſpirârat. Is ergò Hieremiæ in Dei Matris cultu olim ſodalis pactione mutuâ eidem illigatus, illi ſe poſt mortem videndum præbuit, vt aiunt, & diſertis verbis dixit: *Sibi penes Beatiſſimam Virginem benè eſſe*. Retuli hæc in Anno dierum illuſtrium Societatis 23. Maij.

Diſcere à mortuis colere B. Virginē.

ob. Antuerpiæ 1634.

Totum illi ſanguinem dedicare.

808 *P. Adrianus Papenbroeck* pro præſidio puritatis, etiam octennis crebrò ieiunabat pane frigidâque contentus: ſæpè corpuſculum cilicio accingebat. Reperta eſt in lipſanotheca illius poſt mortem ſyngrapha, quâ ſe Dei Matri ſuo ſanguine dedicârat: vtque illi ſeruiret, Societatem inijt. Apud Baronium Deipara dicitur ſanguinem & aquam è Chriſti latere collegiſſe. Noſtras quoque lachrymas (vtinam & ſanguinem!) colliget illa, & cum pretioſo Chriſti ſanguine offeret SSS. Trinitati.

t.1.pag.181

Præſentationis B. V. feſtum eximiè colere.

809 Brugis nouendialis *Matris miſericordiæ ad Præſentationis* illius feſtum ſolennitas hoc anno inſtituta. Dunkerkæ fœminam pluribus morbis vlceribusque miſerabilem, ea quæ apud nos colitur Dei Mater perſanauit. Imago B. V. Auxiliatricis à noſtris palàm in ſupplicatione portata, quam ſanata illa fœmina cum accenſo cereo ſequebatur. Theodoricus Comes Flandriæ (anno 1168. mortuus) Cænobium extruxit; cui nomen *Laus Virginis*. Cor noſtrum ſit eius nominis, reique cæno-

bium

Digitized by Google

bitum illi ſacrum.

810 Rubeaci hoc anno 15. Septembr. P. *Iodocus Mayering, & Andreas Martini* ab hæreticis è templo; vbi coram SS. Sacramento litanias de B. V. & de omnibus Sanctis recitabant; extracti ſunt ad mortem, dicentibus hæreticis; MARIAM illis nihil profuturam. Et verò cæſim ac punctim occiſi ſunt, cùm ſicariorum quidam pro ſigno dato exclamaſſet: *Sancta* MARIA. adeoque felix mortis teſſera illis fuit *Sancta* MARIA. Sit & vitæ, ac mortis noſtræ. *Tu es*, inquit ad eam S. Ioſeph hymnographus, *tu es aditus quo ad Deum perueniant ſaluandi*.

In periculis litanias B. V. recitare.

Vide annum dierum illuſtrium 15 Febr.

m. ſ. Sabb. ode 3.

811 Duaci Sodalis publico munere quo familiam ſuſtentabat, ob furtum iniurioſè illi impoſitum deiectus, noſtri Sacerdotis ſuaſu ad B. V. Halenſem peregrinabundus abiuit nudipes per hyemē aſperè ſæuientem. Orauit, & rediit. Mox fur quidam aliâ de causâ datus in vincula, & breui ad furcam eductus, tam priuatim quàm palàm coram Vrbe totâ ſé furti Sodali illi malè impoſiti autorem fuiſſe diſertè pronunciauit: & ille innocens, ac noſter de proſpero conſilij peregrinationiſque ſucceſſu gauiſi ſunt. S. Bonauentura: *Qui triſtatur in corde ſuo, clamet ad illam, & dulcoranti ſtillicidio inebriabitur.*

Peregrinationes ad B. V. ſuadere.

Pſ. 117.

812 P. *Didacus Monterus*, aſceta magnus, quotidie ſemihoram dabat alicui de B. V. meditationi.

ob 1634. Conimbricæ.

813 *Matthias Vvagner* Scholaſticus cilicio intextis SS. IESV, & MARIÆ nominibus diſtincto vtebatur; vt amorem ac nomen vtriuſque ſibi dolore imprimeret. Quoties palàm dicere iubebatur (ſi argumentum haud inuitè id pateretur) dextrè de illa ſermonem inſerebat, diſſerebatque ardenter. Hymnum ex Hugonis Carthuſiani hortulo in ſep-

De illa quotidie meditari.

ob. 1634. ad Gracium.

Cilicium. tem dies diſtributum Deiparæ honori quothebdomadis recitabat: Immaculatæ Conceptionis horas quotidie. Illâ immaculati myſterij puritate dicebat ſe ad inſignem cordis puritatem procurandam, inflammari, quòd ſub eius tituli vexillo ſe albo Sodalium inſcripſiſſet. Illam in Magiſtram elegit, S. Elzeario in patronum adhibito: illam in ſponſam, virginitatis voto concepto atque ſeruato; adhibitis SS. Edmundo ac Bernardino veluti paranymphis. Societatem amplexus eſt, à Georgio Forro Auſtriæ Præpoſito Prouinciali, vt Angelus, admiſſus, quòd vellet (ac ſic ſe poſſe putaret) Deo, ac B. Virgini optimè maximèque placere; vt inter alia erga illam officia pietatis, paruulos in eius cultu erudiret; atque tunc Lauretanam B. V. Domum Viennæ quotidie inuiſebat. Ad flagrantiſſimum Sanctimoniæ ſtudium ſe accendebat illis verbis ſæpiùs repetitis: *Ad maiorem* Dei *gloriam*, & *B. V. honorem*.

Vocatio.

814 P. *Franciſcus Marcellus Maſtrillus* hoc anno, 3. Ian. à S. Franciſco Xauerió viſitatus & ſanatus eſt à vulnere letali, quod in accuranda B. V. ſinè macula conceptæ ſolemnitate acceperat. Res prolixa, & paſſim nota eſt. Antequàm in Indias proficiſceretur, Neapoli dixit cuidam; quòd exilis quidam, quem ipſe Deiparæ obtulerat, mortificationis actus adeò placuerit Reginæ cæli, vt per illam ſibi perſuaderet impetratum ſibi fuiſſe illud miraculum. Stabat Marcellus in quodam Regij palatij angulo Neapoli quà tranſibat ſolemnis quædam & Neapolitani ſplendoris ac nobilitatis plena ſupplicatio. Tunc Marcellus oculos ſuos Beatiſſimæ Virgini conſecrauit; eiuſque amore ſe peruicit, vt ne quicquam tam dignæ oculis pompæ aſpiceret:

Oculos mortificare.

ret:

ret: quocirca nunquam oculos eò conuertit vbi eam delibare poſſet. Hanc ſui victoriam Virgo liberaliſſima, illo miraculo, vt ille aiebat, impetrato, & miris deinceps conſecutis honorauit. Simus illâ aſpiciendâ & amandâ contenti cui S. Ioannes Damaſcenus: *Totam gratiarum abyſſum in te reſidentem agnouimus.* *m. ſ fer. 2. ode 1.*

815 *P. Blaſius Plozzynius* ſcripſit *aureum monile*, ſeu modum colendi B. V. per quotidiana precum, actionumque officia. Dedicat libellum Deiparæ *munificentiſſimæ diuinarum opum theſaurariæ, ſereniſſimæ diuinorum conſiliorum Secretariæ, eminentiſſimæ poſt Deum Maieſtati.* S. Leocadia è tumulo ſuo gratias egit S. Ildephonſo pro libro de B. Virgine conſcripto. *ob. 1634. Caliſſii. Illam ſummis titulis celebrare. Martyrol. Hiſp. 9. Dec.*

816 P. *Chriſtianus Mayr* in ijs quæ hoc anno impreſſæ ſunt Induſtrijs omnia opera noſtra offerenda ait DEI Matri, & per illam Filio, qui ea expoliat, & ſuis ac ſuæ Matris meritis coniuncta nobilitet, ac Patri ſiſtat. Optat per illam obtinere amorem DEI; illam vult colere, atque coli ab omnibus omni optimo maximoque ſtudio quo coli poteſt. Si quid agendum ſit, ſic docet illud Deiparæ Matri offerre: *O Mater gratiæ, reſpice hoc exiguum ſeruitutis meæ obſequium, quod offero mellifluo cordi tuo, emendandum, perficiendum, & repræſentandum dilecto Filio tuo, ad maximam eius gloriam, amorem, beneplacitum, in gratiarum actionem æternam; ad gratiam impetrandam illi placendi perfectiſſime in æternum. O* IESV, *dignare de manu piiſſimæ Matris tuæ ſuſcipere hoc obſequium, & quæ illi deſunt infinita tua pietate ſupplere.* Somnum quoque per illam offert DEO, & proteſtatur ſe illi velle indulgere non ob voluptatem, ſed ob neceſſitatem, ac DEI volunta- *ob. 1634. 28. Aug. Opera ſua per illam offerre Deo.*

 tem.

Digitized by Google

Menæa 1. Ian. tem. Sic illi noſtra omnia offeramus quæ eſt *Summa Chriſtianorum Antiſtes*.

ob. 1634. 817 P. *Coſmus Alemannus* vt ad IESVM & MARIAM per Sanctos ſibi aditum aperiret, omnium quos legere poterat Sanctorum numero inito, accuratè atque attentè ſingulorum honori ſemel *Pater noſter*, & *Aue* MARIA, *recitauit*.

Sanctos, & illam colere.

ob. 1634. Pragæ. 818 P. *Gaſpar Lechnerus* peritus Partheniorum cœtuum Præſes edidit Ingolſtadij ac Dilingæ *Sodalem Parthenium*: vbi vt virtutes perſuadeat, illas Sodalium exemplis illuſtrat. Meminit Sodalis Petrocorienſis anno 1592. ob neglectam (quam à 23. annis quotidie recitabat) B. V. corollam, & quodam B. Virginis feſto ſacræ menſæ omiſſa myſteria, à dæmone raptari cœpti, ſed à Deipara defenſi: Sodalis Friburgenſis inter oſſa mortuorum ſuperbiam ſuam domantis: Neapolitani, qui toto 30. annorum ſpatio à Sodalium cœtu ne ſemel quidem abſuerit: Iprenſis, cui concentu ſuo Angeli Sodalitatem initam viſi ſunt gratulari: dæmonis quoque cuiuſdam, qui ex energumena faſſus eſt, ſe deſideraſſe vt Sacerdos quidam Sodalitatem deſereret.

Sodales.

819 Mancipium ſe Deiparæ addicere; illi deuouere ſeruum caput; ſe tanquã pigrum illius ſeruum plectere; coram illa quotannis tributum aliquod pendere nota res eſt vſu multorum. Laudat hæc *Georgius Reeb* libro *de prudentia Chriſtiana*, & oculati teſtis auctoritate firmum huius anni 1634. exemplum adducit: faſſum nempe dæmonem; Soloduri in Heluetia; tribus potiſſimum de cauſis ſe ad migrationem compelli; inter quas vna erat quòd illa quam obſederat, conſueto iam apud multos more, Virgini Matri fuiſſet mancipata. Docet defigen-

Mancipium fieri B. V.

cap. 17. n. 18.

figendos eſſe in B.V. imaginem oculos dum tentaris, & ad eam aſpirandum pro ope. Poſteaquam te Deiparæ dedicaſti, reſpondendum tentanti: *Tardè nimis accedis: iam alteri fidem obligaui: nec in hac parte meus poſthac ero: nec tuus eſſe volo.* — *In tentatione.*

820 *P. Maximilianus Sandæus* MARIÆ Lunæ myſticæ hoc anno editæ pag. 230. notum ſibi adoleſcentem narrat, in morte ſponte faſſum; malorum ſuorum principium fuiſſe, *in veneratione Deiparæ ſocordiam*.

821 Romæ eodem anno *P. Leo Sanctius* laudes B.V. edidit, ſiue Eroparthenica.

ANNO MDCXXXV.

822 Coronam DEI Matris ita atque ſi vltimo vitæ die illam diceres recitare docet P. *Iacobus de la Motte*, qui vltimo vitæ ſuæ die tria DEI Matri roſaria recitauit. Hoc age quod petit à B.V.S. Bonauentura: *Non præualeant aduerſum me laquei mortis; & caſtra malignantium non impediant greſſus meos.* — *ob. 1635. Armenteriæ.* — *pſ. 24.*

823 *Ioannes Benoit* Coad. vt ne à Societate deficeret, Sabbato ieiunabat: certis alijs ad SSS. TRINITATEM, ac B.V. precibus fuſis, vt *finalem perſeuerantiam* per B. Virginem impetraret. S. Anſelmus: *Tantummodò velis ſalutem noſtram, & verè nequaquam ſalui eſſe non poterimus.* — *ob. 1635. Mõtibus.* — *Vocatio.* — *lib. de excell. Virg. c. 12.*

824 Peregrinationes ad B.V. ſi quæ à Superioribus permittantur, magno exemplo eſſe obeundas oſtendit P. *Laurentius Bartilius*, qui vt Lauretum ex Lituania pedes mendicatò peregrinabundus proficiſci poſſet, modeſtiſſimè impetrauit. Per iter loca Sanctorum Sepulchris celebria, præmiſſâ pridie flagellatione, ac ferè non aliter, accedebat, cæcus ad ſplendores, & vana. Iter Anconâ Lau- — *Peregrinationes.* — *Vide Koialouic in eius vita.*

retum

retum Sabbato nudis plantis ieiunuſque cum ſocio confecit, ſingulis Roſarij decadibus per ſingula Italica milliaria recitatis. Ad conſpectum tholi, ad vallem declinauit; vt ſe abſque arbitro flagellaret. Vide plura in vita. *Quid*, ait ibid. S. Anſelmus, *quid ſtringet larga miſericordiæ tuæ viſcera circa nos? Tibi ergò nos commendamus: tu procura ne pereamus.*

Mortif. 825 Idem P. *Laurentius* myſteria vitæ B.V. in hebdomadam diſtribuerat, quæ quotidie veneraretur. In feſti B.V. vigilia in ſyluam abijt è diuerſorio, vt ſe cæderet.

826 Obſeruatum eſt, eundem quandoque ad ſingulas Angelicas ſalutationes cùm ambulando fortè Roſarium recitaret, genu ad terram vſque demittere ſolitum fuiſſe. *Roſariũ.*

827 Ex ore illius quocum res geſta eſt habeo id quod narro. Ante annos abhinc aliquot, Romæ nobilis adoleſcens peregrinus ſordes per iter contractas pœnitentiæ Sacramento expiârat; ſed identidem redibat ad vomitum, iterumque ſurgebat. Quodam Dei Matris feſto, à quodam de Societate ad concionem dicente didicit modum ſe Dei Matri tranſcribendi mane ac veſperi contra tentationes, ac præſentis vitæ cæca pericula: nempe vt manè ac veſperi *Aue* Maria *meditatè* recitaret in honorem Immaculatæ Conceptionis, & Virginitatis B. Virginis; adderetq;: Sanctiſſima Virgo, *dono tibi oculos meos, aures, os, manus, & cor meum: Iuua me, ne vnquam offendam Deum, & Te, præſidium meum.* Cum fuero tentatus, ſtatuo ad Te ſuſpirare, ac dicere: *Sanctiſſima Virgo, ſum tentatus: ſuccurre, Domina. Ego ſum* Iesv, *&* Mariæ, *quibus me donaui.* Auditis hiſce adoleſcens, decreuit id

P. Nic. Zucchi.

Manè. Veſperi.

Tentatio.

nul-

nullo die omittere, multis ad id ſe ſe hortatus. Abijt Româ: & quarto poſt anno redux ad confeſſarium eundem, cùm peccata nonniſi leuia in confeſſione fateretur, à ſuſpectante peiora confeſſario rogatus eſt: Quomodo è tantis ſceleribus emerſiſſet, tam frugi factus? Ad hæc ille in vberrimas lachrymas effuſus, vbi interſpirauit; Pater, inquit, ex quo tuum illud de B. V. colenda conſilium ſum amplexus, adeò me adiutum ſenſi in tentationibus, vt viderer mihi grauiter peccare non poſſe. Hæc anno 1635. die Annunciationis B. V. è pulpito dici ab eodem Patre in Vrbe quadam audiuit Præfectus militum: & illicò peccata confeſſus, conſilium illud perſeueranter tenuit, dimiſsâ turpi conſuetudine quam cum quadam habebat, cùm iam & illa reſipuiſſet. Subijt poſtea illum cogitatio aliquando; num illa non ab alijs adiretur. Acceſſit ad domus illius portam: & cùm ſe tentatum aduerteret, è formulâ illâ conſilij Mariani; *ſuccurre*, inquit, *Domina*; *ſum tentatus*. & confeſtim arcanâ manu ſe humeris prehenſum, à porta illâ auelli, ac domum vſque duci ſenſit. Domi dimiſſus à ductore, cùm ecquis ille fuiſſet, reſpiceret, nullum reperit: & agnitum Deiparæ beneficium confeſſario conſultori ſuo narrauit lætus.

Conſilia dare de cultu illius.

828 *P. Laurentio Vvortingtono* pijſſimæ ſimplicitatis & erga Deiparam propenſionis viro dulciſſimâ quadam ſignificatione amoris perennabant in ore illa nomina valdè crebrò repetita: *Ieſus*, *Maria Ioſeph*, *Ioachim*, *Anna*. His ille nominibus alios appellabat ſi vnà plures videret; his pro iaculatorijs ſuſpirijs vtebatur. S. Germanus: *Quomodo corpus noſtrum vitalis ſignum operationis habet reſpirationem; ita etiam Sanctiſſimum tuum nomen, quod in ore*

ob. 1635.

Totam B. V. V. domum venerari.

ſer-

ſeruorum tuorum verſatur aſſiduè in omni tempore, loco, & modo, vitæ, lætitiæ, & auxilij non ſolum eſt ſignum, ſed ea etiam procurat.

in encom. de Zona B.V. pag. 139. Roman. edit.

829 *P. Bernardinus Villegas* edidit *fauores B. Virginis erga ſuos, potiſſimùm tempore morbi, & mortis.* Ait in præfatione; ſe illos grati animi titulo impreſſiſſe, ob receptam B.V. fauore à deſperato morbo incolumitatem. Quòd ſi optio ſibi à Deo daretur, vt eligeret vel abſolutam omnium Regum orbis terræ athoritatem in omnia; vel, vt minimam cæleſtis huius Reginæ fauoris partem acciperet, ſe hanc potiùs electurum: malle ſe vel ſemel pio oculorum obtutu ab illa aſpici quàm quicquid honorum, opum, & deliciarum Regibus dare poteſt orbis terrarum. Narrat illo libro latè clientes ab illa defenſos, veſtitos, refectos, ſcientiâ inſtructos; in morbo, in morte, in purgatorio recreatos. Inueſtigat c. 17 in quo conſiſtat deuotio erga illam: In amore, reuerentia, gratulatione, fiduciâ, imitatione, varijs obſequijs faciendis corde mundo, attentè, perſeueranter. In vita S. Ludgardis, quam hoc anno edidit, poſt alia de B. V. cultu dicta hoc addit: Poſſe quidem etiam alios ad tempus Deiparæ eſſe deuotos: at perſeueranter eam colere, non videri niſi prædeſtinatorum; in quibus, tanquam electis Dei, radices mittit: in plenitudine Sanctorum detentio eius. Hoc à Deo per illam petendum, vt ſimus in illa radicati, atque fundati. Supplex rogat lectorem ſuum, vt ad ea cantici Ambroſiani verba: *Non horruiſti Virginis vterum,* totâ ſe pietatis contentione colligat exemplo S. Ludgardis.

Fauores Deiparæ adnotare.

Docere in quo conſiſtat deuotio erga B.V.

lib. 5. c. 10. & 28.

830 *P. Ioannes Euſebius Nieremberg* in libello hoc anno edito de *amore erga B.V.* ait quoſdam è

cap. 11.

So-

Societate Nouitios DEI Matrì eximiè addictos, à Beatiſſima Virgine viſitatos dum orarent; viſamque Deiparam quaſi in medio illorum verſaretur, ac ſingulis cæleſte quoddam nectar è vaſculo quod portabat, porrigeret. Vnde, ſicut lætantium omnium noſtrûm habitatio eſt in illa. Amandi Deiparam modum tradens, adnotat quædam c. 22. quæ poſſunt ferè in hunc modum breuibus aſpirationibus illigari: *Domina, ſupra omnes titulos ob quos digna es, vt te ament etiam mille mundi, amo te potiſſimùm ideò quòd id ſummè placeat Deo meo; & quòd tu ſic amari velis à me, vt amando te propter Deum, amem ipſum Deum. Suprema Domina, ecce ego ſeruus & filius tuus omni ſubmiſſione, reuerentia, & amore te proſequi volo: & per te omnia quæ ago offero Deo meo; à quo per te beneficia omnia in me deſcendunt. Tu ſacratiſſimis tuis manibus mihi das quæ mihi mittit Deus: tu iiſdem viciſſim accipe quæ reddo; & illa ſanguine Filij tui elue, pretioſa redde, ac ita offer Deo. Cuſtodi me.* Reddidit hunc libellum Latinè P. Martinus Sibenius, impreſſitque Coloniæ anno 1645. Italicè verò P. Ludouicus Florius; vterque ſanctè, atque vtiliter.

Orare attentè.

Amorem Deiparæ docere.

831 Hoc anno 8. Sept. Sabbato die Natiuit. B. V. *Petrus Baſtus* Coad. voce diuinitùs miſsâ ſibi coargui eſt viſus, quòd tam parùm gratus, aut memor eſſet beneficiorum ad illam vſque ætatem acceptorum. *P. Ioannes Andreas Manconius* cùm aliquando feſſus, & etiam tædio quopiam plenus, magnâ omninò vi ſe perurgeret, vt conſuetum Deiparæ penſum perſolueret in Roſario recitando; ſtatim atque ſe peruicit, quemadmodum eſt in eius vita, Beatiſſima Virgo ſub Cruce ſe illi tam iucundo ſpectaculo videndam obtulit, vt eo ſpectaculo nobilem pro victoria illa coronam ſibi viſus fuerit retuliſſe.

ob. 1635. 23. Oct. Saſſari. Nieremb. t. 4. p. 776.

Se vincere

832 Eidem pro ſanctimoniali quadam, cuius conſtantiæ metuebat, impensè ſupplici, Beatiſſima Virgo illam pro qua orabat ſub auguſto ſuo paludamento oſtendit, & dixit, vt eiuſdem vitæ autor eſt teſtis: *Ego ſemper curam eius geram*. At Pater ſimplici fiduciâ, *Vide*, aiebat, *Domina*, *ne retrocat*. *Non retroibit*, adiecit Virgo; & præſtitit.

Tentatos illi cõmendare.

833 Quidam qui de Societate deſerenda cogitabat, & tamen alia omnia fingebat, P. Mancogium adierat: & Manconius coniectis in B. Virginis imaginem oculis, certis indicijs certior factus eſt, ne ficto illi fidem adhiberet. Ita ille breui è Societate erupit. Eidem pro anima quadam, cuius curam gerebat, impenſiùs Deiparam precanti, Beatiſſima Virgo appaiuiſſe fertur ibidem, & paruulum IESVM ei pro qua orabat porrexiſſe ad amplexus. Rerum ſucceſſum vel è ſolo Deiparæ viſæ aſpectu introſpicere videbatur, ſi quid ex illa ſcire optaſſet. Hinc prædicebat ea quæ euentus poſtea confirmabat. *Dominus dabit verbum euangelizantibus, per preces* MARIÆ, inquit S. Io. Chryſ. Ita memoriã pro Eccleſiaſtæ munere idoneã a liquando petenti eidẽ reſpondiſſe fertur Virgo: *Numquam tibi defui: neque deero*. Nec defuit. *Nullus vnquam qui ad te accurrit, à te confuſus diſcedit: tali donatur beneficio quod eum deſiderij ſui compotem reddat.*

Illam pro alijs orare.

m. ſ. frag. 23.

Memoriã ab illa petere.

Piet. Mar Græc. p. 1. 21. Ian.

ANNO MDCXXXVI.

834 Tyrnauiæ cùm ſuos ad ſacra Poëſis rudimenta piè accingeret hoc anno è Magiſtris quidam, vt ſuam ac ſuorum Poëſim Deiparæ dedicaret, pro fractorum, vt vocant, carminum ad leges Poëticas redintegrandorum materia, carmina aliquot illis præſcripſit, ferè ad Bauhuſiani illius imitatio-

Carmina de illa dare diſcipulis componenda.

Digitized by Google

tationem; *Tot tibi ſunt dotes, Virgo, quot ſidera cælo.* exempli causâ:

Tu mihi da venam, Virgo, dum carmina ſcribo.
Tot tibi do grates, Virgo, quot carmina pango.
Me tibi do, ſpes, dux, lex, ſors, vox, laus mea felix:
Tu mihi ſis mens, flos, lux, arx, ars, ſol, mare, Virgo.

Vel Iambo ſic Petruccianum ad modum, de quo infra anno 1658.

Nouum tibi, Dei parens, metrum cano.
Metro, proſa tibi ſacrum ſtylum dico.
Tibi ſtudet tuus cliens; ſacrans, vouens
Caput, ſcholas, libros, ſchedas, manus ſuas.
Vocat, rogat piam Ducem, ſacram facem.
Tibi ligat metri pedes modis nouis.
Throno tuo meus labor ſacer manet
Tuus fauor, ſpei meæ recens vigor.
Sagax erit tui memor ſtylus meus.

At dabit his nobiliora infra Petruccius: hæc rudimenta ſunt piæ Poëſis. S. Ioannes Damaſcenus: *Moueantur omnes linguæ, atque mentes humanæ ad eius laudem quæ eſt verum mortalium decus.* Eandem S. Bonauentura *Mammillam paruulorum* vocat. *fol 109. in Canticis. In Litanÿs ad B. V.*

835 Academia Tyrnauienſis Pazmaniana hoc anno erecta à Petro Cardinale Pazmany è Soc. IESV, Archiep. Strigonienſi, pro ſigillo ſuo elegit, & ſculpſit B. Virginem coronâ Apoſtolica Vngariæ Regni, ſeu S. Stephani, coronatam, diuinum paruulum ſinu complexam, in cuius manu liber laureatus & IESV nomine inſignitus, pronis ad pedes Deiparæ inſignibus Regni, & Pazmanni Fundatoris. Teſſeraria epigraphe ſic habet: *Patrona. Hungariæ. Mater. Vniuerſitatis. Tyrnauienſis.* Quod Marianum ſigillum pro argumento fuit *Agalmatio*, ſeu libro à Rhetoricæ Auditoribus impreſſo, & primis *Autor P. Stephanus Kereſztes* *Vide Nomenclatorem Rainaudi pag 105.*

iſtic Baccalaureis dedicato. *Sigillum vtriuſque teſtamenti* vocatur hæc Virgo à S. Germano.

ob. 1636. Labores. 836 Landſpergæ *Magnus Angerer* Coad. labores ſuos ita condiebat Marianâ pietate, vt cùm piſtoris alioue labore diſtentas manus non poſſet occupare Roſario, illo mordicus prehenſo, globulos dentibus perſcitè verſaret, Virginem ſalutans, & labores ſuos DEO offerens per Dominæ ſuæ manus. *In cantico Benedicite* S. Bonauentura: *Benedicta ſis, corona Dominarum omnium.*

Liberalem eſſe erga B.V. 837 Liberalitatem erga B. Virginem ſuadet *P. Maximilianus Sandæus* in *Maria Sole myſtico* hoc anno edito pag. 496. aitque nihil perire eorum quæ offeruntur in honorem huius theſaurariæ gratiarum. Refert ibi è Petro Cluniacenſi rem quæ per centum annos durârit: nempe Romæ ad *S. Mariæ Maioris* incendi ſolitos cereos ad feſtum Aſſumptionis B.V. per totas 24. horas arſiſſe, nec vnquam fuiſſe diminutos, etiam ad bilancem exploratos. Certè, ſi vſpiam, hic honor eſt in honorante, MARIAM, & donum in donante. Eodem hoc anno *P. Iacobus Caniſius* Monachij luci dedit *Hyperduliam Marianam à Ioanne Berchmanno exercitam*: *P.* item *Ioannes Vincartius B.Virginem Cancellatam* Inſulis cultam ac miraculis celebrem. *Virgo adeſt*, inquit S. Ioannes Damaſcenus, *quæ perſpicuè glorificat eos qui piè laudant eius miracula.* *Inter cãtica.* *P.* verò *Hieremias Drexelius* Petro Cardinali noſtro Pazmanno *fol. 109.* dedicauit hoc anno *Roſas Selectiſſimarum virtutum quas DEI Mater orbi exhibet.* *P.* autem *Laurentius Chiffletius* prælo dedit Pariſijs *Coronam Roſarum Reginæ cæli*, ſeu modum facilem attentè recitandi coronam B. V. *P. Leonardus Bachin* Græcij Sodalitij maioris Præſes vulgauit ibidem *coronam anni Mariani* vitas 12. Sodalium continentem: quem qui imi-

imitaretur in vitis Sodalium contexendis, pretium ferret bonâ operâ non indignum, Sodalibus vtile, Deo autem ac Dei Matri gratum. Lincij quoque hoc anno in lucem exijt *P. Petri Stergleri* Carnioli *Aſma Poëticum Litaniarum Lauretanarum*: in quo ſingula Dei Matris elogia ſuo ſingulari vt emblemate ita carmine illuſtrantur. Denique Leodij *P. Philippus Bouchi* edidit Gallicè *Lachrymas Parthenophili arefactas*, ſiue *Conſolationem animarum B. Virgini deuotarum*. Gaude, inquit Hermannus Ioſeph ad B.Virginem, *Gaude cuius ex feruore, Cor ebullit in amore, Quod à motu vix quieſcit; Ingemiſcit, ſi frigecit. Quem tangit ardet dulciter.* Hæc, atque hiſce ſimilia, vel è veteribus excerpta, vel è recentiore MARIAnorum noſtrorum Aſmatographorum venâ eruta, vel etiam extemporali æſtuantis ingenij calore fuſa vſui eſſe nõnunquam poſſunt vibrandis iaculatorijs, quas vocant, precibus; vt Poëſis ſit cos pietatis: vt ſi dicas:

In hymno Gaude plaude.

Vide Caroli F. de Luca Poëma Lauretanum.

Admiror, veneror Te, Maxima, & optima Matrum:
O Virgo Mater, de qua Verbum caro factum eſt!

838 Tyrnauiæ hoc anno naſcens Immaculatæ Conceptionis B. V. Sodalitas, non ſine Sodalitij maioris exemplo, diẹ vacatiunculæ hebdomadariæ in vere, ac æſtate ad Spacenſe B. V. templum, vel aliò vnà ibat agmine MARIANO; diuino ſacrificio iſtic celebrato, ac varijs per iter officijs pietatis iucundè perfuncta. Audiebat Præſidem ſuum aliquid de B. V. cultu narrantem. corona B. V. *Salue mundi Domina, &c. Omni die dic* MARIÆ, *&c. Aue Maris ſtella, &c.* & alia magno ardore cantabantur. Similis argumenti eſt Iubilus S. Bernardi ſæpè ibi cantatus; & alius ad eius numeros compoſitus de B.Virgine; cuius hîc appono particulam:

Dies vacationum, B. Virgini dare.

Canere in honorem B.V.

MA-

MARIA, flos dulcedinis,
Materque Pulchritudinis;
Dulcedo ſemper pulchrior,
Et pulchritudo dulcior.
Quò te magis conſidero,
Tanto magis deſidero
Vt imprimam memoriæ
Tuæ triumphos gloriæ.
MARIA, tu pugnantium,
MARIA, tu vincentium
Ad gloriam victoria,
Victoriamque gloria. &c.

Beatiſſima Virgo S. Brigittæ de quodam qui in DEI laudem cantu laudabat B. Virginem; *Dic illi,* inquit: *Deo placet coronas in cælo dare ei pro qualibet ſyllaba quæ eſt in cantu; & dicetur de eo: Ecce venit laudator.*

Reuel. l. 4. c. 32.

839 *Antonius Bernalius* Coad. in Paraquaria, MARIÆ nomine inſcriptum numiſma portabat è collo ad pectus. Barbaris in Chriſtianos irruentibus, eorum vnus, exploſo in Antonium globo plumbeo ipſum Deiparæ numiſma tetigit. Quo impetu, fertur numiſma pectori ſuam impreſſiſſe imaginem, & reliquiſſe; neque niſi duas ſanguinis guttas inde elicuiſſe. Sunt qui Deiparæ nomen ſecum geſtent; quemadmodum in manu militis moris fuit olim nomen ſcribere Imperatoris. *Inuoco te nomine Matris,* ait S. Anſelmus: *& ſi merita inuocantis non merentur vt exaudiantur, merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiantur.*

Lyræus triſagij pag. 273. & 128.

Numiſma B.V. è collo geſtare.

De excellent. B.V. c. 6. n. 8.

840 *P. Ioannes Abriotus* in obſequio peſte infectorum, apud Alegambe, hoc anno mortem obijt inter Crucifixi, Deiparæ, ac Sponſi eius imagines, vno eas amplexu ſtringens, & oſculis ad mortem

Heroës. pag. 386.

vſque

vſque ſalutans. P. *Franciſcus Monrealius* ibidem B.V. imaginem inter moriendum ſibi ob oculos poni voluit. Veſperi cùm lectum peteret, collo inijciebat eius Roſarium, noctu illud euoluens cùm dormire non poſſet. Ibidem Mag. *Franciſcum Reginaldum* olim conclamatum, Deipara inſigni miraculo ſaluti reſtituerat. Vnde altiſſimè biberat eius amorem. *Agnoſcimus*, inquit S. Sophronius, *agnoſcimus te, Domina, pro fonte vitæ æternæ. Meam proindè animam de abundantia tua adeò diuitem redde, vt ſalutaribus fluentis manare non deſinat.*

Imago B. V. cum S. Ioſephi imagine.
Veſperi.
18. Febr.

841. *P. Antonium Greuens* ante initam Societatem, Beatiſſima Virgo noctu per quietem inuiſens, eidemque ſe ſpectandam præbens in lumine glorioſo, eum voto caſtitatis nuncupato ſibi totum deuotum, incredibili cæleſtium lætitiarum copiâ cumulauit, vt de illo refert fide digna epiſtola. Et Antonius, vt ei ſeruiret auguſtiùs, ſe in Societatem Iesv dedit. Securior erit noſtra puritas ſub eius præſidio *quæ*, S. Ioanne Damaſceno ita ſcribente, *cæleſtibus cogitationibus educata verè viuum cælum dicitur, & cælis quoque incomparabili præcellentia modo ſuperior.*

ob. 1636. Neomagi 1. Maij.
Caſtitas.
orat. 2. de Aſſumpt. B.V.

842. *P. Guilielmus Metternich* eâ induſtriâ ſe apprimè proficere fatebatur, quâ, in exercitijs, clauſis cubiculi feneſtris, ligabat ſibi pedes; & manus velut vinctas componebat: atque ſic humi abiectus volutabatur, tanquam Reginæ cæli captiuus, ligatis manibus & pedibus proiectus in tenebras, vt perduellis Deo & Dei Matri, ac reus læſæ vtriuſque maieſtatis; eaque ſupplicis rei humilitate per Dei Matrem veniam flagitans apud Devm; cuius gratiæ per illam obtinendæ ſpe coronam ſemper è collo pendentem geſtabat vſque ad mortem. S. Ioannes

ob. 1636. 30 Mart. Coloniæ.
In exercitijs. Humilitas.
Corona è collo.

Digitized by Google

m. ſ. fer 5. ode 4. Damaſcenus : *Spes, & firmamentum, & exultatio animæ meæ, & illuminatio eius es, ô Domina, tota immaculata .*

ob. 1636. Cracouiæ. 843 *Laurentius Gorcyn* Coad. cùm inter ſacram ſynaxin animum attentè colligeret, moneri ſe intus adeòque vrgeri perſenſit, vt Beatiſſimæ Virginis officium quotidie recitaret ; certior factus annum ſibi nonniſi vnicum ſupereſſe in vita, vt eſt in eius elogio. Exeunte illo anno & vita, in morte à Beatiſſima Virgine contra dæmonem defenſus eſt, & pro gratiarũ actione Litanias vnà cum ſocijs recitauit.

Offic. B. V.

Mors.

ANNO MDCXXXVII.

ob. Neap. 1637. Fiducia. 844 *P. Franciſcus Pauonus* (qui plures de B. V. meditationes conſcripſit, & vulgauit) cùm ad Sodales B. V. diceret, viſus eſt vultu ſplendido, & radijs glorioſo. Cuidam contra illum iniqua ſcripturo Beatiſſima Virgo in mandatis dedit, vt abſtineret, quemadmodum ipſe id faſſus eſt qui id facere parabat.

ob. 1637. Eleemoſynis illam colere. 845 *P. Vincentius Raymundus* Catanenſis, ante nomen Societati datum, in honorem *B. V.* ſtellis duodecim coronatæ, tertiâ cuiuslibet hebdomadæ feriâ, duodecim pauperibus liberalem ſtipem dabat ; in Societate quoque poſtea eidem ſtudioſè addictus. Nempe virtutibus vult coli illa, *in qua*, vt B. Petrus Damiani, *virtutum conuentus reuerendum ſibi thalamum conſecrauit.*

In Aſſ. B. V.

ob. 1637. Munibus Imagines B. V. è collo. 846 *Ioannes de Geneſſe* Deiparæ imagines palàm expoſitas floribus quà poterat, adornabat, & vnam aſſiduè geſtabat è collo appenſam ; ne illam à corde dimitteret. Eam pietatem vtilem ſentiebat ad omnia Coadiutorum munia egregiè obeunda. Deiparæ *imaginem* Boſius *vnguentis pretioſis fluentem* refert. In horum vnguentorum odorem currendum nobis eſt cum Ioanne.

De ſignis Eccl. l. 1. pag. 367.

Hoc

847 Hoc anno 1637. cruenta in odium boni IESV victima cæſus eſt P. *Marcellus* ille *Maſtrillus*. Hic puer tunc adhuc, inter recitandum B.V. officium deprehenſus vberrimè lachrymari, dixit: videri ſibi ſe cingi barbaris, qui ſtrictis mille mucronibus mortem ſibi pro Chriſto iutentent. Vide quæ de illo dixi Anni Mariani Sabbato 52. Sociis ſuis ſcribens, eos rogat per nomen S. Franciſci Xauerij, vt, inquit, quotidie per horæ quadrantem attentè conſideretis, *rogetiſque B. Virginem Dominam noſtram per huius ſancti interceſſionem*, vt nobis indulgeat germanam intelligentiam atque exercitationem ex vero ſenſu eorum Chriſti verborum: Quid prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur; animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aliàs; *Erubeſco*, ſcribebat, *erubeſco vehementer, quoties cogito quis nunc ſim, & quis olim infans, & puer fuerim in flagranti ſtudio erga Deiparam. Incredibile eſt quantum illi debeam*. Sic ille. Debemus illi, debemus omnia. *Hæc eſt*, ait S. Ephræm Syrus, *Monachorum, ac Solitariorum ſtabilimentum, & ſpes ſecularium: paradiſus deliciarum, totiuſque amœnitatis, & immortalitatis*.

Vide meum Annum dierum illuſtrium 17. Octob.

Illius ope ad benè meditandum vti.

De laudibus SS. Dei Genitricis.

848 *P. Michael Montaltus*, ante Societatem initam, 14. annos natus, in Sacello B. Virginis orans Deiparam ſibi eſt viſus conſpicere, quæ illi non pauca quæ pati deberet prædixit; mox tamen vt ne animo puer concideret, ſubiecit: *Ne dubites*. Vnde ſi vel à Magiſtro, vel alibi verbum illud *dubito*, audiret, memor vultûs verborumque Deiparæ ſuauiſſimè erubeſcens, mirâ voluptate totum animum ſibi perfundi ſentiebat. Si quem mortalium aduerſarium experiaris, vel timeas, *ne dubites*: huc recurere. *Aue*, ait ibid. S. Ephræm, *aue portus tranquilliſſime; & à procellis fluctibus agitatorum*

Pati.

 rum

Digitized by Google

Noct.c. *rum liberatrix deſideratiſſima.* Noctem quæ in quempiam diuinæ Virgini ſacrum diem ibat, totam in ſacris libellis de B. Virgine potiſſimùm lectitandis, & contemplatione ducebat. Ipſo die feſto, gaudio delibutus, Societatis vota *coram Sacratiſſima Virgine* MARIA, & receptam ſe Deiparæ offerendi formulam inſtaurabat;& vſque ad aliud feſtum nouos ardores hauriebat. Faſſus eſt; ſe hac pietatis induſtriâ, mirum in modum auelli ab arcana quadam, quâ illigabatur, velut faſcinatione nugacitatis, Deiparâ ei eos laqueos, & vincula abrumpente. *Aue,iucunda libertas*:ait idem Ephræm ibid.& S. Ioannes Damaſcenus: *In medio laqueorum diaboli deprehenſum, & pereuntem eripe me, ò caſtiſſima Domina.*

Feſta B. V.

Examen particulare.

m.ſ.fer.4.

849 Hoc anno Tyrnauiæ in templo Eſzterhaſiano tunc necdum dedicato, data in ſolemni theatro in ſcenam eſt Beatiſſima Virgo *Miſericordiæ Diuinæ Theatrum in Theophilo ſpectatum.* Et ipſa Virgo diſtribuit præmia iuuentuti. B. Petrus Damianus: *Quid tibi negabitur, cui negatum non eſt Theophilum de ipſis perditionis faucibus reuocare. Infelicem animulam totum illud quod in te factum eſt proprio charactere denegantem, de luto fæcis, & miſeriæ ſubleuaſti.*

Illius beneficia in ſcenam dare.

S. 1. in Nat.B.V.

850 P. *Ioannes Pineda* cùm Hiſpali neſcio quid de Immaculato conceptæ ſine culpa Deiparæ myſterio quiſpiam parùm honoratè dicere auſus fuiſſet, ad concionem progreſſus maximo Vrbis plauſu pro Virginis gloria dixit. Quo tempore Vrbs illa, prægrandi charactere, pretio octuaginta millium aureorum è gemmis adamantibuſque contexto, phrygij operis tapeti hæc verba inſcripſit: *Beata Virgo Maria concepta eſt ſine peccato.* Sic ad-

ob. 1637.

Pro Imm. Conc.gloria laborare.

Pretioſiſſimè illam colere.

uer-

uerſarij concio eſt obtrita; & MARIANA Pinedæ oratio exornata. Librum etiam *de Matris* DEI *nominibus* meditabatur. S. Thomas à Villanoua: *Quicquid de Virgine ſcire aut intelligere cupis, totum id hoc clauditur breuiloquio: de qua natus eſt* IESVS. Hoc anno videre ſibi ſæpiùs viſus Deiparam *Petrus Baſtus* Coad. ab eadem certior factus eſt, quòd ipſa fuiſſet à qua olim in quadam ad B. V. peregrinatione bis fuerat cibo refectus cùm eſuriret, loco etiam oſtenſo vbi ſecurus poſſet quieſcere. Ab eadem aliàs defenſus in periculo caſtitatis, viſus eſt ab eadem viſitari cum choro Virginum, veſtibus pretioſis indui, in ſede collocari, & coronâ candidâ coronari. *Conc. 2. de Nat. B. V.*

851 P. *Alphonſus Ezquerra* Hiſpanicè edidit *Greſſus Sanctiſſimæ Virginis*. Auriemma dicit; illum librum ab Alphonſo conſcriptum flexis, & poſitis humi genibus. Statim ac Societatem eſt ingreſſus, conſtituit in honorem B. Virginis, nec ſalem, nec oleum, nec acetum cibo vlli adhibere pro condimento. Ita etiam herbas ipſas comedebat. Tota eius ſupellex erant duæ è charta icunculæ, altera Crucifixi Chriſti, altera Virginis glorioſæ. Roſarium dono oblatum non priùs admiſit, quàm ſerici loco illi filum è chorda induceretur. Habemus in illa maiora his quæ amemus. *Hæc eſt*, ait S. Andreas Archiep. Cretenſis, *humani generis Regia dignitas, totius Sacerdotalis latriæ ſanctuarium, breuis ſinus continens omnia, magnus in paruo mundus*. *ob. 1637. 17. Iulij Compluti.* *De affectu erga B. V pag. 236. Mortificatio. Nier t. 2. d pag. 498 Paupertas. Orat. 3 in dormit. B. V.*

852 At nunc Deiparæ cultum obedientiæ magiſtrum aduerte. Excuſſerat à ſe Alphonſus quoddam Superioris imperium, ſe excuſans. & ecce, cùm ſe, pro more, DEI Matri in mancipiolum (vt ipſe loquitur) commendaret, ſe vehementer *Obedientia.*

 ſen-

ſenſit percelli voce internâ quæ aiebat: *Ad quid es mihi: ad quid te volo ego, niſi vt labores, ſeruias, & obedias?* Hinc illi rubor, & effuſæ vbertim lachrymæ. Quare ſtatim ſe ad Superiorem contulit; ſeque promptum obtulit ad id quod excuſatione declinârat. *O nubes*, ait S. Io. Damaſc. *quæ totius diuinitatis imbrem excepiſti: deplue mihi ſtillas indulgentiæ, paſſionum flumina refrænans.*

m ſ. Sabb. ad veſp.

853 Idem in ſecreto quodam ſuo chirographo loquens de ſua cum Angelo tutelari familiaritate, ait; ſe inter recitandum Deiparæ roſarium, ac preces alias honori illius deſtinatas, videri comperiſſe, quòd Angelus Cuſtos lateri ſuo ſe magis adiungeret eo tempore, quo S. MARIÆ nomen pronunciabat orans.

Orare attentè.

854 Illa Alphonſum quid ei agendum eſſet condocefaciebat; illa ad Chriſtum ducebat, & ſolabatur. Illum verſum; *laua quod eſt ſordidum*, aliquando mente tractanti obiecta eſt imago ipſius animæ inſtar paruulæ centonibus ſordidatæ. Agnouit illud eſſe ſymbolum nimiæ illius propenſionis quâ ad terrena fratrum ſuorum commoda ſe ferri ſentiebat. Et mox de hac ſua propenſione dolenter ingemiſcens, vidit (vt eſt in eius vita Hiſpanicè impreſſa) Beatiſſimam Virginem ſordes animæ ſuæ panno quodam abſtergentem. Sed cùm neſcio quid adhuc parùm nitidum in ſe videret Alphonſus, illud etiam quod ſupererat maculæ abſtulit rogata DEI Mater. Videbat Deiparam diu ac perſeueranter occupatam in maiore quodam vlcere abſtergendo vſq; dū manare ſordes ex vlcere deſiêre; ac DEI Mater illud cōprimens & mundans, cicatricē tantùm reliquit; Alphonſo faſſo; ſe tunc reperiſſe in anima ſua ſordibus illis plenâ, & vlcere illo fœdâ fontem ſuo-

Illā conſulere.

Petere ab illa purgari.

Andreas Rada.

Nieremb. p. 502.

Examen particulare.

ſuorũ vitiorum, è quo reliqua manarent, Regemq; errorum; ac illum fuiſſe, nimiã erga ſuorum cõſanguineorum cõmoditates propenſionem & curam.

855 Supremis vitæ annis vix ei ab ore abibant duo hæc: *Aue* MARIA. *Gloria Patri*. adeo vt illa repeteret, etiam cùm febri ardentiſſima vrgeretur, & ſomno. Cùm verò integra ei valetudo conſtabat, officium Deiparæ quotidie de genibus recitabat: eius imagines poſitis humi genibus ſalutabat; nec aliter præteribat, quacũque horâ id fieret; quaſi diceret Virgini ea verba quæ Monſpelij in ſacello conſulari ad B.V. inſcripta ſunt: *Eia Mater, natum ora; vt nos ſeruet omni hora*. Suum etiam patrem licenter tunc adhuc viuentem conuertit: eique perſuaſit vt B.V. officium quotidie recitaret: viſuſq; ſibi eſt videre Angelum ſuum ſe propius accedentẽ inter recitandum *Aue* MARIA cùm nomen MARIÆ attentiùs pronunciaret. Vide plura 17. Iulij in Anno dier. memorabilium Societatis.

Iaculatoriæ. officiũ B. V.

Imagines.

Officium B V.

856 P. *Didacus de Celada* edidit de B. V. laudibus *Iudith figuratam* Lugduni. Aduerte hìc idem agere pleroſque de Societate qui in diuinam ſcripturam commentarios condunt, vt in DEI Matris laudes excurrant. Ita facit P. *Emmanuel Naxera* de *Rahab* & *arca figurata* Lugduni 1647. impreſſus, vt ait Marraccius in Biblioth. *P. Maximilianus Habbequius* ſcripſit *Hiſtoriam* B. V. Vnaueranæ.

Eius figuras ex vet. teſt. expendere

ob. 1637. Antuerpiæ

857 P. *Engelbertus Zuick*, præter alia erga B. V. officia, hoc etiam in more habebat, vt ſuos humanitatis vel philoſophiæ auditores quotidianâ quapiam narratione ad B. V. ſtudium breuiter excitaret. Semel autem quothebdomadis idem prolixius agebat: & vt pietatem varietate condiret, feſtorum ac Dominicarum tunc fortè occurrentium Euange-

ob. Aſchafenburgi 1637. 27. Iulij.

In ſcholis de illa loqui.

ge-

gelia Dei Matri perſcitè applicabat. Agebat hæc ille, vt (quemadmodum ait Beda) *quotidie animos recogitata ſæpiùs exempla Genitricis in virtutum ſoliditate confirment.*

l.7.hom.in viſit. B.V. Vide 3. Iul. Anni dier.illuſt. Caſtitati ſuæ illam præficere. Conceptio B.V.

858 P.Petrus Eſpinoſa in odium fidei hoc anno cæſus in Indijs, virgineæ ſuæ integritatis præſidium habuit Immaculatam Dei Matris Conceptionem; cuius aſſerendæ votum iam olim in Hiſpania puer conceperat; & pro octo diebus feſto illi proximis auguſtiùs celebrandis, in totidem dies diſtributè conſcripſit Deiparæ beneficia, & ſymbola eius amoris atque cultus.

Imagines B.V. Cerei.

Recens natos illi dedicare.

859 Cortraci in templo noſtro hoc anno coram ſimulacro B.V. *Matris miſericordiæ* arsêre cerei Sodalitatum, Magiſtratuum, parentum, maximè quibus (do verba annalium) ſuaſum, perſuaſumque publicè & priuatim, *vt liberos recens natos, tutelæ ac fidei Virginis noſtræ ex animo committerent.* Alij in cereo vno, librarum numero numerum prolis æquarunt. paſſim omnes familiam ſuam, & præſertim teneram ſobolem, non ſine aliquo donario Diuæ commendarunt. Denique id perſuaſiſſimum omnibus fuit, vt ſuſcipiendam in poſterum prolem Diuæ offerrent. Vnde ſperatur, Cortracum aliquando mutaturum nomen, & *Parthenopolim* appellandum; cuius quotquot erunt ciues, cùm naſcerentur, fuerint à parentibus Virgini oblati, ac deuoti. Sic Annuæ. Gratulor dilectæ Deo Vrbi; & omnes in eius imitationem exempli vt eant inuito: vt ſicuti dicitur *Sena vetus ciuitas Virginis*; ita ex vero dicatur: *Cortracum noua ciuitas Virginis.*

Vrbes illi totas addicere.

Contra dæmonẽ, eius ope vti.

860 Prolixè ibidem narrant Vuinocibergenſes, fœminam à dæmone ad flagitium iuuitatã, multis vexatam, & meliora ſperare iam vix auſam, à noſtro

tan-

Digitized by Google

tandem erectam, dicente: Eſſe *Matrem Miſericordiæ* in templo noſtro: eam in nulla cauſa appellari fruſtra, quantũcunque eſſet grauis ac depoſita. Ad hæc illa reſpirauit; & perſuaderi ſibi paſſa eſt, vt peccata illa vellet confeſſione deponere. Id parante illâ, noſter exorciſmos præmiſit; & linteolum cruentum (quod fœminæ dæmon dederat) vt in ignem conijceret, ac dæmonem eiuraret, imperauit. Fecit id illa quod iubebatur: & ope Virginis, dæmon teterrimâ formâ cum eiulatu ſe è conclaui eripuit, ac euanuit. S. Ioſeph: *Cordis mei oculos illumina, ò Virgo*: libera me à tenebris *in æternum duraturis, ò luminis porta*. 4. *Ian.*

ANNO MDCXXXVIII.

861 Hoc anno *P. Laurentius Gorettus* Hiſpali 2. Febr. in conſuetâ votorum inſtauratione B. Virginẽ ſibi videre eſt viſus, quæ *cor* nouum donans Laurentio, & in apertum eius pectus inſerens, dixit: *Cor iſtud cautè vt cuſtodias vide. nam iſtud cor meum eſt*. In Laurentij nouum cor. cadebat illud S. Bonauenturæ: *Dulcore tuo liquefactum eſt cor meum: amore tuo inflammata ſunt viſcera mea*. *ob.* 1638. 17. *Iunij.* *Cor cuſtodire.* *Pſ.* 38.

862 Hoc anno 22. Decembris indulgentijs dotata eſt noua Mediolani in Domo Profeſſorum erecta *Sodalitas felitiſſimi tranſitus* B. V. Eius teſſera eſt imago B. V. morientis. Secundâ menſis cuiuſuis Dominica cæleſti menſæ accumbunt in templo ibid. Sodales. Suprema LXXII. Sodalitij capita defendendæ Immaculatæ Conceptioni B. V. ſe voto obſtingunt, quoad per Eccleſiam id licet. S. Io: Damaſcenus: *O cauſa ſalutis mortalium, ò fida fidelium propugnatrix! ò peccatorum propitiatorium, ò fons omnis honeſti, ac bonorum ſuppeditatio*, DEI *Genitrix puriſſima*. *Mortem ſuam illi ſæpè commendare.* *m. ſ. ſer.* 5. *ode* 8.

863 Hoc anno Viennæ Auſtriæ P. *Ioannes Baptiſta*

Digitized by Google

ptiſta Poſarelli edidit *coronam*, ſeu librum de excel-
lentia Virginis, & imitatione. Refert, & fusè
probat illud S. Anſelmi: *Cui datum eſt, dulci ſtudio*
pag. 43. *ſæpè poſſe cogitare de B. Virgine, magnum is promeren-*
dæ ſalutis habet indicium. Mechliniæ item edidit P.
Hadrianus van Lyere Tractatum aſceticum *de religio-*
ne ac cultu SS *nominis* Mariæ. Antuerpiæ verò pro-
dijt *P. Petri Biueri* liber *de ſacris priuilegijs, ac feſtis*
pag. 27. 28.33.39. 44.46.54. 77.88.91 155.339. 387. *magnæ Filiæ, Sponſæ, ac Matris* Dei, & Sanctorum
Ioachimi, Annæ, Ioſephi. Ibi plura B. V. elogia
explicat: *Filia cordis* Dei; quam qui offendit, cor
diuinum lædit: *typus felicitatis, dies dierum, prima*
Dei *ſectatrix, firmamentum præcipuum, priuilegium*
priuilegiorum; primogenita Dei, cor myſticum, radius
deitatis, dulce myſterium, pretioſa charta, aura læti-
Scintillis iaculatorijs vti ad B. V. *tiæ, dies quietis, dulce feſtum*. Eiuſdem Biueri eſt
Oratorium piarum imaginum Immaculatæ Mariæ: quem
librum ægris noſtris in valetudinario, ſolatio fuiſſe
vidi. Bruxellæ lucem aſpexit *P. Henrici Nemij Ma-*
ria Mater miſericordiæ, aduocata fidelium animarum.
Hiſce annis prodijt etiã *P. Henrici Vuangnereck Zo-*
Muſica. *diacus Marianus*; & P. *Simonis Berent* muſicis modu-
lis accommodatæ *Litaniæ Lauretanæ*. Duaci autem
(annum certum non inuenio) horologium patien-
tis Iesv *corollæ Deiparæ* illigatum pio ingenio.
ob. Romæ 1638. 864 *Petrus Angelus Buonchriſtianus* Scholaſticus
frequenter ſcripto, ac ſuſpirio ita dicebat: *B. Vir-*
Cor illi dedicare. *gini* Mariæ *Matri meæ ego Petrus Angelus offero to-*
tum cor non ampliùs meum, ſed tuum. Fiat voluntas
tua. Proteſtor, *quod omne momentum, & reſpiratio*
vitæ meæ ſit veſtra, ò Iesv, & Maria. *tibi dedi-*
co cor meum; & per te Domino Iesv *ſeruatori meo, in*
holocauſtum perfectiſſimum. Vellem cor euellere poſſe
radicitùs; & illud in tuis benedictis manibus collocare.
Amen:

Digitized by Google

Amen : & nomen adiecit. Semper verum eſt illud Bernardi: *Hortus deliciarum nobis eſt Sacratiſſimus tuus vterus: quia ex eo multiplices gaudij flores colligimus quoties mente recolimus quàm magna multitudo dulcedinis toti orbi inde affulſit.* *t. 2. orat. ad B. V. fol. 403.*

ANNO MDCXXXIX.

865 *Petrus Baſtus* Coad hoc anno 20. Iunij expergefieri ſibi & vocari viſus eſt à tribus Cherubinis dicentibus: *Deipara te vocat.* abijt cum illis, & in ſacro in ſacra hoſtia illi viſa eſt repræſentari Aſſumptio Deiparæ illum aſpectu ſuo mirificè recreantis: id quod aiebat à ſe ſpectatum quotidie à feſto B. Aloyſij vſque ad feſtum S. P. Ignatij. *Aſſumptio.*

866 Hoc anno morienti in Vrbe Chuquiſaca P. *Didaco de Torres* Beatiſſimã Virginem Matrẽ cum Filio ſuo IESV apparuiſſe fama cõſtans affirmat. Idẽ *P. Didacus Torres* cùm ante quàm nomen Societati daret, Sodalitati B. V. à ſecretis eſſet, ſibi calamum concinnauit, quo, velut Virgini ſacro, ad eius tantùm obſequia in cœtu Parthenio vteretur. Et verò illum calamum, tanquam rem ſuam, videtur ſeruaſſe Virgo. Nam cùm æqualium quiſpiam illum calamum fortè ſurripuiſſet, iamque ſe ad ſcribendam ſuæ neſcio cui mollioris argumenti epiſtolam accingeret, noluit Virgo rem ſibi à Didaco dedicatam parùm caſto miniſterio contaminari. Quare impurus ille ſcriptor ſacro quodam horrore concuſſus ſenſit ſibi vi neſcio quâ calamum è manibus eripi, atque humi allidi. Hic idem fortaſſe fuerit ille calamus, de quo è Bonifacio & Bencio narrat Lechner, furem illum calami *Mariani* ſimul ſibi os palmâ verberari ſenſiſſe, ſimul hæc audiſſe: Etiamne, ſceleſte, rem mihi dicatam temerare audes impuro auſu? *Mors.* *ob. 1639. 13. Ian. in Peru.* *Caſtitas.* *Sod. Parth. l. 3. c. 1. n. 2.*

ob. 1639. Vlyſſip. 867 *Hieronymus de Sylua* Coad. 21. Nouembris cùm in itinere eſſet Socius P. Rectoris Collegij, eumque à longè ſequeretur dolens quòd illo Præ-
Feſta B. V. ſentatæ in templo Deiparæ die nec Rector diuinis operari, nec ipſe ſacrâ Synaxi frui poſſet, conſpectâ propè viam Deiparæ Matris ædiculâ, de
Præſentatio. iumento deſcendit, illamque inuiſit. Et ecce ingreſſus videre ſibi viſus eſt ad aræ latus P. Franciſcum Suarez (vita iam functum) ſupplicem iunctis manibus & ſurſum ſublatis, genibus verò humi nixum, vnà cum quinque Angelis eâ quâ Diaconi vti ſolent ſacrâ veſte inſignibus. Item ſextum Angelum, qui Hieronymo Euchariſtiam porrigebat. Inde digreſſus, conſcenſo iumento, ad locum in quo prandendum erat appulſus, ibidem aliam Deiparę ædem ad gratias pro beneficio agendas ingreſſus eſt. Mirum id viſum, quòd Rectore citiùs appuliſſet. A Rectore ergò templum ingreſſo in cæleſti quodam æſtu deprehenſus, iuſſuſque id quod erat aperuit plenus dulcium lachrymarum. Poſtridie vtroque domum appulſo, è cænobio S. Claræ à Sanctimoniali laudatæ virtutis ac tam Rectori quàm Hieronymo planè ignotâ, miſſæ literæ ad Rectorem omnia quæ in via geſta fuerant, adeóque, ipſam Hieronymo porrectam ab Angelo Euchariſtiam, narrauêre.

868 Idem *Hieronymus* à P. Hieronymo *Caruallio* edoctus eſt, vt ante meditationem coronam
Meditandi artem per illam petere. B. V. recitaret attentè: fore id præſentiſſimum remedium contra languorem omnem, quo hebetes in meditatione aliquando torpemus. Fecit id ille feliciter per omnem vitam. Noctu ergò coronâ B. V. recitatâ eò ſuauitatis in meditando & facilitatis perductus eſt ope Virginis exoratæ, vt etiam

ſi

Digitized by Google

ſi quatuor iam horis oraſſet ante alios, adhuc tamen communem cum alijs orandi horam ſuauiſſimè proſequeretur; cui etiam ſemihoram addebat. Diei Præſentationis B. V. celebrando ſe per totos decem dies præparabat. Ianitor factus, cœnæ tempus (nec enim cænabat) P. Franciſci Suarez hortatu, orationi dabat, orando nunquam languidus, nunquam feſſus: quod ille donum ſe à DEO per DEI Matrem habere agnouit. Notum, ac dulce eſt illud S. Bernardi: *Totis ergò medullis cordium, totis præcordiorum affectibus* MARIAM *hanc veneremur. Filioli, hæc peccatorum ſcala &c.* Idem dabat ſemihoram orationi *pro Sodalitatibus* quas in illa Prouincia habebat Virgo Mater: item pro earum *Præſidibus*; per quos gaudebat extendi illius gloriam de qua B. Petrus Damiani: *Attende Seraphim; & in illius ſuperiorioris naturæ ſuperuola dignitatem: & videbis; quicquid maius eſt, minus Virgine; ſolumque opificem opus iſtud ſupergredi.*

Præſentatio B. V.

S. de aquæductu.

Pro Sodalitatibus orare.

ſ. 1. in Natiuit B. V.

869 Hoc anno editus eſt P. *Alphonſi Andradæ Diſcurſus de Baptiſmo* B. V. ad Sodales. P. *Auguſtinus Conſalonerius*, præter alia, ab eo quo Societatem ingreſſus eſt anno, per totos 40. annos ſingulis diebus Sabbati aliquid *de vita B. V.* eſt meditatus: quo de argumento etiam luci publicę *meditationes* dedit. In meditatione nobis exardeſcit ignis, & fiducia erga illam, cui B. Petrus Damiani: *Scio, Domina, quia amas nos amore inuincibili, quos in te, & per te, Filius tuus, Deus tuus ſumma dilectione dilexit.* Etiam P. *Stephanus Binettus* edidit anno 1620. *teſſeram ſalutis cultum eſſe B. V.* Et anno 1635. Gallicè *principium operum Dei*, ſeu *Excellentias* B. V, in quibus, vt apis bona, ſeligit dicta in honorem B. V. vt è S. Io. Damaſceno; MARIA *eſt myſterium quod in æternum*

ob. 1639. Aronæ.

Sabbato de B. V. meditari.

S. 1. de Natiuit. B. V.

ob. Pariſiis 1639. 4. Iulÿ.

pag. 5. 8. 22. 345. 127. 66. 73. 83. 105. 137. 173. 339. 360. 374. 543. 688. 753. 767. 836.

erit myſterium : è S.Bernardino, *plus magnificat Deum Maria quàm omnis creatura ſimul ſumpta* : è B. Petro Damiani ; *Eſt Reſpublica omnium gratiarum* . è S.Bonauentura ; *mare omnium gratiarum* . è S. Dionyſio; *Eſt vera caliginoſitas* Dei. è S. Anſelmo ; *Eius ſuprema puritas omnem creaturæ puritatem tranſcendit incomparabili ſublimitate* : E Gregorio Nicomedienſi; *omnium pulchritudinum ſumma pulchritudo . Pulchrorum omnium ſummum ornamentum*. Ex Andrea Archiep. Hieroſ. *Omnis ſanctitatis theſaurus*. Ex Andrea Cretenſi ; *Scopus omnium Sanctorum* . è S.Birgitta: *cuius conceptio fuit aurea hora mundi*. è S.Laurentio Iuſtin. *quicquid eſt gloriæ , totum eſt in* Maria . E S. Ioanne Chryſoſtomo; *quæ vltra omnem naturæ modum modeſtiam & temperantiam excoluit* . è S.Bernardino ; *Orbis* Dei, è S.Ildephonſo ; *ex qua omnes beatificantur* . Plura deinde , etiam domeſtica , Marianorum exempla enarrat , & amorem quo ab illa *vſque ad delicias amamur* . Tum laudat illum , cuius illa vox circumfertur : *Quis mihi det corda omnium hominum qui ſunt , fuerunt , & erunt; vt amare te poſſim , Regina cœli , & terræ, amore immenſo!* Hoc etiam anno P. Iacobus Bernal edidit Gallicè B.Mariam *de bona voluntate* . Pater autem *Ludouicus* Maimbourg Rothomagi idibus Nouembris Panegyricum elegantem ſcripſit,& dixit (atque anno ſequenti edidit) Ludouico xiii. Regi Galliæ *ob Galliam Virgini conſecratam* : eumque in eo *Iuſtum*, & *Magnum* , & *Pium* fuiſſe oſtendit. Recenſet ingentia Deiparæ in Galliam beneficia : vbi ſuum quoque animum erga Deiparam explicat, & gaudet Galliam Deiparæ datam eſſe : ſcitè omnia, piè, ac eruditè .

Iaculatorÿs illam colere .

870 *P.Didacus de Alfaro* cùm ſtuderet , ſocios

Sab.

Sabbato quouis ad verberationem publicam in triclinum inuitabat amore diuinæ Matris, quam optabat omnium cordibus inſertam totâ ibi maieſtate regnare. Etiam puritatis illius famam Virgo Mater contra linguas ſeruauit illæſam. *Salue*, inquit S.Ioannes Damaſc. *ò Domina, decies millenis honorum vocabulis digna. Salue, fons benedictionis, profligatrix inferni, ipſum gaudij natale ſolum. O ſuper omnem caſtitatis perfectionem euecta, lætare.*

ol.1639. 17.Ian. in Paraquaria.

27.Ian in piet.Mar. Græcorū.

871 Audiuit è ſocijs quidam hoc anno Antuerpiæ, duos inuicem ita eſſe infenſos, vt eorum alter diceret, ſe ne quidem aperti inferni ſpectaculo adducendum ad veniam. Huic ille autor fuit adeundæ Hallenſis Deiparæ, cuius ara & ſacellum Societati commiſſum eſt. Abijt ille; & mite inde cor retulit à Virgine, odio in amorem conuerſo. Perilluſtris vir Gerardimontibus ab aliquo diſſidebat. Is pro ægro filio conceptis ad B. V. honorem votis cùm nil efficeret, Aloſto euocatum è Societate Patrem conſuluit. Is inimicitias primò ponendas dixit; tunc ſperandum benè. Diſcordioſorum enim votis veluti ſurdam eſſe Deiparam. Ignouit ſtatim: idque coram SS. Crucifixo Sacramenti religione firmauit: & filius æger conualuit ope Deiparæ. ad quam S.Io.Damaſc. *Largire precibus tuis infelici animæ meæ pœnitentiæ irradiationem: oſtende ſemitam qua ad Deum me deducas.* & S.Bernardus: *Quis tam idoneus vt loquatur ad cor D. N. Ieſu Chriſti, vt tu, felix* MARIA!

Corda dura per illam ſubigere.

Ignoſcere.

m.ſ.ode 7.

t. 2. orat. ad B. V. ſol 404.

872 Hoc anno *P. Alphonſus Cignardus* Mediolani librum edidit Italicè *de Congregatione feliciſſimi tranſitus, ſeu mortis B.Virginis* erecta in Domo Profeſſorum S.I. cuius cœtus finis eſt; omnem quæ adhiberi poſſit operam dare, vt ſupremæ horæ noſtræ

Colere B. V. morientem.

ſtræ

Digitized by Google

Sodalitas morientis B. V. ſtræ prouideatur ſub tutela Deiparæ, S. Ioſephi, S. Michaelis, Angelis Cuſtodis, S. Mar. Magdalenæ, & S. Barbaræ. Cœtus ſemel quotmenſibus celebratur atro parietum lugubrium cultu, & ſancto ſilentio. De efficacitate auxilij potentiſſimæ Virginis pro illo articulo, vel de morte &c. diſſeritur: mox meditatio, & contritionis formula conceptis verbis meditatè pronunciatur. Tum ex vrna ſorte in ſcheda aliquis virtutis actus educitur, die quoque adſcripto quo debeat exerceri pro mortis apparatione. S. Ioſeph Græcus: *Te, ait, ſcalam illam quæ ad cælum pertingebat, & in qua Deus innitebatur homines reddens cæleſtes, veneramur. Me dormitione negligentiæ grauatum exuſcita, neque ſinas me* *in m. ſ. 29. Oct.* *in mortem peccati obdormire. Te enim patronam, ac ducem vitæ meæ mihi vendico, ò Virgo.*

873 In Gallobelgica hoc anno 1639. de quodam adoleſcente paralytico (is fuit Franciſcus Pennant) B. Virginis ope ſanari petente, ſed ab ea *Vt aiunt annuæ Galleb. 1644.* ad S. Xauerium directo ita ſcribit eius confeſſarius: B. Virgo cum puero Ieſu ei apparuit (erat feſtum Natiuitatis B. V. anno 1639.) ſuadens adoleſcenti vt ſanitatem quam à Patrona ſuauiſſimè rogabat, à S. Xauerio (quem præſentem cum P. Marcello oſten- *In morbo.* debat) flagitaret. Etuerò ad præſentiam iconis S. Xauerij P. Maſtrillum ſanantis ſubitò conualuit; ſed iterùm relapſus eſt, ob incredulitatem paren- *Imaginē B. V. è collo geſtare.* tum. Demum ornatâ S. Xauerij icone (quam ille poſtea in Societatem cooptatus è collo geſtabat) ex paralyſi ſubitò firmus, & valens exilijt, domumque noſtram accurrit. Ita nos ad Sanctorum cultum, ita Sanctos, imò & Filium, ad nos iuuandos excitat Virgo Mater. Obijt in Societate anno 1653.

AN-

Digitized by Google

ANNO MDCXXXX. Soc. 100.

874 Seculari hoc Societatis ante centum annos à Paulo III. Pont. Max. confirmatæ anno, per vniuerſam Societatem redditæ Deo gratiæ: quarum magna pars & pompa fuit Beatiſſima Virgo; per quam gratias Deo egit Societas pro beneficijs per centum hoſce annos acceptis. Nimis prolixus ſim ſi eā per ſingulas Prouincias. Romæ is qui vltimo Secularis anni menſe, poſtridie poſt feſtum Natiuitatis Deiparæ pro Aſſiſtētia Germaniæ in maiore aula Gymnaſij Collegij Romani dixit Orator, actis DEI Matri gratijs, ad eius cunas & eam quæ ibidem Scholarum gradibus imminet Dei Matris lunæ ſemicirculo inſiſtentis imaginem alludens, illi lunatum centum annorum numerum ſubſtrauit ad pedes venerabundum; & vicenis plures gentium linguas (quibus in Germaniæ Aſſiſtentia Deiparæ gloriam, ſecundùm Deum, prædicat Societas,) cunis illius ſupplices ſtitit; vt gratias ageret illi cuius Natiuitatis feſtum iam centies celebrauit; & quam tum in ingeniorum, tum in animarum cultione beneficentiſſimam ſemper experta eſt. *Tu verò*, inquiebat, *annorum primipila, negotium ſeculorum, centies iam nobis renata, plena gratiarum, Vniuerſitatum noſtrarum Mater, Virgo Sapientiſſima; aſpice Aſſiſtentem Tibi inter Seculares Caroli Auſtriaci (anno 1540. cum Societate nati) & Leopoldi Ignatij (anno 1640. è Ferdinando III. Imperatore, Caroli nepote geniti) cunas, cunis Tuis Societatem Ieſu; & aureum gratiarum imbrem, qualis naſcente Mineruâ olim è cælo cecidit, in aurea illa, & Societati Tuæ benefica Ferdinandorum, Leopoldorumque capita demitte. Tu liber es aureis diuini amoris typis à Deo impreſſus, qui in omnibus Societatis Tuæ gymnaſiis explica-*

Gratias illi agere pro benef. Societati impetratis.

Is nunc eſt Romanorum Imperator.

plica-

plicaris. Tu Mater, tu album, ſeu vt vocant, Matricula, cui Sodales Academici ſua inſcribunt nomina. Tibi lunatum centum annorum numerum ſub pedes Tuos pro Luna ſternimus. Linguas quibus per annos centum gloria Tua ab hoc cœtu propagata eſt, ad infantes cunas Tuas ſiſtimus Tibi. Quicquid ibi gentium aut calamo, aut prælo ſudatum eſt, ſudatum eſt Tibi. Nulla enim earum linguarum eſt qua non propagetur tuus apud eas gentes honor, & gloria. Si verum eſt quod Dioſcorides, aliique affirmant, eos qui centum annos impleuerint cor non habere; centum iam annos nata Societas cor non habet. At cor nouum Societati iam tecum renatum eſt. Tu ergo, cor nobile, naſcens Domina, tu quæ vniuerſum Societatis pectus, inſtar cordis adeo impleuiſti, gratias pro Societate refer iis omnibus quibus totum hoc ſeculum debet Germana, Hungara, & omnium Aſſiſtentiæ Germaniæ nomine concluſarum gentium appellationem gerens Societas: & tunc demum verè pro anniſecularis coronamento, pro Aſſiſtentia Germaniæ, ex Tuo, & noſtro corde gratias egi, & dixi. Romæ 9. Sept. Sic ille, ſeu ego. Clamat nobis totum Societatis ſeculum, tot linguis quot annis, illud S. Anſelmi: *Eia, fratres, quantum poſſumus enitamur aliquando affectum illius tam bonæ Matris agnoſcere.*

Ee excell. B.V. c. 4. n. 9.

Caſus in Æthiopia 1640. 12. April.

875 *P. Brunus Brunus* ante initam Societatem in Seminario Romano, à prima die quâ S. Catharinæ Chriſto paruulo in B. Virginis ſinu ſedenti deſponſatæ imaginem vidit puer, illam quotidie manè ac veſperi ſalutauit, ſimili quopiam deſiderio accenſus; idque ſupra ſpem conſecutus, quando in Æthiopia poſtea laboranti, vt narraui in impreſſo nuper hîc Anno dierum illuſtrium, adfuit cum IESV paruulo in ſinu ſedente Chriſti Mater, cùm

12. April.

Bru-

Brunus fortitudinem animi & corporis peteret contra pericula & tormenta;eâq; vt ferũt,illi promiſsâ, ſpopondit fore vt non deficeret in tormentis: & inſerto illi in digitum cæleſti annulo, feſtum ei deſponſationis (quam olim puer in IESV & Catharinæ imagine coluerat) celebrauit. *Cui conceſſum fuerit, ſæpè dulci ſtudio poſſe cogitare de illa, magnum promerendæ ſalutis indicium eſſe coniecto*, inquit S. Anſelmus.

Ab illa vires petere ad patiendum.

De excell. B V. c. 4. n. 10

876 Sicut artes amandi turpiter docuêre obſcæna ingenia: ita caſtum *P. Antonij Deslions*, Marianumque ingenium, editis hoc anno *de cultu B. Virginis* elegiarum libris tribus, cæleſtis amoris artem induſtriamque cecinit, & B.V. Sodalibus in Belgio dedicauit carmine terſo, pio, ac digno luce illius ingenij.

Cultum B.V. carmine quoque docere.

877 Hoc anno Neapoli improbus ganeo cùm in chartarum luſu omnia perderet, inter mille blaſphema verba, chartas in B. V. imaginem, quæ iſtic erat, coniecit. Agebat iſtic celebrem tunc miſſionem *P. Vincentius Caraffa*, qui de ſcelere illo certior factus, tantum voluit potuitque, vt cubiculum illud in Deiparæ Sacellum tranſierit; & explicatâ nefandi ſceleris diritate, illa B.V. imago ſolenni ſupplicatione celebrata eſt, & ornata. Dixit ad concionem de Societate quidam; & illam Virginis iniuriam, ac aleæ atque chartarum damnatam ſcitè exaggerauit atque flagranter, vt ſublato clamore, clangens populus æſtuaret; ac vultibus, pectoribuſque percuſſis nonnulli, ſpiritu linquente, conciderent. Exaggeratus etiam chartarum, alearum, & id genus tabellarum aceruus coram B. Virginis imagine igni ſolenni datus, tanquam piaculum. Ita contumelia Virgini ab vno conſcelerato

Iniuriam illi factã honore nouo ſarcire

llata, publicis honoribus eſt ſuperata. Deleamus nos aliena contra Deiparam ſcelera; vt eius ope deleamus & noſtra. S.Io: Damaſcenus: *Chirographum delictorum meorum confringens, fac me dignum vt deſcribar in libro electorum.*

m.ſ. fer.2. ode 6.

Morti ſe parare per eius cultum.

878 Hoc anno in lucem primùm Græcij (poſtea ſæpiùs alibi) data eſt mea MARIA *Mater Agonizantium*, varijs Deiparam pro felici morte colendi officijs, documentis, exemplis explicata. Eodem hoc anno Mediolani poſita eſt ſolenni pompâ in templo Domus Profeſſæ ſtatua Beatiſſimæ Virginis *Morientium Aduocatæ* 7. Februarij. eiuſque imago æri inciſa ad publicam pietatem.

Coronationem B.V. celebrare.

pag.35.

879 Hoc item anno Mantuæ celebrata eſt apparatione ſolenni *Coronatio Beatiſs. Virginis*, Ducis Mantuæ iuſſu. In ea quid à Societate ſit præſtitum, deſcribit Scipio Agnellus Maffeus Epiſcopus libro Italicè Mantuæ in lucem dato. In templi propylæo, inter alia, B. Aloyſius Beatiſſimæ Virgini ſuam Domum commendans ſpectabatur.

ob. 1640. 12. Ian. Mors.

880 *P. Cornelio Murgia* Sardo, ſilentij, modeſtiæ, Angelicæ puritatis laude ſpectatiſſimo, paulò ante mortem fama eſt adfuiſſe Beatiſſimam Virginem Matrem, quæ paruulum è ſinu IESVM illi oſtendens, permagno illum ſolatio impleuit; vultum verò hæc videntis, radijs pulchræ lucis iucundè perfudit. S.Ioannes Chryſoſtomus: *O Virgo*, inquit, *tua dulcedine repletus eſt orbis terrarum.*

in m. ſ. homil. in Natiuit. Chriſti.

ob. 1640. Romæ.

ob. 1640. Aſchafenburgi.

881 *P. Alexander Donatus*, quem naſcentem *Sena vetus Ciuitas Virginis* dedit, edidit *Luctum Virginis Matris in morte Chriſti*; *Natalitia Magnæ Virginis*; *Sacellum Eſquilinum Virgini maximæ à Paulo V. Pont. erectum, dicatumque*. *P.* autem *Balthaſar Kitznerus Roſam* MARIANAM. *P. Paulus Scherlogus* in ſuis in

C an-

Cantica Canticorum commentarijs, quorum tomus tertius hoc anno prodijt Lugduni, vltimæ Veſtigationi titulum hunc præfigit: *Totum Salomonis Canticum de B.* MARIA *breuiter exponens, & eius vitæ præcipua geſta delibans.* Accedit ad calcem *Peroratio, & lucubrationum oblatio* D.*N.Ieſu Chriſto per manus Sanctæ eius Genitricis.* *P. Petrus Pennequin* impreſſit hoc anno Atrebati, poſtea Duaci anno 1641. recuſum *Primum Societatis* IESV *ſeculum Beatiſſimæ Virgini ſacrum* elegiarũ libris tribus. *P.Laurentius Chifſletius* I*deam præcipuorum actuum ad inuocandam miſericordiæ Matrem*; Bruxellis. Prouincia Flandrobelgica in publico lumine collocauit, Antuerpienſibus typis dato in lucem nobili volumine, *Imaginem primi ſeculi Societatis* IESV. Ibi,vt Sullæ de nocte Bellona; ita Ignatio in ipsâ peruigilatione nocturnâ MARIA, conſpicua ſpectabilem ſeſe exhibuit, eique præbuit Filium ſuum infantili ſpecie amabilem. Tu,Ignati, hoc fulmine armatus terribilis es. Ita ibi. Ibi Laynez pro Immaculata Orator. Ibi,præter feſtum *Præſentationis* Societate adnitente, auguſtâ celebritate auctum, ait feliciter increbuiſſe per plures vrbes feſtiuitatem nominis MARIÆ primùm Mechliniæ excitatam. Ibi MARIA dicitur nutrix, patrona, & altera Societatis autor. Eiuſdem feſtorum celebritas à Societate variè aucta. Illa multis autor fuit Societatem ingrediendi. Eiuſdem dolentis ſtationes in Belgio Societas excitat. Videri poteſt de hoc argumento etiam *P.Ioannes Baptiſta Vvens* in Ionam, in Dedicatione ad B. Virginem. Hoc anno *P. Touſſanus Bridoul* Inſulis dedit prælo *Gloriam mirabilium Deiparæ per ſingulos anni dies recurrentium.* Roganda eſt pro Societate vniuerſa Dei Mater ab ijs eius filijs, qui

pag. 779.
pag. 135. 142.
pag. 71. 138. 76. 77. 139. 779.
Vide totã orat. 5. *à pag.* 133.

Digitized by Google

Serm in Aſſumpt.

& illam & Societatem teneriore ſtudio proſequuntur, *vt* (quod olim petebat B. Petrus Damiani) *nobis ipſa ſenſum acuat, dirigat ſtylum; & linguam, calamumque pauperis venuſtiori reſpergat eloquio.*

ob. Pariſijs 1640.
l.3 c. 24.
l.5.c 8.
Amoris erga B. V. diuitias docere in amore Dei

882 *P. Iacobus Salianus* Annalium vet. teſtamenti autor, in eo quod Pariſijs anno 1631. edidit opere *de Amore Dei*, diuinam pulchritudinem etiam ex auguſtiſſimæ Virginis decore colligit, aitque tantam ineſſe diuiniſſimæ Virgini pulchritudinem, vt vni duntaxat Deo eiuſque vnigenito cedat; præterea nemini. Oſtendit in illa dulcedinem diuini amoris: ait nos à Chriſto in patria docendos maternæ virginitatis arcanum: ibi nos viſuros diuinam liberalitatem (ſi Chriſtum nobis datum excipias) nullo in munere tam luculenter eluxiſſe, quàm cùm illam nobis omnium electorum Reginam dedit. Dulcem, ac mellitum fore noſtrum in cælo erga Dei Matrem amorem, cùm agnoſcemus ſingillatim fuſas ab illa pro nobis preces, impetrata præſidia, pericula propulſata; cùm videbimus eius pulchritudinem, thronum, diuitias gloriæ, illius erga nos amorem ſynceriſſimum, atque tenerrimum. Dilatandum tunc admirabiliter exultans cor fortunatorum famulorum tantæ maieſtatis. Agit de eximia Deiparæ lenitate ac manſuetudine magiſtro Dei amore profectâ: de ſollicita illius charitate, de affinitate ipſius ad Devm reliquaſque diuinas perſonas, vt loquitur S. Thomas: eamque ſanguinis in primo gradu coniunctionem cum Chriſto, fundamentum eſſe omnis gratiæ ac prærogatiuæ quâ Deipara vnquam ornata eſt. Ad hæc, promptum & feruidum Deiparæ amorem enucleat.

lib.8.c.41. 42.
l.9.c.8.
ll. 11. c.9.
13. c.5.

P. Franciſcus Regis (vt ait eius diſcipulus,

&

Digitized by Google

& vitæ ſcriptor) docebat ſuos diſcipulos in familiari colloquio mille artes perſcitè colendi Beatiſſimam DEI Matrem. *ob. 1640. vlt. Dec.*

883 Carolo cuidam fidem ab eximia virtute commerito quid euenerit, ipſe datis anno 1644. 20. Maij ad P. Alphonſum de Oualle Chilenſem Procuratorem Romam literis, ita expoſuit: *Abhinc quinque annis cùm ad deliberandum de vitæ ineundæ ſtatu exercitijs vacarem, obtulit ſe mihi vigilanti ac meditanti hæc ſpecies. Aduolare primùm viſa eſt nubes; & Sanctos Dominicum, Bernardum, Franciſcum, mediumque inter illos Chriſtum exhibere. Altera parte nubes alia D. Virginem ferens obuerſata eſt. Et ecce Diua Virgo præbita Chriſto reuerentia cor aliquod obtulit: cui Chriſtus, vt pro arbitrio de illo ageret, indicauit. Intellexi ego eſſe meum cor, ſtatimque aduerti piam Matrem tradere illud S. Ignatio qui necdum antea comparuerat. Tum ego vocationem iſtam ad Societatem minùs probans, obſiſtere videbar Diuæ Virgini, quòd putarem molle nimis eius inſtitutum eſſe: quando ipſa dextrorſum proſpectans, me mihi oſtendit barbara in patria luto immerſum tenus genua, & cum ſudore iter molientem, vicinumq; cuipiam Indo arcu, & ſagittis inſtructo: quæſiuitque ex me quaſi increpitans, an molle eſſet iſtud vitæ genus? Tum verò ad Societatem ineundam, Indiaſque petendas Diuæ Virgini me deuoui: totaque ſpecies euanuit.*

Cor ad B. Virginis arbitrium accommodare.

PA-

PARALIPOMENA MARIANA

Quorundam quæ in hiſce Annalibus omiſſa ſunt in primo ſeculo, ſuis annis, & locis reponenda.

ANNO 1544.

884 *Ioannes Nunnez* Luſitanus, Abbas, poſtea Societate IESV initâ Æthiopiæ Patriarcha, cùm hoc anno incertus animi, ac deliberabundus hæreret quænam viuendi ratio ad beatam vitam eſſet magis expedita & DEO grata, rogabat aſſiduè DEI Matrem, optimam nutantium cordium conſultricem, vt conſultationem totam ipſa regeret. Narrabat poſtea Ioannes Melchiori germano ſuo; ſibi felicem illam ſui conſilij præſidem poſtridie kalendas Nouembris ipſo die fidelium animarum auguſtâ & amabili ſpecie coràm ſpectabilem adeſſe viſam cum Patre quopiam de Societate IESV, quem illa ſui *famuli* nomine honorabat, iubebatque Conimbricam proficiſci, & ab eius Patris ore conſilijſque pendere. Alij ex Oliuerio Manaræo probatæ fidei, atque illius ætatis viro rem ita narrant, vt Deipara Ioanni per quietem inter Patres hinc Petrum Fabrum, inde Franciſcum Stradam conſpecta, eum interrogârit: *Viſne Filio meo ad defatigationem vſque ſeruire?* Annuenti deinde dixiſſe; vt duos illos ſuos comites ſequeretur Ioannem demum in Petrum Fabrum inci[d]iſſe, atque ab eo ijſdem propè verbis interrogatum; *Viſne Chriſto ad defatigationem vſque ſeruire?* Vtrumque eſt ad rem noſtram; docetque debere conſuli à nobis, & coli Deiparam obſequijs Chriſto impenſis, ac impigritate amoris plenâ, ſeu amore minimè otioſo. Ita Ioannes in Societate factus eſt & ipſe *famulus* Virginis; cui ſeruire, eſt Deo obedire.

In dubijs conſultricem Deiparã adhibere.

2. Nou.

Chriſto ad defatigationẽ vſq; ſeruire.

AN-

ANNO MDXLVI.

885 S. P. Ignatius hoc anno Romæ Petro Ferro febribus per ſexaginta tres dies illum exurentibus ad extrema perducto prædixit fore vt breui à Beatiſſima Virgine ſanaretur. Adfuit nocte proximâ, vt refert Orlandinus, hiſt.l.6.n.9. cùm ſenſibus totis vigilaret ægrotus, amictu candido ſpectabilis Virgo Mater, quam cæleſtes virgines cingebant choro inſigni; quæ expreſſam ſui oris effigiem, ſimilem eius quæ ad cryptæ Ferratæ piè colitur, ægro dedit, eamque iuſſit admoueri præcordijs: quâ ille ad pectus admotâ, ſomno eſt conſopitus; dein excitatus, & ſanatus, poſtridiè à S. Ignatio viſitatus eſt, dicente: *Nonne ego dixi, fore, vt Dei Genitrix te ſanaret?* Hoc ex ipſo Petro iureiurando id affirmante poſtea compertum; qui certior factus eſt, illam Ignatij prædictionem ortam ex eiuſdem precibus, *quas ille Virginis ante genua pro ſui ſalute fundere ſit viſus*. *Illam in morbo tenerè colere.*

886 P. Petrus Faber hoc anno 1. Auguſti vitam felici, ſed acerbâ, morte confecit Romæ. Hic eſt ille Deiparæ famulus, Deiparæ comes, & pro conſiliario datus ab eadem Ioanni Nunnio. P. Frater Ioannes de la Parra ſcribit quandam Dei Matris imaginem, coram qua Petrus Faber ſupplex Gandi precabatur, ei oranti locutam. Alias etiam, eadem Deiparam, cùm P. Petrus piè oculos in il[illegible] defigeret, ait oculos hactenus demiſſos, & ferè [illegible] ſos, in P. Petrum amanter conuertiſſe; neq[illegible] ſtea clauſiſſe, aut demiſiſſe, verùm ita vt eos [illegible] rat retinuiſſe; ac eapropter ab eo tempore imaginem dictam *Noſtram Dominam de* [illegible] atque nunc etiam Madriti apud Sanctim[illegible] pretio reuerentiâque haberi.

Digitized by Google

ANNO MDLV.

Reſpectus humanos eius amore ſuperare.

887 P. Ignatius Martinez hoc anno in Catecheſi cùm de B. Virgine loquens, inuitanſque auditores, diceret; ecquis vellet honori Virginis Salutationem Angelicam *Aue* MARIA publicè recitare, cùm omnes tacerent humano quopiam, alioue reſpectu, ecce tibi in omnium oculis tener infans qui è Matris amplexu pendebat, licèt per ætatem loqui adhuc nihil ſciret, aut poſſet, diſertè tamen ac ſcitè *Aue* MARIA pronunciauit, quemadmodum ex ijs ipſis qui adfuêre accepimus. *Quidlibet potes*, ait illam laudans Græca Eccleſia, *vt Mater illius qui omnia poteſt*.

Menæa 7. April.

ANNO MDLVII.

Vid. Turſell. hiſt. Lauret. l. 3. c. 14.

888 Laureti hoc anno Patrum de Societate non nemo ſermonem de more ad Canonicos habebat. plerique Patrum, confeſſiones excipiebant aduenarum: nonnulli *in auguſtiſſima Virginis cella* DEO *ſupplicabant*; cùm repentè (quod habet Turſellinus) è ſummo tholo cæleſtis flamma, cometæ inſtar, emicare viſa dicitur; atque inde ſupra ſacellum lapſa, parùmper ibi ſtetiſſe: hinc ad concionem progreſſa, cunctis miraculo ac ſtupore torpentibus gratum præbuiſſe ſpectaculum: demum flexo in diuerſum curſu, ad deſtinatum confeſſionibus locum (pœnitentiariam appellant) ſupra Sacerdotum, pœnitentiumque capita diſcurriſſe. Seu tua, ſeu aliorum peccata expies, ſiue ad concionem dicas aut alium dicentem audias, ſiue ores; vbique ignis à DEO per DEI Matrem petendus eſt, qui te illuminet ac inflammet, quæ à S. Cath. Senenſi dicitur *Portatrix ignis*.

Deiparã pro confeſſione, et concione inuocare.

in orat. in fine Dial.

Sacch. n. 65.

889 P. Iacobus Ledeſma de Societate ineunda atque puritate perſeuerantiaque retinenda ſolicitus,

Bri-

Digitized by Google

Brixiæ (nã danda fides Sacchino) in duplici ea cura defixo præbuit ſeſe videndam Dei Genitrix Virgo. Species erat Sole pulchrior: comites aderant tres, Maria Magdalena, Catharina Virgo & Martyr, & Catharina Senenſis. Dulciſſimè affatur cæli Regina; nec modò pudicitiam & perſeuerantiam pollicetur, ſed etiam rurſus ad vitæ finem ſuam ſe illi ſpeciem commodaturam; tumque intellecturum, ſibi vera pollicitam, quàmque excellens ſit cordis corporiſque mundicia, & quantam gloriam allatura. Idipſum blando vultu adpromittere viſæ tres comites: quæ mox dum ſenſim recedunt, ſuauiſſimè continentes caſtimoniam prædicabant. Ex quo cantu ſimplices hoſce verſiculos refert Ioannes Ferdinandius, qui Romæ Theologiam tunc explicans interfuit cùm Ledeſma moriens hæc prodidit: *Quantum eſt*, canebant ſacræ illæ de cælo hoſpites, *quantum eſt donum caſtitatis quod Deus confert pietatis?* Alij eoſdem canentium Sanctarum verſus ita referunt:

Curâ ſuæ puritatis illi per Chriſtum committere.
Item perſeuerãtiæ.

Diuina res eſt caſtitas,
Diuina ſunt & præmia
Quæ continenti dat Deus.

890. Hoc anno Collegium Lauretanum (inquit Sacchinus) DEI erga ſe, *Matriſque Sanctiſſimæ* miram benignitatem expertum. A Rectore pauxillum farinæ, & ſaccari, & aliquot oua miſſa ad Ludouicam honeſtam fœminam, vt in ſolamen ægrotantium aliquid placentularum conficiat. Ludouica, filia, & neptis, dum vnà officioſi laboris delibant partem, mirâ quadam pietate ſuccendi ac impleri cœperunt, & ſentire maſſam dum tractant intra manus quodammodo augeri. Inde numerum ingentem bellariorum conficiunt: & poſtremò

Sacch. à n. 94.
Rei domeſticæ illã præficere.
Labores manuum illi dedicare.

dum mactram euerrunt collecturæ ſi quid farinæ reſederit, propè diſcum in quo fuerat allata, denuò complent. Oliuerius Manaræus Rector, qui perpaucas placentulas, pro materia præbita, expectabat, vbi magnum caniſtrum plenum aſpicit, ac de farina nihil penè detractum, rei neſcius, de Ludouicâ grauiter queſtus eſt, quòd ſibi fidem fefelliſſet. Etenim ſeriò fœminæ interdixerat, ne quid de ſuo, præter operam, adhiberet. Illa verò & puellæ conſtanter aſſeuerant, præter aquæ roſaceæ exiguum quiddam, & aliud neſcio quid ad condiendum adhi ſolitum, omninò additum nihil; imò farinæ totum id planè quod remiſerant ſuperfuiſſe. Cæterùm ex inſolito ardore pietatis, copiâque dulcedinis diuinæ (quantam ne in auguſtiſſima quidem DEI Genitricis cella inter preces ante guſtaſſent) facilè aduertiſſe ſe DEI præſentiam aliquid ſupra vires naturæ agentis. Omitto reliqua quæ ibi ad rem per plures cum accuratione omni examinatam refert Sacchinus. Etiam ſub ipſum SS. Euchariſtiæ vel ſumendæ, vel ſumptæ tempus, & poſtea per omnem vitam nil ſignificauêre aliud omnes illæ, niſi eius temporis beatam ſibi vſuram fuiſſe: ac planè ſenſiſſe, dum maſſa tractaretur, eâ manum magis ac magis impleri.

In menſa Deiparæ minuiſſe

891 Ibidem panum quoque numerum in triclinio auctum refert, idque non ſemel, & citra vllam fraudis ſuſpicionem. Gubernator Lauretanus, & is qui rationum tabulas conficiebat palàm ſunt profeſſi, biennio quo Lauretum Societas aduocata eſſet, magnam ſummam, ad bina ferè millia aureorum nummûm in tabulis expenſi patere ampliùs quàm in accepti tabulis extaret: & tamen nihil æris alieni eſſe contractum; nec perſpici quomo-

Digitized by Google

modo tabulæ non conuenirent, cùm rerum ſingularum ratio conſtaret optimè, nec quicquam eſſet acceptum quod non eſſet diligenter in tabulas relatum. Quare apertè illi rem B. Virgini tribuebant, cuius in gratiam Filius, qui fecerat olim ex aqua vinum, nummos nunc in ærario multiplicaſſet.

ANNO MDLVIII.

892 Hoc anno ea quæ *ad Scalam* dicitur Conimbricæ B. Virginis imago P. Sebaſtiano Barradas, tunc adoleſcenti, diſertè dixiſſe fertur; vt Societati IESV nomen daret.

Vocationem ſuam illi commendare.

893 *Ioannes de Cruce* Coadiutor Hiſpanus hoc anno Societatem amplexus Florentiæ, vir ſimplex, & rectus, inducere animum non poterat ad confeſſionem generalem de totâ vitâ inſtituendam; idque diſſimulanter in eo habitum eſt tantiſper; quippe cùm id ab eo fieri conſtaret ſinè vlla ſuſpicione maliciæ. Sperabatur fore, vt ſenſim ad hoc adduci poſſet, poſtea magis condocefactus. Et verò ita euenit. Nam Ioanni nocte intempeſtâ in lectulo ſuo vigili adfuit conſpicua Regina gloriæ vultu ſeuerâ maieſtate minaci: &, *Quæ*, aiebat, *hæc tua refractariola mens ad parendum eſt*, Ioannes, *quòd præter morem alijs vſitatum, audeas in Societate mei* Filij *degere, vitæ anteactæ noxis per generalem confeſſionem minimè expiatis?* Hiſce minaciter dictis, abibat illa ex oculis: & Ioannes clamore ſublato abeuntem inclamans, promittebat ſe confeſtim imperata facturum. Concurrêre vicini clamore illo exciti; & ille id quod erat palàm omnibus narrans, confeſſionem à Deipara imperatam eſt executus.

Valtrinus m.ſ.§.4.

Confeſſionem generalem aliquando inſtituere.

894 P. Cornelio Viſhauæo hoc anno coram B. Virginis imagine petenti vbi P. Petrum Fabrum

dum mactram euerrunt collecturæ ſi quid farinæ reſederit, propè diſcum in quo fuerat allata, denuò complent. Oliuerius Manaræus Rector, qui perpaucas placentulas, pro materia præbita, expectabat, vbi magnum caniſtrum plenum aſpicit, ac de farina nihil penè detractum, rei neſcius, de Ludouicâ grauiter queſtus eſt, quòd ſibi fidem fefelliſſet. Etenim feriò fœminæ interdixerat, ne quid de ſuo, præter operam, adhiberet. Illa verò & puellæ conſtanter aſſeuerant, præter aquæ roſaceæ exiguum quiddam, & aliud neſcio quid ad condiendum addi ſolitum, omninò additum nihil; imò farinæ totum id planè quod remiſerant ſuperfuiſſe. Cæterùm ex inſolito ardore pietatis, copiâque dulcedinis diuinæ (quantam ne in auguſtiſſima quidem Dei Genitricis cella inter preces ante guſtaſſent) facilè aduertiſſe ſe Dei præſentiam aliquid ſupra vires naturæ agentis. Omitto reliqua quæ ibi ad rem per plures cum accuratione omni examinatam refert Sacchinus. Etiam ſub ipſum SS. Euchariſtiæ vel ſumendæ, vel ſumptæ tempus, & poſtea per omnem vitam nil ſignificauêre aliud omnes illæ, niſi eius temporis beatam ſibi vſuram fuiſſe: ac planè ſenſiſſe, dum maſſa tractaretur, eâ manum magis ac magis impleri.

In menſa Deiparæ meminiſſe

891 Ibidem panum quoque numerum in triclinio auctum refert, idque non ſemel, & citra vllam fraudis ſuſpicionem. Gubernator Lauretanus, & is qui rationum tabulas conficiebat palàm ſunt profeſſi, biennio quo Lauretum Societas aduocata eſſet, magnam ſummam, ad bina ferè millia aureorum nummûm in tabulis expenſi patere ampliùs quàm in accepti tabulis extaret: & tamen nihil æris alieni eſſe contractum; nec perſpici quomo-

Digitized by Google

modo tabulæ non conuenirent, cùm rerum ſingularum ratio conſtaret optimè, nec quicquam eſſet acceptum quod non eſſet diligenter in tabulas relatum. Quare apertè illi rem B. Virgini tribuebant, cuius in gratiam Filius, qui fecerat olim ex aqua vinum, nummos nunc in ęrario multiplicaſſet.

ANNO MDLVIII.

892 Hoc anno ea quæ *ad Scalam* dicitur Conimbricæ B. Virginis imago P. Sebaſtiano Barradas, tunc adoleſcenti, diſertè dixiſſe fertur; vt Societati IESV nomen daret. *Vocationem ſuam illi commendare.*

893 *Ioannes de Cruce* Coadiutor Hiſpanus hoc anno Societatem amplexus Florentiæ, vir ſimplex, & rectus, inducere animum non poterat ad confeſſionem generalem de totâ vitâ inſtituendam; idque diſſimulanter in eo habitum eſt tantiſper; quippe cùm id ab eo fieri conſtaret ſinè vlla ſuſpicione maliciæ. Sperabatur fore, vt ſenſim ad hoc adduci poſſet, poſtea magis condocefactus. Et verò ita euenit. Nam Ioanni nocte intempeſtâ in lectulo ſuo vigili adſuit conſpicua Regina gloriæ vultu ſeuerâ maieſtate minaci: &, *Quæ*, aiebat, *hæc tua refractariola mens ad parendum eſt*, Ioannes, *quòd præter morem alijs vſitatum, audeas in Societate mei* Filij *degere, vitæ anteactæ noxis per generalem confeſſionem minimè expiatis?* Hiſce minaciter dictis, abibat illa ex oculis: & Ioannes clamore ſublato abeuntem inclamans, promittebat ſe confeſtim imperata facturum. Concurrêre vicini clamore illo exciti; & ille id quod erat palàm omnibus narrans, confeſſionem à Deipara imperatam eſt executus. *Valtrinus m.ſ.§.4.* *Confeſſionem generalem aliquando inſtituere.*

894 P. Cornelio Viſhauæo hoc anno coram B. Virginis imagine petenti vbi P. Petrum Fabrum

Digitized by Google

dum mactram euerrunt collecturæ ſi quid farinæ reſederit, propè diſcum in quo fuerat allata, denuò complent. Oliuerius Manaræus Rector, qui perpaucas placentulas, pro materia præbita, expectabat, vbi magnum caniſtrum plenum aſpicit, ac de farina nihil penè detractum, rei neſcius, de Ludouicâ grauiter queſtus eſt, quòd ſibi fidem fefelliſſet. Etenim ſeriò fœminæ interdixerat, ne quid de ſuo, præter operam, adhiberet. Illa verò & puellæ conſtanter aſſeuerant, præter aquæ roſaceæ exiguum quiddam, & aliud neſcio quid ad condiendum addi ſolitum, omninò additum nihil; imò farinæ totum id plane quod remiſerant ſuperfuiſſe. Cæterùm ex inſolito ardore pietatis, copiâque dulcedinis diuinæ (quantam ne in auguſtiſſima quidem DEI Genitricis cella inter preces ante guſtaſſent) facilè aduertiſſe ſe DEI præſentiam aliquid ſupra vires naturæ agentis. Omitto reliqua quæ ibi ad rem per plures cum accuratione omni examinatam refert Sacchinus. Etiam ſub ipſum SS. Euchariſtiæ vel ſumendæ, vel ſumptæ tempus, & poſtea per omnem vitam nil ſignificauêre aliud omnes illæ, niſi eius temporis beatam ſibi vſuram fuiſſe: ac planè ſenſiſſe, dum maſſa tractaretur, eâ manum magis ac magis impleri.

In menſa Deiparæ meminiſſe

891 Ibidem panum quoque numerum in triclinio auctum refert, idque non ſemel, & citra vllam fraudis ſuſpicionem. Gubernator Lauretanus, & is qui rationum tabulas conficiebat palàm ſunt profeſſi, biennio quo Lauretum Societas aduocata eſſet, magnam ſummam, ad bina ferè millia aureorum nummûm in tabulis expenſi patere ampliùs quàm in accepti tabulis extaret: & tamen nihil æris alieni eſſe contractum; nec perſpici quomo-

modo tabulæ non conuenirent, cùm rerum ſingularum ratio conſtaret optimè, nec quicquam eſſet acceptum quod non eſſet diligenter in tabulas relatum. Quare apertè illi rem B. Virgini tribuebant, cuius in gratiam Filius, qui fecerat olim ex aqua vinum, nummos nunc in ęrario multiplicaſſet.

ANNO MDLVIII.

892 Hoc anno ea quæ *ad Scalam* dicitur Conimbricæ B. Virginis imago P. Sebaſtiano Barradas, tunc adoleſcenti, diſertè dixiſſe fertur; vt Societati Iesv nomen daret. *Vocationem ſuam illi commendare.*

893 *Ioannes de Cruce* Coadiutor Hiſpanus hoc anno Societatem amplexus Florentiæ, vir ſimplex, & rectus, inducere animum non poterat ad confeſſionem generalem de totâ vitâ inſtituendam; idque diſſimulanter in eo habitum eſt tantiſper; quippe cùm id ab eo fieri conſtaret ſinè vlla ſuſpicione maliciæ. Sperabatur fore, vt ſenſim ad hoc adduci poſſet, poſtea magis condocefactus. Et verò ita euenit. Nam Ioanni nocte intempeſtâ in lectulo ſuo vigili adſuit conſpicua Regina gloriæ vultu ſeuerâ maieſtate minaci: &, *Quæ*, aiebat, *hæc tua refractariola mens ad parendum eſt*, Ioannes, *quòd præter morem alijs vſitatum, audeas in Societate mei* Filij *degere, vitæ anteactæ noxis per generalem confeſſionem minimè expiatis?* Hiſce minaciter dictis, abibat illa ex oculis: & Ioannes clamore ſublato abeuntem inclamans, promittebat ſe confeſtim imperata facturum. Concurrêre vicini clamore illo exciti; & ille id quod erat palàm omnibus narrans, confeſſionem à Deipara imperatam eſt executus. *Valtrinus m.ſ.§.4.* *Confeſſionem generalem aliquando inſtituere.*

894 P. Cornelio Vishauæo hoc anno coram B. Virginis imagine petenti vbi P. Petrum Fabrum

Digitized by Google

dum mactram euerrunt collecturæ ſi quid farinæ reſederit, propè diſcum in quo fuerat allata, denuò complent. Oliuerius Manaræus Rector, qui perpaucas placentulas, pro materia præbita, expectabat, vbi magnum caniſtrum plenum aſpicit, ac de farina nihil penè detractum, rei neſcius, de Ludouicâ grauiter queſtus eſt, quòd ſibi fidem fefelliſſet. Etenim feriò fœminæ interdixerat, ne quid de ſuo, præter operam, adhiberet. Illa verò & puellæ conſtanter aſſeuerant, præter aquæ roſaceæ exiguum quiddam, & aliud neſcio quid ad condiendum addi ſolitum, omninò additum nihil; imò farinæ totum id planè quod remiſerant ſuperfuiſſe. Cæterùm ex inſolito ardore pietatis, copiâque dulcedinis diuinæ (quantam ne in auguſtiſſima quidem DEI Genitricis cella inter preces ante guſtaſſent) facilè aduertiſſe ſe DEI præſentiam aliquid ſupra vires naturæ agentis. Omitto reliqua quæ ibi ad rem per plures cum accuratione omni examinatam refert Sacchinus. Etiam ſub ipſum SS. Euchariſtiæ vel ſumendæ, vel ſumptæ tempus, & poſtea per omnem vitam nil ſignificauêre aliud omnes illæ, niſi eius temporis beatam ſibi vſuram fuiſſe: ac planè ſenſiſſe, dum maſſa tractaretur, eâ manum magis ac magis impleri.

In menſa Deiparæ meminiſſe

891 Ibidem panum quoque numerum in triclinio auctum refert, idque non ſemel, & citra vllam fraudis ſuſpicionem. Gubernator Lauretanus, & is qui rationum tabulas conficiebat palàm ſunt profeſſi, biennio quo Lauretum Societas aduocata eſſet, magnam ſummam, ad bina ferè millia aureorum nummûm in tabulis expenſi patere ampliùs quàm in accepti tabulis extaret: & tamen nihil æris alieni eſſe contractum; nec perſpici quo-

mo-

modo tabulæ non conuenirent, cùm rerum ſingularum ratio conſtaret optimè, nec quicquam eſſet acceptum quod non eſſet diligenter in tabulas relatum. Quare apertè illi rem B. Virgini tribuebant, cuius in gratiam Filius, qui fecerat olim ex aqua vinum, nummos nunc in ęrario multiplicaſſet.

ANNO MDLVIII.

892 Hoc anno ea quæ *ad Scalam* dicitur Conimbricæ B. Virginis imago P. Sebaſtiano Barradas, tunc adoleſcenti, diſertè dixiſſe fertur; vt Societati IESV nomen daret. *Vocationem ſuam illi commendare.*

893 *Ioannes de Cruce* Coadiutor Hiſpanus hoc anno Societatem amplexus Florentiæ, vir ſimplex, & rectus, inducere animum non poterat ad confeſſionem generalem de totâ vitâ inſtituendam; idque diſſimulanter in eo habitum eſt tantiſper; quippe cùm id ab eo fieri conſtaret ſinè vlla ſuſpicione maliciæ. Sperabatur fore, vt ſenſim ad hoc adduci poſſet, poſtea magis condocefactus. Et verò ita euenit. Nam Ioanni nocte intempeſtâ in lectulo ſuo vigili adſuit conſpicua Regina gloriæ vultu ſeuerâ maieſtate minaci: &, *Quæ*, aiebat, *hæc tua refractariola mens ad parendum eſt*, Ioannes, *quòd præter morem alijs vſitatum*, *audeas in Societate mei* Filij *degere*, *vitæ anteactæ noxis per generalem confeſſionem minimè expiatis?* Hiſce minaciter dictis, abibat illa ex oculis: & Ioannes clamore ſublato abeuntem inclamans, promittebat ſe confeſtim imperata facturum. Concurrêre vicini clamore illo exciti; & ille id quod erat palàm omnibus narrans, confeſſionem à Deipara imperatam eſt executus. *Valtrinus m.ſ.§.4.* *Confeſſionem generalem aliquando inſtituere.*

894 P. Cornelio Viſhauæo hoc anno coram B. Virginis imagine petenti vbi P. Petrum Fabrum

Digitized by Google

ANNO MDLV.

Reſpectus humanos eius amore ſuperare.

887 P. Ignatius Martinez hoc anno in Catecheſi cùm de B. Virgine loquens, inuitanſque auditores, diceret; ecquis vellet honori Virginis Salutationem Angelicam *Aue* MARIA publicè recitare, cùm omnes tacerent humano quopiam, aliouè reſpectu, ecce tibi in omnium oculis tener infans qui è Matris amplexu pendebat, licèt per ætatem loqui adhuc nihil ſciret, aut poſſet, diſertè tamen ac ſcitè *Aue* MARIA pronunciauit, quemadmodum ex ijs ipſis qui adfuêre accepimus. *Quidlibet potes*, ait illam laudans Græca Eccleſia, *vt Mater illius qui omnia poteſt*.

Menæa 7. April.

ANNO MDLVII.

Vid. Turſell. hiſt. Lauret. l. 3. c. 14.

888 Laureti hoc anno Patrum de Societate non nemo ſermonem de more ad Canonicos habebat. plerique Patrum, confeſſiones excipiebant aduenarum: nonnulli *in auguſtiſſima Virginis cella* DEO *ſupplicabant*; cùm repentè (quod habet Turſellinus) è ſummo tholo cæleſtis flamma, cometæ inſtar, emicare viſa dicitur; atque inde ſupra ſacellum lapſa, parùmper ibi ſtetiſſe: hinc ad concionem progreſſa, cunctis miraculo ac ſtupore torpentibus gratum præbuiſſe ſpectaculum: demum flexo in diuerſum curſu, ad deſtinatum confeſſionibus locum (pœnitentiariam appellant) ſupra Sacerdotum, pœnitentiumque capita diſcurriſſe. Seu tua, ſeu aliorum peccata expies, ſiue ad concionem dicas aut alium dicentem audias, ſiue ores; vbique ignis à DEO per DEI Matrem petendus eſt, qui te illuminet ac inflammet, quæ à S. Cath. Senenſi dicitur *Portatrix ignis*.

Deiparã pro confeſſione, et concione inuocare.

in orat. in fine Dial.

Sacch. n. 65.

889 P. Iacobus Ledeſma de Societate ineunda atque puritate perſeuerantiaque retinenda ſolicitus,

Bri-

Brixiæ (nā danda fides Sacchino) in duplici ea cura defixo præbuit ſeſe videndam Dei Genitrix Virgo. Species erat Sole pulchrior: comites aderant tres, Maria Magdalena, Catharina Virgo & Martyr, & Catharina Senenſis. Dulciſſimè affatur cæli Regina; nec modò pudicitiam & perſeuerantiam pollicetur, ſed etiam rurſus ad vitæ finem ſuam ſe illi ſpeciem commodaturam; tumque intellecturum ſibi vera pollicitam, quàmque excellens ſit cordis corporiſque mundicia, & quantam gloriam allatura. Idipſum blando vultu adpromittere viſæ tres comites: quæ mox dum ſenſum recedunt, ſuauiſſimè continentes caſtimoniam prædicabant. Ex quo cantu ſimplices hoſce verſiculos refert Ioannes Ferdinandius, qui Romæ Theologiam tunc explicans interfuit cùm Ledeſma moriens hæc prodidit: *Quantum eſt*, canebant ſacræ illæ de cælo hoſpites, *quantum eſt donum caſtitatis quod Deus confert pietatis?* Alij eoſdem canentium Sanctarum verſus ita referunt:

Curā ſuæ puritatis illi per Chriſtum committere. Item perſeuerātiæ.

Diuina res eſt caſtitas,
Diuina ſunt & præmia
Quæ continenti dat Deus.

890. Hoc anno Collegium Lauretanum (inquit Sacchinus) DEI erga ſe, *Matriſque Sanctiſſimæ* miram benignitatem expertum. A Rectore pauxillum farinæ, & ſaccari, & aliquot oua miſſa ad Ludouicam honeſtam fœminam, vt in ſolamen ægrotantium aliquid placentularum conficiat. Ludouica, filia, & neptis, dum vnà officioſi laboris delibant partem, mirâ quadam pietate ſuccendi ac impleri cœperunt, & ſentire maſſam dum tractant intra manus quodammodo augeri. Inde numerum ingentem bellariorum conficiunt: & poſtremò

Sacch. à n.94.

Rei domeſticæ illi præficere.

Labores manuum illi dedicare.

modo tabulæ non conuenirent, cùm rerum ſingularum ratio conſtaret optimè, nec quicquam eſſet acceptum quod non eſſet diligenter in tabulas relatum. Quare apertè illi rem B. Virgini tribuebant, cuius in gratiam Filius, qui fecerat olim ex aqua vinum, nummos nunc in ęrario multiplicaſſet.

ANNO MDLVIII.

892 Hoc anno ea quæ *ad Scalam* dicitur Conimbricæ B. Virginis imago P. Sebaſtiano Barradas, tunc adoleſcenti, diſertè dixiſſe fertur; vt Societati IESV nomen daret.

Vocationem ſuam illi commendare.

893 *Ioannes de Cruce* Coadiutor Hiſpanus hoc anno Societatem amplexus Florentiæ, vir ſimplex, & rectus, inducere animum non poterat ad confeſſionem generalem de totâ vitâ inſtituendam; idque diſſimulanter in eo habitum eſt tantiſper; quippe cùm id ab eo fieri conſtaret ſinè vlla ſuſpicione maliciæ. Sperabatur fore, vt ſenſim ad hoc adduci poſſet, poſtea magis condocefactus. Et verò ita euenit. Nam Ioanni nocte intempeſtâ in lectulo ſuo vigili adſuit conſpicua Regina gloriæ vultu ſeuerâ maieſtate minaci: &, *Quæ*, aiebat, *hæc tua refractariola mens ad parendum eſt*, *Ioannes*, *quòd præter morem alijs vſitatum*, *audeas in Societate mei* Filij *degere*, *vitæ anteactæ noxis per generalem confeſſionem minimè expiatis?* Hiſce minaciter dictis, abibat illa ex oculis: & Ioannes clamore ſublato abeuntem inclamans, promittebat ſe confeſtim imperata facturum. Concurrêre vicini clamore illo exciti; & ille id quod erat palàm omnibus narrans, confeſſionem à Deipara imperatam eſt executus.

Valtrinus m.ſ. §. 4.

Confeſſionem generalem aliquando inſtituere.

894 P. Cornelio Vishauæo hoc anno coram B. Virginis imagine petenti vbi P. Petrum Fabrum

Digitized by Google

ſpiritualis ſuæ viæ ducem futurum, ſed antehac ignotum, reperiret; diuinitùs è cælo allata vox, illum ad dexteram in platea, & ad tertiam ſiniſtræ partis domum mittere videbatur. Ibi quæſitum, P. Petrum Fabrum reperit, ductu Virginis conſultricis.

895 *P. Conſaluus Sylueria* Monomotapam appulſus, elegantem, quam ſecum habebat, Deiparæ imaginem Regi petenti & venerabundo dedit, vt habet Acoſta, eidemque quaſi ſacellum in cubiculo Regio adornauit. Narrant, ipſo Rege id illis teſtato, Luſitani noctibus deinceps circiter quinque Reginam cælorum eâ ipſâ ſpecie quam tabula oſtenderet, diuinâ circumfuſam luce, ſuauique ſplendore fulgentem, auguſtiſſimo ſimul, ac iucundiſſimo aſpectu dormitanti Regi adſtitiſſe: quod ille manè Matri narrabat rei nouitate vehementer attonitus; itemque Luſitanis, qui rem ſtatim Conſaluo renunciabant. Poſtremò Rex Conſaluum ipſum accerſit; ait ſe mirum in modum angi, quòd ſermonem Reginæ eius quæ ſecum ſingulis noctibus loqueretur, non intelligeret. cui Conſaluus, cùm eam eſſe linguam diuinam dixiſſet, quam nemo cognoſceret, niſi qui ſacroſanctis eius Reginæ Filij legibus pareret, quinto circiter & vigeſimo poſt aduentum Conſalui die Rex & Mater à Conſaluo ſunt baptizati.

hiſt. orient. fol. 30. 31.

Imagines Deiparæ venerari.

Inſpirationibus bonis parere.

ANNO MDLXI.

896 Ægidius Montanus culpam quam contra obedientiam commiſerat (quod eſt in Societatis hiſtoria) ritè eluit, ac Romæ tertiæ in Grammatica claſſi præfectus eſt. Narrauit ille deinde ſub mortem Patri Emmanueli Sà, & alijs, ſibi nocte quadam intempeſtâ vigili viſum cubiculum in quo iace-

ob. 1561.

Digitized by Google

iacebat totum magno iucundoque completum lumine: deinde viſum ſibi, cubiculi tecto patefacto, ita vt cælum pateret, ſuſtolli in altum, & quaſi plumbeâ circumdatum veſte; quæ veſtis, tanquam colliqueſcente ſenſim, & collabente plumbo, quò ipſe altiùs attollebatur, hoc fiebat leuior: cùmque euectus tandem ad ſolium auguſtiſſimum DEI eſſet, nec auderet oculos ad eius conſpectum erigere, iuſſum à Deo bono animo eſſe, ſeque intueri: iam condonatam noxam cuius puderet. Cùm ergò animo ex ijs verbis ſumpto fixiſſet in DEVM oculos, eoque ſpectaculo fruitus aliquamdiu eſſet, cognouiſſe; *die Annunciationis Deiparæ* horâ diei ſupremâ ſibi moriendum; & annuo circiter ſpacio duos inſignes Collegij homines ereptum iri. Hæc Sacchinus. *De propitiato peccato non eſſe ſine metu. n.65.*

897 Hoc anno P. Bernardino Realino diuina in ſe beneficia expendenti, ex apertâ ſerenâque nube videri viſa eſt & loqui Auguſta cæli Regina manum porrigens, & dicens: *Veni, amice, Veni!*

ANNO MDLXII.

898 *P. Antonius Martinez* Roſarij MARIANI pietatem in ſacra quadam Societatis expeditione ardenter explicabat, omneſque ad illam cohortabatur, à populo dictus *cereus ardens Beatiſſimæ Virginis*, cognomento inde nato, quòd eam Antonij pietatem palàm honoraſſe dictus ſit Deus. Per eos enim dies quibus hæc agebat Antonius, illuſtris candela ſuper B. Virginis imaginem ardere diuinitùs conſpecta eſt, ſymbolum cordis & linguæ Antonij puro MARIÆ Deiparæ amore ardentis, & alios accendentis. *ob. 1562. 6. Iulij.* *De B. V. ardenter loqui.*

ANNO MDLXIII.

899 P. Conſaluo de Mello moris fuit, vt in itineribus ad Beatiſſimæ Virginis amorem ſe liberaliùs *ob. 1563. 14. Maij.*

per

Digitized by Google

Per iter illam orare. per varias preces effunderet. Id aliquando per iter agente illo, videre ſibi videbatur ſocius comitem iuiſſe in excelſo Deiparam velut æquis cum illo paſſibus ambulantem, & annumerantem ſingula quæ Conſaluus agebat officia pietatis.

ANNO MDLXIV.

900 Alphonſus Rodriguez Coad. die Aſſumptionis B. V. poſt communionem gratijs agendis intentus, Deiparam, ſtipantibus eam Angelis, ab æterno Patre in altum eleuatam, coronatamque aſpexiſſe fertur in vita quam plures edidêre: vbi etiam dicitur, quòd ipſa Regina gloriæ Alphonſum manu prehenſum, coram Angelo cuſtode, & S. Franciſco (quem ille vnicè colebat) æterno Patri obtulerit, velut munus, repentè in loco excelſo & lucidiſſimo collocatum.

Gloria Deiparæ gratulari.

ANNO MDLXVII.

ob. 1567. 4. Martij.

n. 91.

901 Aliquot ante P. Emmanuelis Mionæ migrationem diebus, cùm in eius cubiculo, inquit Sacchinus, cauſa nulla odoris, neque à morbo, neque à ſenectute hominis, neque à miniſtrorum curâ eſſet; adeò tamen ex ipſomet decumbente ſuauis afflatus odor dicitur, vt vehementer qui aderant mirarentur. Relictam ab Virgine ferebant eam ſuauitatem, quæ clientem ſuum benignè inuiſiſſet. Idem P. Emmanuel, cùm agens animam oculos in cælum, præter ſolitum, intendiſſet, quærenti quid hoc ſibi vellet, reſpondit; ſe Deiparam intueri.

Mortem ſuam illi vnicè commendare.

Sacch. n. 235.

902 Eodem hoc anno Goæ die S. Iacobi morienti *P. Ludouico Goëz* cùm dicerent quidam, vt in ipſos conuerteret oculos; Sinite, inquit, ita eſſe: Nam coram me Sanctiſſima Virgo adſtat. Et creditum id eſſe ait hiſtoria: adeò excellenti religione eam coluerat.

AN-

ANNO MDLXVIII.

903 Apparuiſſe ſibi dixit B. Stanislaum Koſtkam aliquando vnà cum Beatiſſimâ DEI Matre Armenus Schiſmaticus qui contra Catholicam fidem quidpiam tricarum machinabatur; & Deiparam oraſſe, vt Armenum illum iuberet rem Catholicam non turbare. Monitum ſe à Deipara faſſus eſt Armenus eorum quæ viderat luculentus teſtis; & oſtendit Deiparam promptam eſſe Stanislai rogatu id agere quod ad fidei Catholicæ bonum, quod ad DEI gloriam poſtulamus. *ob. 1568.* *Illam orare contra hæreticos.*

904 Ethnicus vir nobilis, à noſtro quodam, ipſo S. Iacobi die viſitatus, cùm ab eo fidem Chriſtianam ſibi ſuaderi audiret, admiſit conſilium; vtque pareret, ſe cælo autore permotum dixit. Nam nocte proximâ, cæleſti Reginæ, quam coram aſpexiſſet, monitu id ſe cepiſſe conſilij; cùm illa ſic diceret: Craſtino matutino Chriſtianus ſacerdos hac iter habebit. Tu quicquid ille autor erit, facito. Aduenit Pater, iuxta id quod Virgo prædixerat; & ille vnà cum domo ſuâ vniuerſa ſe Patris conſilio gubernandum, ac ſacris aquis luſtrandum obedienter dedit. *Sacch. n 248.* *Patri ſpirituali obedire.*

ANNO MDLXX.

905 Dabo hìc verba hiſtoriæ Societatis anni huius de Amurate Roberto; poſtea Ioanne Thoma Lauretano. Hic Laureti in tugurio Eremitarum inſtar, habitans, orationi diuiniſque myſterijs operam dabat: ac reuiuiſcente paulatim religioſæ vitæ cupidine, vehementer retardabatur offenſione priſtinâ animi quâ Societatem abhorrebat: deinde etiam metu, ne ſi ſe obligaret obedientiâ, Laureto migrare cogeretur. Has inter curas fluctuanti, die S. Thomæ Cantuarienſis ſacro, *n. 13.*

cro, cùm ſepties ad opem S.Spiritus implorandam hymnum *S.Spiritus*, *pronunciaſſet*; ſuccurrit prompta S. Petri obedientia, qui naui ac retibus relictis, Chriſti Domini vocem illicò ſecutus eſt: eaque cùm ſecum in ſuo tugurio volueret, vocem ſibi audire viſus eſt increpantis: O miſerum! nonne vides te nihil poſſe. Ad me conuertere, & audi. Ad quam vocem cùm ſuſtuliſſet oculos, B. Virginis eâ ſpecie quâ Romæ in Baſilica ad Niues cernitur (vt poſtea obſeruauit) os venerandum vidit; deiectiſque præ reuerentiâ oculis, attentas eius ſermoni aures præbuit. Illa non vt homines vulgo, qui vnum, deincepſque alterum, atque tertium, deinde alia ordine verba promunt, ſed totas ſemel ſub aſpectu ſimul ſententias conijciens (ſimiliter atque nummulariorum peritiſſimi, qui non ſingillatim nummos dum numerant, ſed vno iactu complures in menſam effundunt) breui momento permulta dixit. Exprobrauit collata in eum beneficia; nominatim multa commemorans, quæ tum primùm ille animaduertit: obiurgauit, quòd illius mallet ſacelli ſui mutis affixus hærere ſaxis, quàm ex ignobilitate, ac vilitate eorum humilitatem ac paupertatem addiſcere, iuſſit diſertè Societati nomen dare, magnoperè minitans, ni pareret; diemque ſacrum Epiphaniæ nominauit, quo domum ſe ad Patres reciperet; addito, vt minimè grauatè iret, ſi aliò ex obedientiâ vocaretur; quando & paſtores & Reges (quanquam vehementer infantis Dei cunis tenebantur) tamen quò latiùs manifeſta fieret diuina gloria, ab Sacro præſepi, & amabiliſſimo diuini oris aſpectu receſſiſſent. Quæ, aliaque non pauca, cùm dixiſſet; viſa eſt, tanquam benedictura,

bra-

Obedientia illam colere.

Inſpirationibus bonis obedire.

Pietatem erga Deiparam, obedientia expolire.

6. Ian.

Digitized by Google

brachio protenſo, explicatâque dextrâ addere: I celer, teque totum obedientiæ ſubde. Huc te ego perduxi, nec deſeram; ſed quâ cœpi tutelâ ad extremum vſque ſpiritum proſequar. His dictis deſijt apparere; & ille ad Societatem receptum ſextâ Ianuarij impetrauit.

Conſilij B.V. parere.

906 Hoc anno *Ioannes Ximenez* Coad. à B. Virgine monitus dicitur in impreſſa eius vita, vt animarum purgatorij memor eſſet, vt dicam anno 1579.

ANNO MDLXXI.

907 Hoc anno Tornaci Societatem inijt *Ferdinandus Bacqueros* Hiſpanus miles, vir nobilis. De hoc P. Ægidius Bauarius in tyrocinio cum illo verſatus, hæc verba adnotauit, ab ipſo audita: Cùm in altero femore vlcus horridum contraxiſſet, iamque chirurgi lanienam expectaret, DEI Matrem, quam flagranter implorârat, vidit; quæ tetrum illud vlcus molli manu mulcens perſanauit: & Ferdinandus nomen Societati dedit.

In morbo ſe illi totum dedere.

908 Iulio ineunte Pragæ P. Ægidius Anglus horâ quâ ipſe prædixerat, è vita migrauit, mirum in modum exultans. Biduo ante huius mortem 2. Iulij coquus Collegij, ſimplex & pius coadiutor, dum, vt Sacchinus refer, hiſtoriam Viſitationis Deiparæ ſecum meditaretur, totum vidit oculis corporeis quaſi ſole clariſſimo ſplendere locum vbi orabat; eâque in luce Chriſtum Dominum, qui dextro brachio Ægidium ſuſtinebat.

n.61.

Et in morte.

909 Hoc anno inter peſte infectos, cùm eis miniſtraret, morienti P. *Ioanni Martinio* Deipara Virgo ſolatiorum plena, vt aiunt, adfuit, pulchrum pretium hæroicæ charitatis.

Charitati ſtudere.

910 *Franciſcus Hernandez* Mauris parentibus

Digitized by Google

in Murciæ Regno natus, cùm puer tum adhuc opilio oues paſceret, Deiparæ illuſtri maieſtate fulgentis a ſpectu recreatus, dixiſſe fertur; iuſsũ ab illa eſſe Murciám ſe conferre. Franciſce, aiebat illa, relictis ouibus illicò Murciam iter intende: ibi Sacerdotes quoſdam ſanctimonia vitæ inſignes reperies: illorum dictis obedienter attende, & iuſſis pareas: atque aduerte, vitæ tuæ cardinem in eo verti. Abijt illa ex oculis; & Franciſcus ad Societatem Murciæ rectà contendit; rem omnem expoſuit, ad nos, admitti petijt, impetrauit; & nobiſcum perſanctè verſatus, diem ſuæ mortis duodecimo ante die ex vero prædixit.

Illi obedire.

ANNO MDLXXII.

911 *B.P. Franciſco Borgia* per Ioannem Texedam ord. Min. dici voluit Beatiſſima Virgo, vt Societatem Ieſu ingrederetur.

ob .1. Oct. 1572. Lãcicius t. 2. op. 17. n. 129.

ANNO MDLXXIII.

912 P. *Martinus Guttierez* hoc anno inter carceris hæretici ærumnas obijt. Inter eximias eius virtutes eminebat aduerſùs DEI parentem cæli Reginam propè inenarrabilis obſeruantia, inde vſque à prima ætate ſuſcepta. Neque indulgentiſſima Mater clientis ſui vincebatur officijs. Certum eſt, (vt quidem de illo affirmat impreſſa Societatis hiſtoria,) oſtendere ſe illi perbenignè ſolicitam; atque inter alia, aliquando viſam ſub auguſtiſſimo pallio Societatem vniuerſam in ſingularis patrocinij ſymbolum contegentem. Mortuo illo ingreſſam honeſtam matronam cum linteo candido ferunt: cumque diceret ad ſocios, auditum ſibi, habere eos demortui ſocij corpus, rogaſſe, vt eius ad ſepulturam componendi curam ſibi permitterent: quod cùm impetraſſet, piè id grauiterque

Annus dier illuſtrium Romæ impreſſus.

Societatem illi commenare.

que compoſuiſſe : ſtatimque egreſſam, nec poſtea inuentam : vt eorum qui interfuêre nemo dubitârit, quin id benigniſſimæ cæli præſidis erga exuuias clientis ſui beneficium fuerit. Sic Societatis hiſtoria. Elias à S. Tereſia ex inclyto Carmeli ordine pius ſcriptor : *Pater*, inquit, *Martinus Guttierrez* Beatæ Virgini erat deuotiſſimus : cui eadem cæli Regina habitu regali ſe conſpiciendum exhibuit : habitu, inquam, pretioſiſſimo & gemmis inſtructiſſimo, gemmis Solis inſtar relucentibus. Et ſub pallio eius regali, quod expanſum cernebat, contuebatur illa Societatis alumnos ; ei ſignificans, ſe illorum eſſe Matrem, eoſque omnes in ſuam protectionem ſuſcepiſſe ; veluti gallinam pullos ſuos. In Caluiniſtarum carcere in Gallia vitam cum morte commutauit ; quod mortis genus octiduo ante ei Beata Virgo prædixerat. S. Mater noſtra Tereſia longè inde in Hiſpania exiſtens, animam eius in ipſo mortis articulo vidit ouantem, & martyrum aureolâ donatam, cælum rectà conſcendere. Hæc ille.

lib. 2. legationis pro animabus purg. c. 31. n. 61.

Illam vt matrem colere.

913 Adfuit aliàs quoque Martino ſuo innocenti, ſed accuſato, familiaris Deipara (vt habet hiſt. Coll. Madritenſis) & maternæ ſuauitatis plena : *Eccur mærore turbaris ? An neſcis manifeſtè conſtare Filio meo, & mihi, à te in ijs quæ contra te afferuntur, per omnem vitam tuam dilectum Filium meum nunquam fuiſſe offenſum ? Quid ergo times ?*

l. 4. c. 8.

Afflictis rebus ad illam confugere.

914 Plures perhibent, quòd cùm idem P. *Martinus Guttierrez* de minimis quibuſdam eorum quibus præerat labeculis anxius coram DEO quereretur, inter exigendas veſperi ſuæ conſcientiæ rationes Beatiſſimam Virginem viderit, quæ ſuo Martino argenteam lancem exhibuit, in qua *cor* ia-

In calumnijs. Aliorum errata moderatè ferre.

Illam pro ijs orare. cebat perexiguum, rugis contractum, ac deformatum, quod geminæ cruoris ſtillæ abſorbebant: alterum item cor amplum, vaſtumque, & cuilibet difficultati non impar: doctuſque ab illa eſt, priori eſſe ſimile *cor* ipſius; poſteriori, *cor* Dei quod

Cor generoſum ab illa petere. tot paſſim ſceleribus per terrarum orbem non modò non obrueretur, ſed improbos ad frugem expectaret. Addit m.ſ. Relatio, ſimul illi patefactum fuiſſe diuinitùs, eos omnes qui id temporis ei ſuberant, æternâ felicitate donandos.

915 Eidem tam ſæpè, tamque familiari otio ſe ſpectandam dediſſe ferunt Deiparam, vt colorem vultus eius, & lineamenta notaret; diceretque interdum, hanc vel illam imaginem præ aliâ illâ, quam monſtrabat, diuinæ Matris vultum magis referre. Coram quadam eius imagine

In dolore capitis illam orare orans, cùm acerrimo capitis dolore cruciaretur, admirabilem in reliquos quindecim vitæ annos orandi facilitatem eſt conſecutus. Officio de eadẽ recitando intentus primâ Iulij, ſiue pridie Viſit.

Orandi donum per illam petere. B.V. eadem Virgine Deiparâ ſignificante cognouit, abſentis (qui ad vicinum oppidum miſſus fuerat) Coadiutoris caſtitatem à procaci mulier-

Puritatem ſuam illi commendare. cula ſolicitari ad flagitium; cui vt opportunè ſubueniret ipſe tunc Rector Collegij, literas illicò ad eum deſtinauit, quibus iubebat eum domum confeſtim, omiſſis omnibus negotijs, remeare.

ob. 1573. 28. April. Conſultrice illa vti 916 *P. Iacobus Cerrutus* Deiparæ beneficio clarè ſe cognouiſſe aiebat; diuinæ voluntatis eſſe vt in Societate permaneret; non verò vt ad ſolitarium quendam ordinem, quò inclinabat, tranſiret.

ANNO MDLXXV.

ob. 1575. 917 *P. Iacobus Ledeſma* P. Piſcatori confeſſario ſuo paulò ante mortem retulit; ſibi de Societate in-

ineunda cogitanti, verùm de ardua neceſſariaque puritatis integritate, atque de retinenda in Societate conſtantia valdè anxio, Auguſtæ Vindelicorum Chriſtum dulciſſimum conſolatorem viſum adeſſe ſpectabilem; à quo æquo animo eſſe iuſſus, tam puritatis, quàm retinendæ in Societate conſtantiæ prælargam promiſſionem acceperit. Brixiæ quoque ſibi eadem animo cogitanti adfuiſſe pulcherrimâ luce amabilem DEI *Matrem*, puritatis atque conſtantiæ præſtitem fideliſſimam: & cum illa cæleſtes comites SS. Mariam Magdalenam, & Catharinam alteram Alexandrinam Martyrem, alteram Senenſem Virginem, idipſum quod Regina Virgo Mater promittebat, blando vultu adpromittentes: Regina cæli Iacobum dulciſſimè allocuta, non modò pudicitiam (vt loquitur Societatis hiſtoria) & perſeuerantiam pollicita eſt; ſed etiam rurſus ad finem vitæ ſuam ſe illi ſpeciem commodaturam. & reliqua quæ anno 1557. fuſè narraui. *p.2.lib.1. n.65.*

918 Maceratæ hoc anno *P. Raphael Riera* Lauretanæ Virginis Eccleſiaſtes typis vulgauit *Miracula* B.V. Lauretanæ. Hic eſt ille qui in Domo Lauretana quodam de Societate ad concionem dicente, ignem de cælo ſacræ Dei Matris ædiculæ imminentem, ac deinde ſuper attonitos qui concioni aderant circumfuſum, cæloque iterùm receptum vidiſſe refertur à Turſellino in Hiſt. Lauretanâ, vt dixi.

Ignem cæleſtem à Deo per illam petere.

ANNO MDLXXVI.

919 Hoc anno Gandiæ diem extremum *Franciſcus Hernandez* Coad. eo ipſo die obijt, quem ſibi ſupremum fore duodecimo ante die prædixerat. Huic tum adhuc oues paſcenti puero Deipara magni-

Illi obedire. gnificè glorioſa conſpecta fertur dixiſſe: *Franciſce, relinque has oues; & vade ſtatim Murciam, vbi ſanctæ vitæ Sacerdotes inuenies.* Paruit, & in Societate pro beneficio gratus vixit. Vide num.910.

ANNO MDLXXVII.

920 Moriens hoc anno *Ioannes Baptiſta Carandinus* Seminarij Romani Conuictor, Deiparam præſentem ſpectaſſe dicitur à Sacchino, ab eaque didiciſſe; *Innocentium Fontanam* votis potiturum. Optabat ille Societati adſcribi: ſed non deerant quæ obſtarent. Rogauit Carandinum vt cuidam ſuo negotio felicem à Deipara exitum impetraret.

n.33. Et Ioannes, *Clementiſſima*, inquit, *Mater hoc ait; te id quod optas aſſecuturum.* Et eſt aſſecutus, vt latè refert Sacchinus in hiſt. Societatis.

ob. 1577. 921 *P. Ioannes de Zunniga* cùm extremo in morbo doleret ſpem ſibi aliquam ſanitatis potiùs quàm mortis afferri, poſtea viſam ſibi dixit Beatiſſimam Virginem amanter promittentem, fore, vt proximo ſuo feſto die hinc emigraret, mortalitate ſolutus. Et verò 2. Februarij Limæ abijt, ſeu nos præceſſit.

ANNO MDLXXVIII.

ob. 1578. 922 *Didacus de Mendoza* ante mortem, Deiparæ, quam ſe coram intueri aiebat, Feliciter, inquit, ac benè veneris, Domini mei Mater, ac Domina mea. Vnde mihi benignitas, & indulgentia tanta?

ANNO MDLXXIX.

ob. 1579. 923 *Ioanni Ximeno* Coadiutori coram imagine Immaculatæ Conceptionis oranti ſcrupulus incidit, quòd erga animas in purgatorio horrendis tormentis afflictas parùm liberalis eſſet, atque propenſus. Hæc ſecum ipſe voluens, ecce velut conſultricis Deiparæ hortamentum accepit, cùm vocem audire

ſibi

ſibi viſus eſt apertè dicentem : *Ximene, memor eſto animarum purgatorij*. Promiſit, & præſtitit. Idem P.Balthaſari Aluarez cùm redderet conſcientiæ rationem, faſſus eſt, ſe Beatiſſimæ Virginis allocutione nocte quadam ad ſtudium perfectionis accenſum adeo, vt neſciret quid ampliùs deſiderare poſſet. *Macte animo, Ximene*, aiebat Virgo illi loquens; *age vt agis : perge proſperè per hanc ipſam quam tenes arreptæ obedientiæ cæcæ viam. Hac rectis itineribus, & regia via pergis.* *Obedientia cæca illam colere.*

924 Hunc eundem Ioannem triplex ille ad ſalutationem Angelicam pulſus deprehendit in ſaxo ſurſum voluendo occupatum. Audito ſigno Ioannes mox dimiſit ſaxum, vt Deiparam ſalutaret. Stupuit ſocius qui aderat, & videbat, quòd ſaxum licèt à nemine teneretur, tamen deorſum pondere ſuo præceps non deſcenderit.

P.Simonem Rodriguez Beatiſſimæ Virginis pulchritudinem cogitantem, raptum ferunt, molem ipſam membrorum animo ſubleuante, pectoriſque incendio inflammante vultum. erectis in cælum oculis tollebatur in ſublime, ſubductus à terra; rurſumque deprimebatur impetu ſpiritus tanto, vt artuum tota compages diſſolui propemodum concuſſu colliſuque videretur. *ob. 1579. Hiſt. Soc. n.290.*

ANNO MDLXXX.

925 P. Balthaſarem Aluarez Româ in Hiſpaniam reducem fama eſt Laureti Deiparam religiosè veneratum à Dei Matre conſilium accepiſſe, vt S. Ioſephum magno ſtudio coleret. id quod ille ſub mortem haud obſcurè poſteà teſtatus, Patrum cuipiam S.Ioſephi cultum ſuadenti, & eiuſdem imaginem ad venerationem offerenti, dixit: *Optimè dicis : ſic enim hæc Domina mihi dixit*. Patre Eduardo *ob. 1580. S. Ioſephũ colere.*

Mer-

è ms ſ. P. Andreæ Cazorla miſſo Romam ad Aſſiſt. Hiſpaniæ. mihi pag. 14. & 15 Conſil. B. V. confeſſio accurata. Mors.

Mercuriano (qui hoc anno obijt Præp. Generalis) Societatem in Belgio gubernante, ibidem in Vrbe quapiam quidam de Societate, ſeu moriens, ſeu quorundam opinione iam mortuus, repentè ſibi redditus exclamauit: ſe à Deipara contra dæmones defenſum, cùm diceret: *Sinite iſtum, ſinite. eſt enim è Societate Filij mei: & benè exercuit obedientiam.* Iuſſumque ſe ab illa accuratiùs confiteri. id quod præſtitit: adiecitque, eodem tempore quo ipſe à Deipara defenſus fuerat, quendam in eadem vrbe clericum (hominem palàm malæ notæ) à dæmonibus abreptum ad æterna incendia. Inueſtigauit Euerardus; num eo tempore clericus quiſpiam è vita migraſſet, certòque compertum eſt eadem horâ infamem quendam è clero viuere deſijſſe.

926 Hoc anno 1580. 27. Ian. obijt Ioannes Brionius Coad qui ſe à Beatiſſima Virgine in imagine depicta manifeſto nutu capitis ad Societatem accerſitum dixit.

ANNO MDLXXXI.

Sacchinus hic.

Superiores bonos per illam petere.

927 P. Claudium Aquauiuam Societati à B. Virgine datum Generalem ita memorant noſtri faſti. Ipſo in comitio Claudius Matthæus Franciæ Prouincialis, dum ſecum ipſe preces de more ante ſuffragij lationem facit; videre ſibi viſus eſt Aquauiuam hinc D. Bernardo, hinc B. Ignatio cingentibus latera, à Beatiſſima Virgine Deo Patri, Chriſtoque Filio commendari, eique Societatem à Domino in manus tradi. Camilla Cardia Florentiæ magna in opinione ſanctitatis Matrona, rogata, vnde rem (de Claudio Aquauiua Generali, vt aiebat, ipſa, creando) tanto ante prænoſſet, dixit; viſum ſibi inter Sanctos Auguſtinum, atque Bernardum videre medium Claudium; atque in conſpectu Beatiſſimæ

Vir-

Digitized by Google

Virginis Chriſtum Dominum ei Societatem commendaſſe. Pariſiis P. Richardus Flaminius P. Iacobo Tirio pridiè quàm Claudius Romæ Generalis Præpoſitus renunciaretur; Hac, inquit, nocte, cùm ad orandum tantiſper ſurrexiſſem, comitiorum ſucceſſum DEO commendaturus, viſus mihi ſum à Beatiſſima Virgine introduci ipſam in aulam, vbi Patres laturi ſuffragia conſidebant: ibique dum adſto, Sanctiſſima DEI Mater Patrem quendam ætate iuuenem humeris apprehenſum, in medio conſeſſu ſtatuit; & ad electores conuerſa; Claudium, inquit, Aquauiuam Generalem dicite. Romæ Silueſter Blancodius, poſtea Epiſcopus Montis Murani, dum pernoctat in precibus, vt Societati, quam plurimùm amabat, Deus creationem Præpoſiti ſecundaret, vidit B. Ignatium, qui ſtringens paterno amplexu Claudium, eum fore Generalem aiebat: & *Claudij* nomen ſchedæ inſcripſit, ſignauit, Ioannæ Caietanæ dedit, præfatus, qui ſcriptus inibi eſſet, eum Præpoſitum Societatis fore: Caueret tamen ne priùs quàm in comitium Patres includerentur, ſchedulam aperiret. Ita vetare B. Virginem. Iulio quoque Mancinello in magna agri planitie anno 1578. Romæ oſtenſus eſt Claudius ad Societatem verba faciens è ſuggeſtu: lux ingens in concionantem, eique fauentes labebatur è cælo. En Claudium à DEO per DEI Matrem Societati datum.

928. Eodem hoc anno cuidam ad Societatem aſpiranti, ſeu candidato, ſed antequam illam inire poſſet, in Seminario Romano 17. kal. Octobris cum inſolita quadam oris luce decedenti quidniam præſtitit Virgo Mater, vnde documentum ſumamus vt illam enixè precemur ne nos deſerat

in agone pleno periculi. Fuit is Iacobus Philippus Tranſemannus Spoletinus 17. annos natus; qui Beatiſſimæ Virginis (quam coram ſe videre aiebat) interuentu ſe liberatum dicebat à dæmonibus, à quibus præcipitandus ſibi videbatur in abyſſum flammarum fumo formidando exundantium, cùm iam ſuper cratem è ferro clauis igneis conſitam ſterneretur. Tum enim Deiparæ Virginis præſentiâ eſt vſque adeò animatus, vt cruce obiectâ dæmonibus inſultaret. Mox editâ fidei profeſſione, ſumptoque diuino viatico, cùm aqua illi porrigeretur ad os abluendum, aiebat; à cæli Reginâ calicem ſibi porrectum plenum ſanguine ſui Filij IESV Chriſti: ac ſubinde etiam de ſuis ſanctiſſimis vberibus guſtandam dulcedinem præbuiſſe; iuſſiſſeque bono animo eſſe: mox profecturum in cælum. Hæc ferè Societatis hiſtoria.

Agonem ſuum illi vnicè commendare.

In ſiti illam inuocare.

Hic num. 14.

929. *Matthias Marius* cùm Ingolſtadij Philoſophiæ nauaret operam, in horto ſtellas quaſdam vidit: & penes illarum vnam etiam Deiparæ ſpectare ſibi videbatur effigiem in alto vndequaque radijs collucentem, materno vultu in Matthiam iucundè amanterque conuerſo. Breui æger deceſſit, quaſi iam tunc ad cælum eo aſpectu Virginis inuitatus.

ob. Landſperga 1581. 25. Iulij. In recreatione illius meminiſſe.

930 P. Alexander Ioannes Briantus poſteà Londini in fidei Catholicæ odium ſuſpenſus, dixit; ſe ante tormenta recitato Beatiſſimæ Virginis roſario delicijs cæleſtibus mirificè fuiſſe perfuſum; in tortura item vltima tranquillum ac recreatum, neque doloris quicquam perſenſiſſe.

1581. 1. Dec. In doloribus illam orare.

ANNO MDLXXXII.

931 Fœminæ apud Iulienſes Peruanos hoc anno laqueum è quo ſe ſuſpenderet apparanti, Beatiſſi-

Digitized by Google

tiſſima Virgo Mater apparuiſſe fertur, eamque *Filiæ* quoque nomine blandè appellaſſe, molliùs accuſaſſe, quòd priſtinæ erga ſe Filiumque ſuum pietatis oblita, in exitium rueret voluntarium: deinde grauiter coarguiſſe de peccato quodam in confeſſione occultato; neque aliter in ipſam dæmonem poteſtatem fuiſſe habiturum. Denique laqueo de miſeræ collo detracto *iuſſiſſe*, cuidam è noſtris Sacerdoti, quem nominatim deſignauit, peccata omnia confiteri; id quod illa obedienter fecit. *Confeſſionem quàm optimè inſtituere.*

ANNO MDLXXXIII.

932 Benedictus Goëz hoc anno ad Societatem quam anno 1584. inijt, amplectendam hoc viſo permotus eſt, vt plures perhibent qui hæc typis etiam prodidêre. Anno 1583. templum Deiparæ fortè ingreſſus, viſâ iſtic Beatiſſimæ Virginis Ieſum in ſinu conſidentem tenentis imagine, militaris ſuæ vitæ licentiam effusè deteſtatus, coram ara de genibus ſuppliciter Virginem orauit pro venia ſcelerum à IESV impetranda. Tum paruulus (quaſi Mater exorata veniam à Filio impetraſſet) in lacteas lachrymas abundè ſolui eſt viſus, quibus tota circùm ara copiosè immaduit; teſtibus ad hæc oculatis liquore illo ſudariola imbuentibus. Addunt annuæ; quòd ſit viſus, lachrymante paruulo è manibus Matris emicare fons aquæ. *Per illam petere gratiam contritionis*

933 *Georgius Gilbertus* nuncupatis hoc anno Societatis votis extinctus eſt. Is Patrum cuidam ſub arcani fide ſilentij dixit, viſam ſibi Deiparam ſereno vultu iucundam, quæ ſuam obedientiam approbauit, cùm paulò ante ipſum ſententiæ ſuæ plus æquo adhæreſcentem vultu haud ſatis hilari ac benigno aſpexiſſet. Mox ac dicto obedienter au- *Obedientia illam colere.*

diens fuit, conſpectum à ſe vultum Deiparæ hilaratum.

ANNO MDLXXXIV.

934 Ad ſeruiendum ægris impenſiùs, & ad alios ad idem efficacitate maiore cohortandos, vehementer ſe incitatos ſenſerunt Mexicani Patres eo quod in literis huius anni narrant exemplo Deiparæ cum SS. Catharina & Magdalena in valetudinario cibum in os ægræ fœminę ingerentis, & eam perſanantis. vnde fama obtinuit, ſedem in eo Noſocomio ſibi Deiparam delegiſſe. Alijs quoque infirmis cibum ibidem præbere viſa eſt Dei Mater, Catharinâ & Magdalenâ nunc mappam, nunc lances manu ſuſtinentibus, ac ægros confirmantibus.

pag. 319. *Ægris ſeruire.*

935 Hoc item anno exemplo didicit Mexicanus quidam Pater, eos qui confitentur, ad B. Virginem ſupplices ire debere. Is Indum à peccatis nō ſtatim abſoluerat, vt perſanaret; ſed iuſſerat pellicem primùm dimittere, ac præſtitutis certis corporis afflictationibus animum ad ſerium fructum pœnitentiæ præparare, ope Deiparæ imploratâ. Obedienter fecit omnia Indus; cùmq; ſe veſperi Deiparæ Matris in fidem perdiligenter commendaſſet, eâ nocte ſe illi monſtrare ac loqui videbatur in gloria paruulus eius frater olim vitâ functus qui eum ad pœnitentiam hortabatur: item Chriſtus de Cruce minaciter eum obiurgans; denique circumdata ſplendidâ maieſtate Deipara cū Sanctis Petro ac Paulo Apoſtolis Chriſto pro peccatore ſupplex, ac eius nomine meliora ſpondens. S. Petrus illum ſimul grauiſſimis verbis obiurgabat, ſimul in ſpem erigebat, dicens; fore vt ſi præterita licenter commiſſa caſtigaret, Beatæ MARIÆ deprecatione

An nua pag. 331.

Pro confeſſione bene peragenda opem à B. V. petere.

ve-

Digitized by Google

veniam facillimam impetraret. Tum tremendas inferorum pœnas conſpexit, à dæmonis inſidijs per S. Michaelem Archangelum liberatus. Denique cæleſtem quoque gloriam introſpexit: ad Patrem redijt, viſa narrauit, & accuratè dolenterque confeſſus, ipſo etiam emendatiſſimæ vitæ ſuę tenore oſtendit quid opis ab implorata Deipara veniat ijs qui ſe pœnitentiæ Sacramento per illam parant.

936 Goæ miles ad internas DEI vocantis voces diu refractariolus, eòque animi anxius, auxilium reperit apud DEI Matrem: coram cuius imagine proſtratus, externâ etiam quadam luce circumfuſus alijs quoque conſpectus eſt; ac tantum hauſit luminis interni atque animi, vt ſtatim & peccata per confeſſionem abiecerit, & Societatem IESV tandem inierit; ad quam interno DEI vrgentis inſtinctu, & lumine vocabatur. *Vt te per uincas, ad illam recurrere.*

ANNO MDLXXXV.

937 *P. Matthæus Albenoza* DEI Matrem inſigni obſeruantiâ colebat: vtque ſe verum Matris amabilis filium, etiam moribus præberet, placida quædam in illo & propenſa erga omnes voluntas, erga ſeipſum duritia eluxit. Morientem dulciſſimis delicijs impleuiſſe dicitur conſpecta illi cum S. Petro Apoſtolo DEI Mater. *ob. Bilbili 22. Ian. 1585.* *Morſ.*

938 Annuæ Nolanæ hoc anno perhibent, ipſam Deiparam fœminæ cuidam conſpectam illi conſultricem fuiſſe ac peramanter monuiſſe, vt Sacerdoti de Societate confiteretur: ita ſanam, & lætam fore. Nunquam ſinè magno operæ pretio ab illa opem flagitant ad benè fungendum magno illo officio tam confeſſarij quàm ij qui peccata confitentur. *pag. 57.*

939 Salmanticenſes literæ hoc de argumento

hoc

hoc ipſo anno ſic habent: Quidam inter peccatorum confeſſionem cecidit intermortuus: adhibentur illicò medicamenta quæ hominem reſtituant, & ad vitæ reducant officia. Cùm inania, & inertia eſſent omnia; ad extremum ſacroſancti Euangelij lectione mirabiliter reuiuiſcit. Rogatus poſtea, in ea animi defectione ſi quid ei accidiſſet; reſpondit: Delatum ſe eſſe cuiuſdam iudicis ante tribunal, vbi ab alijs accuſaretur, defenderetur ab alijs: in eoque iudicio grauem apparuiſſe Matronam, ſpecie decoram, & miſericordiâ pietateque præſtantem; quæ neſcio quid in aures iudicis inſuſurrans, oculis ſeſe hilarioribus intueretur, & animum ſpe compleret. Sic ibi.

Illam pro aduocata habere.

940 Legionenſes autem aiunt; quòd cùm Sacramentum pœnitentiæ quidam neſcio vbi locorum perperam adhiberet, viſus ſibi ſit videre cæli Reginam irato quaſi vultu imperare vt certo quodam in loco ad ſtatam horam adeſſet, ac Patribus iſtic repertis conſcientiam vniuerſam animo candido aperiret. Paruit: & eo in loco apud Patres Societatis conſcientiam expiauit.

Confeſſio

ANNO MDLXXXVI.

941 Iam olim à ſuis magiſtris in Scholis noſtris didicerat, vt conſultricem Deiparam vbique inops conſilij adhiberet Patauinus quidam gymnaſij noſtri alumnus, qui (vt literæ de illo perhibent) cùm magnis conficeretur ſolicitudinum aculeis, ſcrupuliſque ex recordatione vitæ prioris, nullamque animo prorſus ægro & ſaucio quietem capere poſſet, ſpem omnem ſalutis ſuæ in Beatiſſimæ Virginis præſidio repoſitam habebat. Ergò eam precatur ſuppliciter, orat, vt ferat laboranti opem, mœſtoque ſuccurrat: ei ſe commendat etiam

In ſcrupulis, illam conſulere.

etiam atque etiam quotidie. in quo cùm perſeuéraret ſtudioſiùs, hanc ſibi vocem articulatè ad aures perueniſſe commemorat; *Noli, fili, ampliùs cogitare de peccatis tuis*. Quo audito, impetratæ ſpe veniæ ſeſe erexit; omniſque quâ vrgebatur cura continuò reſedit.

942 *P. Ioannem Ramirium* hoc anno 4. Aprilis extinctum, anno 1575. vehementes calculi dolores ad laniena experimentum vrgebant. Sæua nimiùm carnificina viſa; eòque abſtinendum illâ eſſe cenſuêre Patres à Rectore conſulti. At Ramirius coram Deiparæ imagine conſilium à Matre, quæ eſt ſolatium afflictorum petijt, deberetne rem tanti doloris ac periculi plenam experiri? Annuere viſa imago Deiparæ. Sed ſuſpectos oculos ſuos habens Ramirius, quaſi errarent, rogare Virginem inſtitit: ecquid conſilij capeſſendum; adhibenda laniena, nec ne? Demittere viſa eſt imago caput profundiùs, vt certiùs annueret, ac Ioanni dubitationem eximeret. Ergò ille tacitò Virginis conſultricis, & annuentis conſilio, rem Rectori hactenus id non probanti, hic Patribus ad conſultandum proponit: & mutatâ ſententiâ viſum inſtinctu interno omnibus, vt adhibeatur etiam tam dura carnificina. Adhibita eſt, & ſucceſſit.

Valetudinis ſuæ curam illi committere.

Imago B. V.

943 *P. Iacobum Benedictum* Deiparæ impensè addictum, Deipara Virgo (vt probabilis opinio eſt) in cubiculo viſitauit, eumque mutuis colloquijs ad teneriorem cultum accendit.

ob. 1586. 17. Dec.

ANNO MDLXXXVII.

944 Anno 1587. narrant annuæ Legionenſes, quendam, qui duodecimum iam annum agebat Rosario Deiparæ quotidie percurrendo addictus, ita

Roſarium B. V.

Digitized by Google

ita de ſeipſo teſtatum. Ipſis quindecim, ſeu viginti noctibus viſam ſibi Matronam venerabili ſpecie (Beatiſſimam Virginem ſibi perſuadebat fuiſſe) à qua excitabatur his vocibus. *Legionem contende: tuorum delictorum veniam à Ieſuita aliquo per integram confeſſionem pete*. Nec vanum fuiſſe viſum interior animi motus oſtendit.

Confeſſio.

945 *P. Rodericus Aluarez* ſæpè à Chriſto, vt ferũt, ſępè à Beatiſſima Chriſti Matre inuiſebatur. Cuidã, qui magnâ neſcio quâ perturbatione agitabatur, ſe in preces commendanti, poſt breuem moram, atque ſilentium; Vade, inquit, ad Matrem Dei: & meo nomine illam roga, vt te tranquillet. Abijt ille vt iubebatur; & faſſus poſtea eſt, ſe in eodem temporis articulo quo ſe ad preces coram imagine Deiparæ collocauit, ab omni ſuo turbamento liberatum.

ob. 1587. 14. April.
Imago B. V.

946 *Marcus Antonius* Coad. dicitur taurum ferocẽ Roſario & cruce ſignans repentè cõpeſcuiſſe.

ob. 1587. Roſariũ.

947 *P. Ioannes Sangenotius* noctu à Chriſto eiuſque diuinâ Matre coram conſpectis recreatum ſe manè retulit Præpoſito Prouinciali; adiecitque aſſeueranter, ſe triduo poſt migraturum è viuorum numero: & migrauit.

ob. Burdegalæ 1587 10. Aug. Mors.

948 *P. Bartholomæus Cochius* Patri ſuo neſcio quid pro rei familiaris ſubſidio flagitanti, Beatiſſimæ Virginis Roſarium dedit; adiecitque, ſe hoc nihil habere præſtantius.

ob. 1587. 22. Iulij. Roſariũ.

949 *P. Claudius Matthæus* Dei Matris cultui perquiſitè addictus, cùm Romæ Deum ac Deiparam flagrantiùs precaretur in comitio generali, vt Euerardo Generali ſucceſſor optimus legeretur; Beatiſſimam Dei Matrem conſpexiſſe ſibi eſt viſus cum S. Bernardo è cælo venientem, quæ P. Claudium

ob. 1587. Ancona 24. Dec.

Digitized by Google

dium Aquauiuam Chriſto ſiſtebat, & pro ſuprema Societatis præfectura vnicè commendabat, vt ſuo loco dixi.

950 *P. Ioannes Ignatius*, Hiſpanus, duo habuit in quibus excellebat: alterum quòd legum inſtituti ad omnem amuſſim eſſet ſeruantiſſimus; alterum quòd eminuerit ſingulari planè Deiparæ Virginis cultu, cuius etiam præcipuè in honorem ſe Societati dedicauit. inde illi aureum calcar fuit, vt eodem MARIANI amoris incitamento ad Societatis leges totum ſe vndequaque componeret. Vbi legis cuiuſpiam laxandæ ſe ſe offerebat occaſio, mox illi monitor in corde Theologus dicebat: *Iſtud contra legem eſt: abſtine*. Et illicò abſtinebat; hac etiam arte ſuum erga DEI Matrem cultum obſeruantiamque teſtatus, vt cuius amore Societatem capeſſiuerat, eiuſdem ope illius inſtitutum perdiligenter totis moribus tueretur. *ob. 9. Dec. 1587. Regulæ.*

ANNO MDLXXXVIII.

951 *Franciſcus de Otazo* Compluti hoc anno 1588. B.V. Sodalis, perpetuo æternæ damnationis timore ſuſpenſus nomen ſuum in atro immortalis mortis libro ſibi quaſi legere videbatur: quæ res illi etiam corpus conficiebat macie longè triſtiſſimâ; cùm ne in ardentiſſimo quidem orandi vſu quietem ab ea cogitatione reperiret, etiam Deiparæ nomine implorato. In lectulum ergò abiectus, quaſi tædio ſopitus indormijt; & Beatiſſimam Virginem ſeu vidit ſeu ſe videre arbitratus eſt cum eorum quos ille cultu & amore præcipuo proſequebatur cælitum comitatu. Liber erat in manibus Virginis longè pulcherrimus; quem illa Franciſco oſtendens, & maternâ voce illi blandiens, dicebat: *Hic eſt liber vitæ, in quem eorum relata ſunt* *In mœrore illam orare. Liber.*

nomina, quibus Filij mei miſericordia, & ſua virtus locum in beato cælitum numero iam deſtinauit. Tu lege. Legebat ille in ipſo libri initio aureis exaratum characteribus *Franciſci de Otazo* nomen, & ſe ibi agnouit; legens iterùm ac relegens nomen ſuum lætitiâ tantâ quantam cogitando potiùs quàm ſcribendo aſſequi forté poſſis. Tum Virgo: Lege porrò conſequentem nominum ſeriem. Hi quoque omnes ad æternæ felicitatis gaudia, & tuâ quidem ope induſtriâque, peruenient. Legebat; ſed ignota nomina. Clauſo libro Virgo Mater benè ſodali ſuo precata diſceſſit ex oculis: ille Societatem amplexus, in Philippinis poſtea præclara multa geſſit in negotio animarum.

952 Hoc anno Monachij ſodalis (ita vt in cœtu Mariano didicerat) Deiparam orabat ante confeſſionem, vt pecata ſingula benè confiteri poſſet, ne vno quidem prætermiſſo: & ecce tibi è ſublimi ante faciem orantis pagella decidit (vti fertur) candore eximio, quæ minutis quidem literulis, ſed elaboratis, quoddam illius peccatum expreſſerat, hoc addito: ſi illud aperiret, pièque Roſarium recitaret in honorem Deiparæ, benè ſecum actum iri. Auxit admirationem, quòd cùm ſodalis alter, eius æqualis, parens, Parochus, alijque conarentur, nunquam chirographum illud intelligere potuerint.

Confeſſio.

953 Ab Eborenſibus noſtris in miſſione quadam ad ſex millia imaginum B. Virginis diſtributa, veneratione tantâ & fructu, vt earum attactu morbi quoque ſint depulſi.

954 Neapoli hoc anno fœmina, cuiuſdam de Societate hortatu, ad B.V. imaginem manus tendens; Dei Mater, inquit, ſanitatem petenti reſti-

ſtitue; vt valenti corpore & animo valeam tibi inpoſterum deſeruire. Hæc cùm dixiſſet, conſpicere per quietem ſibi videbatur eximiâ pulchritudine fæminam, quæ leniter apprehenſam manu obuertit in alteram lectuli partem: deinde bono animo eſſe iuſſit, quaſi quod ſperârat adeptam. Nec vanum fuiſſe quod viderat, fides ſecutæ valetudinis firmauit.

ANNO MDLXXXIX.

955 Neapoli quidam (aiunt literæ huius anni) piam vitam egerat diu: quam paulatim intepeſcens etiam poſthabuit; hoc iam deterior, quòd non vitijs modò prouehebatur, ſed & prauâ animi contentione. Adit ad eum ingraueſcente valetudine vnus de Societate, quaſi per officium: perſuadet; vt ex veteri conſuetudine confugiat ad auxilium Dei *Matris*, & Sanctorum quos olim Patronos habuiſſet. Nec fruſtra. Adeſſe viſa illi eſt ore placidiſſimo Beata Virgo confeſſionem præcipiens. Idem fuit S. Ioannis Euangeliſtæ, & Franciſci de Paula admonitum, qui eidem ſe obtulerunt videndos. Narratur viſum familiaribus. reuocatur Sacerdos, & ille peccata confeſſus piè deceſſit. *Tepidos per illam iuuare.*

956 Eædem literæ narrant; Sodali cuidam, qui ſe ordini noſtro aggregare conſtituerat, viſam fuiſſe Deiparam, quæ potionem præbuit decumbenti; eumque à febri poſtea perſanauit. *pag 23.* *Aegros recreare.*

ANNO MDXC.

957 Matrona noſtri ordinis ſtudioſa (inquiunt eædem literæ anno 1590.) cùm longè ægrotaret ab Vrbe, & conſumptis viribus non longiùs à morte diſtaret, cupiebat extremum ſpiritum effundere in aſpectu noſtrorum. Tum conuerſa ad imaginem Dei Genitricis, ei conſimilem quæ colitur

Digitized by Google

noſtro in templo Domus profeſſæ ; *O Ieſuitarum*, inquit, *Virgo, impetra mihi à Filio tantulum vitæ, vt te reuiſam! Moriar libens.* Correpta dein ſomno, videre ipſa ſibi viſa eſt expetitam effigiem quam in mente habebat. Quare cùm admirabilem cepiſſet voluptatem animo, corporis quoque valetudinem recepit.

Imago.

958 Extra Vrbem item Sodalis B. Virginis, implicitus morbo, qui ei fuit ſupremus, octauo ante obitũ die Virginem, vt aiebat, vidit ſanctiſſimam eâ effigie quâ cernitur in ſodalium ſacello, audiuitque præcipientem vt inſtante iam morte generali confeſſione animum perpugaret.

Confeſſio.

959 In Sede Angolana Luſitanæ annuæ hoc anno aiunt quandam ſaſſam, ſe dum ſibi vellet laqueo collum obſtringere, prohibitam à Matrona pulcherrima: idque ſe facturam fuiſſe, *niſi obſtitiſſet*, inquit, *Domina illa quam colimus in templo Societatis*.

960 Duo Nouitij hoc anno Lauretum Nouellariâ peregrini, vt adhuc recentes à ſeculo, neſcio quid verborum, aut diſſenſionis inter ſe habuerant. Hi ſe à Beatiſſima Virgine ſpecie modeſtiſſimæ adoleſcentulæ ſe in conſpectum dante admonitos dicebant. Verba monentis fuêre: *Maturè inter vos lites, & iurgia.* Vel, vt alius refert; *Et vos filij?*

Charitas.

961 Dolanæ Annuæ narrant, iuueni qui à Sodalitatis Præfecto rogatus nomina ſodalium attentè ac diligenter exſcribebat, ſe obtuliſſe ſpectandam Deiparam dicentem: *Hoc age: rem mihi gratam facis: nec ego vſquam tibi abero.*

Agere quod illi gratum putas.

962 E Vaxatenſi apud Mexicanos Collegio Patrum quidam piæ, ſed pauperi fœminæ animam agen-

agenti aderat. Hæc miris gaudijs delibuta, dicebat; adeſſe ſibi præſentem ac ſpectabilem Deiparam Patribus noſtris cinctam. Sinite, aiebat, me iucundiſſimo DEI Matris conſpectu frui. En ipſam aſpicio cum inſigni comitatu Patrum huic ſimilium qui mihi adſtat ad lectum. *Aegros viſere.*

963 Per iter, habendam in DEO, Deique Matre fiduciam tenerrimè ſuadet ipſa Deipara quæ noſtros cuiuſdam liberalitati commendauit, hoc anno, vt habent annuæ. *pag. 709.* Res ita habet: In Maxico cùm à noſtris adirentur maritimi populi, incidit Sacerdos noſter cum ſocio in copioſum virum, & probum, qui nunquam antea è Societate quenquam aſpexerat. Is excepit illos vt amicos & notos omni ſignificatione humanitatis. *Fiducia ſingulari erga illā ferri.* Benignitatem tam effuſam mirantibus, & cauſam quærentibus, dixit: Conſpecta mihi DEI Mater comitantibus aliquot viris eadem veſte quâ vos vtimini, præcepit, vt vos adiuuarem quibus rebus poſſem. Hoc eodem anno erat Ioannes Baptiſta à Prato adoleſcens, Dilingæ in conuictu, vbi lues quædam ex vrbe hauſta, & contactu vulgata, quinquaginta adoleſcentes infecerat. Eorum vnus fuit Ioannes hic noſter, qui Sacramentis ad mortem comparatus, & conſeſſario de B. Virgine tempori apta dicenti attentus, poſt breuem quietem, ò Pater, inquit, quid vidi? Tabulam conſpexi opere fabrefactam elegantiſſimo, in qua tabula B. Virgo nomen mihi plerorumque ſodalium aureis deſcriptum literis oſtendit, ſpemquem fecit certiſſimam, me poſt breuem in flamma purgante moram, inter cælites receptum iri. *Aegros viſere.* Hanc Patronam meam, mi Pater, multis ſtipatam Virginibus à me nunc diſcedentem ſequi eſt animus. Per ego

te

te diuinæ Matris amorem rogo, inquit noſter, vt vbi inter cæleſtes receptus fueris, morbo depopulanti finem à Deo impetres. Recepit Ioannes id ſe facturum: & abijt è vita. Mirum dictu! Ab eius exceſſu mali vis ita remiſit, vt nemo poſt illa fuerit eo tentatus. Ita de hoc partim annuæ, partim Lechnerus.

Sed parth l. 3 c. 10.

ANNO M.D.L.X.X.X.X.I.

964 Annuæ ſedis Paſcuatenſis ex ipſorum ore quibuſcum res geſta eſt, narrant, iuueni profligatæ vitæ draconem horribili ſpecie videnti, & opē coniugis inclamanti, ac eius monitu Deiparam vocanti, fugiente ſpectro vocem auditam: Abijceret ſarcinam peccatorum; adiret Societatis Patres de tota vita conſilium daturos.

Confeſſio.

965 De P. Emondo Augerio hoc anno Comi extincto, ſingulari Dei Matris cliente, ita Lachnerus: Quo tempore animam agebat, piæ cuidam perſonæ oblata eſt læta quædam de ipſo ſpecies. Videbatur enim videre ſibi Angelos circūſiſtentes lectulum Patris; moxque abeuntem animum in cælum deducere ingenti lætitiâ, pulcherrimo puerorum ſodalitio (quale ipſe inſtituerat olim in Gallia) celebrem pompam proſequente. Nempe quos ad Dei Matris cultum ducimus, ab ijſdem ad cælum deducimur.

Sod l. 1. c. 9. & impreſſa ei⁹ vita.

966 Eodem autore, duo è ſodalitio adoleſcentes, die feſto, aut Dominico, pomeridiano tempore, captato ex amœnitate cæli præſidio, nauem conſcendunt, vt in Pado Italiæ flumine luſitabundi reliquum diem exigant. Dum id agunt, dixit eorū alter alteri: Quin hoc in otio ſodalitatis penſum perſoluimus, & B. Virginis horarias preces legimus? Reſpondit alter: leges ſodalitij non obliga-

Ibid l. 3. c. 2. pag 459.

Officium B. V.

ga-

gare ſub peccato; & ſibi precandi animum non eſſe. Orat ergò vnus; negligit alter. Ortâ neſcio vnde tempeſtate, & cælo in turbinem verſo, ecce nauis agi toto flumine, concuti ac demergi: ambo in flumen excuti, ambo MARIAM inclamare. Adeſt (vt affirmabat ipſe poſtea ſocio ſuperſtes) pulcherrimâ ſpecie ei qui preces legerat, DEI Mater: & prehensâ manu, eum periculo eripit. Ad alterum verò ſimile ſubſidium implorantem conuerſa, toruèque intuita; Iam, inquit, non obligabaris me colere; nec ego obligor te morte eximere. Et cum amarulento verbo miſerum iam cum morte luctantem deſeruit.

967 Neapoli hoc anno cultus Deiparæ Virginis factus eſt magiſter ad miſericordiam alijs exhibendam. In Domo Profeſſa ad nobiliorem ſodalitatem ſub patrocinio Virginis acceſsêre Principes viri duodecim. Eorum tyrocinium præcipuè ponitur in ſubleuandis collectâ ſtipe familijs claro genere ad inopiam dilapſis. *Operibus miſericordiæ illam honorare.*

968 Placentiæ Deiparæ Virginis templum ex voto, noſtri cuiuſdam hortatu concepto, inuiſit *Caſtitas.* Virgo quædam, & ab impudico dæmone quietem inuenit, cùm ille innocenti illius menti multas per hebdomadas, diu noctuque obijceret viſa informia, geſtus, modos haud pudicos, voceſque infandas. Poſt votum, illicò & ab aſſiduo terrore oculorum, & ab aurium ludibrio eſt liberata.

969 Annuæ Collegij Potoſini apud Peruanos, *pag. 741.* narrant quendam de Societate promiſſum ęgro cuipiam. Aiebat æger, viſam ſibi nocte mulierem eximiâ pulchritudine in candenti veſte: prædixiſſe de aduentu Sacerdotis auxilio multis ac ſolatio futuri, qui etiam eorum linguam calleret. proinde

Digitized by Google

Conſilia illius ſequi. de eluerent apud illum conſcientiæ labes, eiuſque conſilio vterentur. ipſum quidem, ſi hoc fecerit, non multo poſt, conualiturum. Adfuit Pater è Collegio Potoſino quàm magnâ populi ab ægro id prædicente moniti expectatione ac deſiderio, tam nobili fructu: & æger quoque ille conualuit.

ANNO MDLXXXXII.

970 *P. Hieronymum Ruiz de Portillo* virum humilitate, ac orandi ſtudio, ſingularem Deiparæ clientem in morte inuiſit glorioſa cæli Regina ſtipata elegantiſſimo cæleſtium Virginum comitatu, vt eſt conſtans eorum qui ei adfuêre opinio. *ob. 1592. 2. Febr.*

Suis conſilijs illã præficere. Hoc anno à Prouinciæ Romanæ Patribus Vrbeueteri mos eſt inductus Deiparæ Virginis conſalutandæ, quoties, ad æris campani ſignum publicum, initur à Magiſtratu conſilium: quo commodiùs & feliciùs deliberatio tranſigatur ab omnibus; quam illi ſententijs, cæteri precibus adiuuent.

971 In Aquitanica verò Prouincia Petrocorij quidam, qui iam tres & viginti annos quotidie recitare coronam B. Virginis, eiuſque diebus feſtis obire Sacramenta ſolebat, ſemel incuriâ quadam piam hanc conſuetudinem intermiſit. Nocte quæ diem illum conſecuta eſt, homini dæmon manus iniecit: eumque neſcio quo raptabat, cùm præſto adeſſe viſa illi eſt B. Virgo, quæ eum in diuerſam partem retraxit. Ita liberatus, adeò eſt emendatus, vt in eius animo magna diligentiæ, conſtantiæ, pietatis, cæterarumque virtutum ſemina excreuerint. *Annuæ pag. 51.* *Conſtantem eſſe in penſo B. V. perſoluendo.*

972 In Prouincia Toletana quidam, vt ferunt literæ, ſe Deo exoſum putabat, eòque de turri ſe in Tagum daturus erat præcipitem, niſi primùm

ab

ab eleganti paruulo fuiſſet prohibitus qui ex oculis euanuit. Iterùm id cogitantem, reuocauit Deipara, fecitque vt Talabricam accederet ad noſtrum Sacerdotem, atque ex eius conſilijs acciperet conſtantem quietem, & perfectam animi ſanitatem. *Aſſiſti.*

ANNO MDXCIII.

973 Quidam, vt annuæ Brunenſes narrant, de ſuſcipiendo ſacræ vitæ inſtituto (vnâ exceptâ Societate, à qua mirùm in modum abhorrebat) ſecum deliberans, in grauem mœrorem incidit. Is cùm angore animi vrgeretur, viſus eſt ſibi per quietem à B. Virgine admoneri, vt ſi mœrore illo liberari vellet, ad Chriſtum (qui oppreſſus ærumnis adeſſe videbatur) confugeret. Chriſtum ergò afflictum ac iacentem adoleſcens ſubleuare cùm niteretur, eius vocem ſibi audire viſus eſt, dicentis; *Confide fili, quoniam me ſubleuaſti; ipſe viciſſim à me ſubleuaberis.* Quâ ille voce permotus, incredibili cupiditate Societatis exarſit. Hæc ibi. *In mœrore, illam conſulere.*

974 *P. Emmanuel Fernandez* octauo ante mortem die diem ſuum extremum prædixit. Morientem viſitauit, & ſolata eſt (vt ferunt) Virgo Mater: id quod ille ipsâ ſuæ mortis horâ Franciſco Lopez Coadiutori diſertè dixit. *obijt 25. Dec 1593 Fremonæ. Mors.*

ANNO MDXCIV.

975 Hoc anno nonis Nouembribus euocatus eſt ex hac vita *P. Franciſcus de Petris*; qui paucis ante obitum diebus, inquit Trigautius, fratrem è noſtris adiutoribus ad conſtantiam in religione retinendam adhortatus, aiebat ſe vocem DEI Matris ad ſe loquentis audire viſum, cuius hæc fuerint verba: Ingredere agedum Filij mei Societatem, & in ea vocatione perſeuera. *Expedit. Sinica l. 3 c. 8. pag. 280. Vocatio.*

ANNO MDXCV.

9. Martij. 976 Collegium Palentinum in Caſtellana Prouincia mortem narrat *P. Ioannis Fernandij*. Hic olim puer cùm ad mercaturam à Patre vrgeretur, Toleti in ſua patria, coram Dei Matris imagine fuſus in preces à cæleſti Matre flagitabat, ne à literarum ſtudijs auelleretur: & leni ſomno occupatus, ſibi viſus eſt audire diuinam Matrem ex ipſa imagine loquentem; ſibique perennem, quem petebat, ſtudiorum curſum pollicentem: inſuper Societatis Iesv alumnum futurum prædicere, à qua tamen voluntate erat ille in præſens alienus. Experrectus, Sanctiſſimæ Matri perpetuam virginitatem vouit; quam ad finem vſque & corpore & animo ſeruauit. In Societate ſex totos annos humi decubuit. S. P. Ignatium bis vidiſſe ſibi eſt viſus; ac S. Mauritij & ſociorum aſpectu, ac denique diuinæ Matris cum Sancto cæleſtium Virginum comitatu præſentiâ recreari. Cùm paupertati magnoperè ſtuderet, ſomniauit, ſe ab Æthiope quopiam pelli, ac templum ingredi pro aſylo: ibique Beatiſſimam Virginem inter Angelos, cælitum choros, & Societatis Religioſos adeſſe; ac ſe ad eorum chorum admitti, dicente Ianitore; *Ingredere citra metum. hæc enim veſtis tam pauper, teſtis eſt quòd ſis è Societate* Iesv. Ingreſſo Ioanne repentè veſtis illa pauperrima concidit, & ipſe cultu longè ſplendidiſſimo ſe amictum aſpexit. Aliàs quoque Sanctas Virgines, & Angelos diuinæ Matris laudes canentes audiuiſſe ſibi eſt viſus. vti & ſecundâ die Martij Chriſtum, & Beatiſſimam Virginem; & tunc ſe admoneri, pararet ſe morti: neque enim illi plus quàm octo dierum ſpacium ſupereſſe in vita. Ita ſe pro illo tunc venturos polliciti abiêre. ille verò præſtituto die deceſſit.

Imago B. V.

Annuæ pag. 602.

Paupertas.

Mors.

Hoc

977 Hoc eodem anno migrauit è vita Valliſoleti *P. Franciſcus de Morales* Chriſto, & Virgine illius Matre perſæpè ſpectatis (vt fertur) felix. Honori Virginis, coram Chriſto in Euchariſtia abſcondito, per multos annos quotidie de genibus Roſarium recitabat.

20. Febr.

Roſarium

ANNO MDXCVI.

978 *P. Martinus Alberrus* dum in templo, ante initam tunc adhuc Societatem pro tuenda pauperis cuiuſdam puellæ pudicitiâ ſatageret, adeò placuit pius hic eius labor Deiparæ Virgini, vt Martino eam apparuiſſe referat eius vita (impreſſa Hiſpanicè) lætâ & amabili maieſtate, ac eidem incredibilem quandam in animo propenſionem reliquiſſe, vt Societati ſe totum tranſcriberet: aliàs eundem in campo precibus vacantem inuiſiſſe. Cùm Valentina Domus Profeſſa verreretur, à ſocijs qui verrebant, id impetrauit, vt ipſe ſordes colligeret, ac efferret. Hoc aliquando piè agenti adfuit (vt ille ſibi viſum aſſeuerabat) auguſta cæli Regina Mater; & maternâ manu Martini faciem blandè mulcens, *Martine*, inquit, *ſcis Domus ſordes colligere? Fili, valdè, valdè in hoc mihi places. Fac hoc vſque dum quiddam aliud de te fiat.* Faſſus ingenuè poſtea eſt Martinus, per annum integrum duraſſe ſuauiſſimam animi voluptatem quâ tota illi mens inebriabatur ab vbertate verborum illorum à Dei Matre illi dictorum. In quadam vigilia Aſſumptionis B. Virginis, adfuiſſe fertur P. Martino Mater Dei, & dixiſſe; *Fili.* Nec plura. Sed vnica ea vox illi cor totum tenerrimè penetrauit. Erat illi vocabulum illud fluuius voluptatis & pacis.

ob. 1. Sept.

Humilitate illam colere.

979 Aliàs in conclaui ſuo attentè flagranterque oranti Martino conſpectam aiunt glorioſam Virgi-

Imago B. V.

Digitized by Google

nem;& gratum ſibi fore dixiſſe, ſi talem ſuam imaginem pingi curaret qualem ipſam tunc videbat. Tunica illi erat candida, pallium cæruleum, capilli per humeros prolixè fuſi, manus ad pectus iunctæ, pedes Lunam prementes. Hinc Pater, inde Filius illam coronantes, & in alto imminens illi Spiritus Sanctus inſtar columbæ in medio. Ioannes pictor Valentiæ illâ tempeſtate inſignis Martino confeſſario vtebatur. Hic, Martini hortatu, diuinis priùs myſterijs expiatus atque refectus, tandem talem Deiparæ imaginem pinxit.

Nierem. pag. 551.

980 Idem vno ante obitum menſe die Sabbati orans in cubiculo Deiparam videre, & ſibi in hæc verba locutam audire eſt viſus: Martine, volo vt intra triginta Filius meus præmium reddat tuis laboribus. Hæſit ambiguus Martinus quid illud ſibi vellet, *intra triginta*; num annos, menſes, hebdomadas, dies præſignificaret. Re cum ijs quorum intererat communicatâ, iuſſus eſt petere vt ipſa Virgo enucleatè verbi eius numerique myſterium explicaret. Ab oratione redux Martinus ad Patrem quem conſuluerat; Iam ſcio, inquit, Pater, ſecretum: intra triginta dies eſt mihi moriendum. Interea ea quæ officij erant exequebatur accuratè: atque præclarè ad mortem inſtructus, eam trigeſimo poſtea die (1. Septembris) oppetijt.

Sabbato.

Mors.

981 *Franciſcus Cardinalis Toletus* hoc anno extinctus, in morte in ſummo ſalutis diſcrimine auxilio diuinæ Matris emerſit, vt id ipſe teſtatus eſt. Poſt mortem viſus cuipiam dicitur dixiſſe: Ego auxilio magnæ Dei Matris ſum ſaluus.

Auriemma de B.V. pag. 368.

Mors.

982 *P. Emmanuel Sà* viſitandæ in ſuis templis Deiparæ, eidemque quà pijs de illa colloquijs quà artibus alijs colendæ addictus, hoc anno viuere de-

30. Dec.

Digitized by Google

deſijt. Hunc aliquando IESVS paruulus, & Virgo Mater, morientem verò eadem Deipara & S. P. Ignatius inuisêre, vt fama communis increbuit. *Mors.*

ANNO MDXCVII.

983 Hoc anno 21. Sept. obijt *Celſus Finettus* Schol. in Collegio Romano; & breui poſt hunc (ita vt Deipara Finetto prædixerat) *Marcus Antonius Ridolfinus*. Nihil modeſtius illis, nihil religioſius, nihil obedientius fuiſſe ait Sacchinus. *Celſus* apparuiſſe ſibi Beatiſſimam Virginem dixit, & denunciaſſe; Ridolphinum obiturum breui, & biennium illi ad purgandas noxas, ſibi verò quadriennium præfinitum. Bonitatem adoleſcentis, & impenſum in B. Virginem cultum digna fuiſſe quæ fidem his impetrent, ait Societatis hiſtoria, & annales. *Mors.* *Purgatorium.*

984 *P. Ioſephus Anchieta* (qui & ipſe hoc anno vitæ finem inuenit) cùm in oratorio B. Virginis noctu oraret, Sacellum viſum eſt admirabili ſplendore circumfuſum: ſplendor è tegulis, valuis, culmine, faſtigio, totâque porticu emicabat: concentus præterea vocum ſono vocum admirabili audiebatur. *Vita l. 3. pag. 295.* *In Sacello illius attentè precari.*

985 P. Ioſephus Ioannem Fernandum fabrum ægrum viſens ita fertur allocutus more illo ſuo ſancto: *Beata Virgo Mater noſtra me miſit ad te*, vt te in Societatem noſtram admittam, vnàque nobiſcum perſeueres: tibique id oneris impono ob gratiam tanti beneficij quo te hodie *illius amore* afficio, vt mei memor ſis, cùm ad conſpectum *ſanctiſſimæ Matris* perueneris ſeptimo ab hoc die. Et verò ſeptimo poſt die deceſſit Ioannes in Collegium iam illatus. *lib. 4. pag. 336.*

986 In Mondeuio, ſeu montis Regalis, Prouinciæ Mediolanenſis Collegio Deiparæ cultus do-

mi

Digitized by Google

mi foriſque increſcit occaſione ſacræ ac mirabilis iconis Marianæ in vico extra *V*rbem ſitæ; ad quam confluentibus audiendis dant operam duo Patres qui eapropter ibidem reſident. Eſt ibi ad vitæ finem verſatus, duriſſimus laborum perpeſſor *P. Ambroſius Moreſcus* Aſtenſis, qui ſemper hærebat operi, etiam æger. Ibidem hoc anno dæmon Gabrielis aliàs ſpecie perſonatus, auſus eſt etiam cultu alio apparere, ac ſe, *ipſam B. Virginem* nominare coram *V*irgine cuius pudicitiæ illudere volebat. Aiebat videndam ab illa Dei Matrem in certo quodam loco (nempe idoneo ad inſidioſas illecebras) modò ad eum locum ſe conferret, ac *noſtro templo, noſtrorumque conſuetudine abſtineret*: certum alium opportuniorem fore ducem ad virtutem. Et vetabat hæc etiam confeſſario euulgari. Sed innocenti *V*irgini perſuadere non potuit, Deiparam id velle vt à Societatis templo, ac à ſociorum conſuetudine, atque à rectione confeſſarij abſtineret. Quare licèt illo precatoriam ei coronam ſuffurante, ſe illi ad confeſſarium eunti ſerpentis inſtar obijciente, eamque domi ferreis mucronibus cruciante, aliàſque mirè ac variè vexante, perſtitit illa obediens & pudica, tandemque victorioſâ pace potita eſt.

Annuæ pag. 26.

Illam contra dæmonis inſidias inuocare.

987 Oeniponti ruſticus cùm oblatum ad inueniendas oues amiſſas de malefico conſulendo conſilium non admitteret, noſtros conſuluit. *Suaſere vt certas B. Virgini preces offerret.* Accepto conſilio, ſyluoſum collem repetijt; obuiaſque quas quærebat oues habuit.

Annuæ pag. 169. Rebus ité amiſſis.

988 Pauperibus verecundis ſubueniendi modos quærere, eſt gratum Deiparæ obſequium exhibere. Quæſiuêre noſtri in Montis Regalis Collegio in

Annuæ eius Coll.

in Prouincia Mediolanenſi; eâque de cauſâ hoc anno Sodalitium virorum nobilium ſub Annunciatæ Deiparæ nomine inſtituêre. Quod ſtudium *V*irgo Mater manifeſtè viſa eſt approbaſſe, quãdo, vt fama perhibet, huius cœtus primo Sodali ægro ſe coram ſtitit, ſpectandam dedit, ſolata eſt, eum Filij nomine appellauit. Cùm enim demiſsè illam rogaret, vt quàmprimùm tot tantiſque cruciatibus eriperetur, reſpondit illa: *Fili, per angores multos cælum attingendum eſt*. Hoc viſo, ac voce, ad morbi dolores, & mortis ictum extremum æquo & libenti animo excipiendum, ſe firmatum eſſe dixit.

Charitas.

In morbo, illius ſequi conſilium.

989 Ibidem Dominicus Balurius voto B. *V*irgini de Monte regali nuncupato, cùm limen templi attingeret, cuidam de Societate confeſſus, manum aridam (vno alteroue digito excepto) oſtendit. Poſtridiè eius diei à noſtro illo Sacerdote probè edoctus, preces ad *V*irginem fundit ardentiùs, & inter precandum manum priſtinæ ſanitati reſtitutam ſentit.

ANNO MDXCVIII.

990 Morte abſumptus eſt hoc anno *P. Ignatius Martinius* è Sebaſtiani Regis concionatore catechiſta MARIANVS. Hic in Luſitania Conimbricæ, cùm frequentem concionem in catecheſi ad *Aue* MARIA publicè, pro more catechetico, pronunciandum inuitaſſet, ac omnes humano quodam reſpectu, ſeu noxio pudore abſterriti tacerent, diuino nutu factum aiunt frequentiſſimi qui adfuêre, vt ſex tantùm menſes natus infans pendens à Matris pectore, in templo; erecto repentè capite, diſertè *Aue* MARIA, tôtamque Angelicam illam ſalutationem ad finem vſque pertexeret, omnibus qui aderant amabili rei admirabilitate attonitis.

28. Febr.

Reſpectu humanos contemnere.

P. Ber-

Vita l. 3. c.4. 991 *P. Bernardino Realino*, (quemadmodum eius vitæ autores affirmant) in lectulo quieſcenti adfuit hoc anno Deipara, & illi diuinum infantem IESVM porrexit in ſinum; quem ille dum inter lachrymas cordi adſtringeret, ab excitatore in ſanctis illis ſingultibus eſt repertus. Huius anni menſe Iunio die 17. Neapoli cuidam *V*irgini ſupra vulgaris virtutis laudem commendatæ, in templo noſtro pro Societate poſt communionem impenſiùs precanti Chriſtus viſus eſt è tabernaculo altaris prodire. Adfuiſſe videbatur & cæli Regina Chriſti Mater, ac S.P. Ignatius. Aiebat Chriſtus; ſe Societatem geſtare in corde: velle ſe in illa vigere cæcam obedientiam. Et mox ad Matrem ſuam conuerſus, omnes illi de Societate, ceu Matri filios, vnicè commendauit; vt ſingularem illorum curam ſuſciperet. Hæc è P. Ludouici Manſonij ea ex ipſius *V*irginis ore audita conſcribentis commentario habere ſe iuratus affirmat P. Nicolaus Lancicius Lituaniæ Prouincialis, chirographo ſuo & ſigillo, anno 1634. 8. Octobris. *Obed. cæca*

ANNO MDXCIX.

992 *P. Ioanni del Caſtillo* apparuiſſe per quietem fertur S. Agnes, quæ illum ad magna quæque fortiter ferenda impensè animauit, idque nomine Chriſti, & Sanctiſſimæ eius Matris. Certam illi opem ab illis pollicita eſt, quicquid in illum auderet infernus. Digreſsâ ſanctâ, ſe magno animi robore præditum ſenſit: & mox ingreſſi dæmones, magno tumultu illi horrenda contra Chriſtum, eiuſque Matrem *V*irginem ſuggerebant. At Ioanni ſemper inter pugnandum creuêre animi, atque victoria, & lux quædam interna, quæ illi præclara quædam in SSS. Trinitate, ac Beatiſſima *V*irgine *ob. 1599. Valliſoleti. Nieremb. vitæ pag. 774.*

abſcon-

Digitized by Google

abſcondita explicabat. Fuit, cùm datam illi à Patre quodam Deiparæ *Virginis* imaginem combuſſit dæmon, dicens; ſe, ſi id poſſet, manum etiam illius combuſturum. Sæpè ſuauiſſima Chriſti & eius Matris imagini oſcula imprimebat, aliquando viciſſim oſculum ab imagine ſibi viſus accipere. Sed nihil harum deliciarum admittebat, niſi probante ſpiritus magiſtro, cuius nutui adhæreſcebat, ne ſibi prudens videretur. Ex ijs quæ à dæmonibus de Matre DEI dici audiebat, ſapienter fructum legebat. Demittebat ſe profundè coram illa, ſpemque ſingularem concipiebat, cùm ad celebrem B. *V.* Gamonalenſis imaginem dæmon diceret: Quomodo ego tam deſpectus, ad maieſtatis Dominam ire, ad illam oculos attollere auderem? Addebat dæmon; Perire mundum ex quo DEVS rerum gubernacula vni fœminæ tanta ex parte commiſiſſet. Hoc verò dæmones ferre non poſſe. Tantum enim poteſtatis Dominæ illi datum, vt animas quæ iam in inferni portis poſitæ viderentur, illa inde abducat. Diſertè faſſi ſunt dæmones ſe Ioanni adeò eſſe infenſos (& erant modis varijs ac moleſtis) *quod Beatiſſimam Virginem tam propenſa voluntate, amore, cultu proſequeretur.* Minatis illis ſe illum ad tartarum pertracturos; Ego verò, aiebat, ſatis me ad vos peruincendos armatum inuenio vel ſolo meæ Dominæ nomine vobis oppoſito. At ne illos eo nomine cruciaret; negabant illi ſe eum abrepturos. Sabbato quodam cùm quandam Deiparæ imaginem in ſuo cubiculo per dies aliquot colendam inferret, dæmon tempeſtatem, & grandinem excitauit. Dixit Ioanni aliquando dæmon; ſe cane peius & angue odiſſe quicquid cum Deiparæ nomine vel cultu coniunctum eſt. Hinc

pag. 777.

Imago B.V.

pag. 776.

pag. 777.

Digitized by Google

ad locum quendam *Sancta* Maria dictum proficiſcenti Ioanni minaciter dixit: Caueret eò ire, niſi vapulare vellet. Perrexit porrò Ioannes: at ſe per auia & deuia erraſſe aduertit, donec ſerò tandem eò appulſus eſt.

993 *Ioannes de Cruce* Coad. initâ Societate confeſſionem generalem necdum pro more obierat. Sed libenter id fecit poſtquàm illi noctu vigili viſa Deipara eum vultu ac verbis increpare viſa, terruit, quòd auderet in Societate ſui Filij degere animo per generalem exomologeſim minimè perpurgato. S. Ioannes Damaſcenus ad B.V. *In tranquillitate*, inquit, *conſerua cor meum*.

... 1599. 15. Ian. Laureti.

m. ſ. Sabb. ode 6.

ANNO MDC.

994 Hoc anno Mediolanenſe Collegium ait quòd Virgo Deipara quendam de Societate *ſui Sacerdotis* nomine appellârit, quando cuidam fœminæ erubeſcenti ſcelus confiteri illa ſe obiecit, & dixit: *Et quin meo te aperis Sacerdoti?* Fecit id illa quæ monebatur, Sacerdote noſtro, qui iſtac iter miſſionis causâ faciebat, reperto; & gauiſo quòd à Deipara ſui Sacerdotis nomine fuiſſet vocatus. Felices nos, ſi ſumus Mariæ Sacerdotes, quæ Mater eſt ſummi omnium Sacerdotis.

Se pro Sacerdote B. Virginis gerere.

995 *Viennæ* Auſtriæ adoleſcens, è Scholis noſtris tertio iam die in mortis agone ſine vitæ ſpe iacebat, cùm de Societate quiſpiam Patri Catholico, Matri hæreticæ tandem perſuaſit vt voto concepto per Dei Matrem pro ſalute filij agerent apud Deum. Concepit votum adoleſcens, & verba vtcunque refracta pronunciauit; ac peracto voto, ſtupore attonitis omnibus ita ſenſim ad vires rediit, vt poſtridie cibum caperet, quem per plures dies ne guſtârat quidem, breuique conualuit.

Ægris illius pietatem ſuadere.

Ne-

Digitized by Google

996 Nedezij in Hungaria quidam Neo catholicus tepidus, ob humanos reſpectus deficiebat ſenſim à fide. Hic in morbo graui nocte quadam, clamabat ſe à dæmonum caterua trahi ad inferos, iamque pedes ſuos illo igne ardere. Adſuit illi, vt ipſe poſtea teſtatus eſt, Virgo Mater, cum vno ad latus comite Sacerdote de Societate IESV; & miſerum hominem è dæmonum vnguibus ereptum Sacerdoti illi de Societate tradidit, monuitque vt peccata ritè confeſſus, in ſuſcepto Catholicæ religionis propoſito firmus perſiſteret. Obtemperauit ille, ac Patri qui iſtuc ad ſacram expeditionem itabat rem expoſuit, & Sacramentis firmatus eſt. Cracouiæ quoque puellæ in domo hæretica degenti venuſtiſſima Deiparæ ſpecies obiecta dicitur, & locuta, nominatim autem illam compellauit, monuitque vt ſe ad capeſſenda orthodoxæ fidei dogmata prepararet. Paruit illa, & in templo noſtro apud Patres Profeſſos id executa eſt.

Tepidos illi commendare.

Item animas quibuscum agimus.

997 Cuidam magnâ virtute palàm illuſtri, & obeundis S. P. Ignatij exercitijs ſe accingenti, iamque incipienti, vt affirmat Ludouicus hoc anno 1600. Angelus Gabriel ſe à Deipara miſſum dixit, quò ei nunciaret, gratum eſſe DEI Matri obſequium quòd Exercitia illa obiret, quorum nempe ipſa fuerit author Ignatio ea ſcribenti, atque adiutrix. Singulare, inquit, in hoc Reginæ noſtræ præſtabis obſequium. Significat enim tibi, ſe fuiſſe, & eſſe Patronam & Fundatricem illorum Societatis exercitiorum: nam à ſe adiutum, edoctumque fuiſſe B. Ignatium vt ita fierent; ſeque illis rebus meditandis fuiſſe occupatam in vita. Hoc agunt Exercitia quod S. Io: Damaſcenus petit: *Domina, eleua me à tenebroſo ſomno ad tuam glorificationem.*

De Ponte vitæ P. Balth. Aluarez c. 43. §. 1. Exercitia S. P. Ignatij attentè obire.

inter cantica fol. 403.

Digitized by Google

Rogare S. P. Ignatium vt B. Virginem ad orandum pro nobis inducat. Annuæ Auenion. 1601.

998 Hoc anno 6. Septembris Auenionenſis *V*icarius æger, à medicis poſtea planè depoſitus, dixit viſam ſibi Deiparam minacem, & exprobrantem ſibi mores inquinatos : illa ipſa quæ in Deiparæ honorem feciſſet labem fœdam traxiſſe à moribus, nec præmio eſſe digna . Ergò Patri è Societate accito peccata vitæ totius fateri incipit : ſed vires deerant. Cùm interſpirat, ecce iterùm irata *V*irgo cum Chriſto, cuius illa hians latus manu claudebat. Sed ſolatio illi fuit quòd ponè videret S.P.Ignatium toto eo quo hęc agebantur tempore, coram Chriſto & *V*irgine ſupplicem pro ſuo cliente infirmo, qui ſe pro illo vadem dabat atque ſponſorem, fore vt fidem deinceps non falleret. Tum *V*irgo annuens Ignatio, ægrum benignè rogat; ecquid facturus eſſet, ſi vitam contingeret prorogari? Promiſit æger ſingultiens omnia quæ Ignatius ſuo nomine promittebat : & mox viſus ſibi eſt à *V*irgine, manu in Chriſti latus profundè demiſsâ & tinctâ, totus perungi : ac perſanatus rem omnem in Collegio narrauit; Ignatii imaginem in templo affixit. Roga Ignatium vt oret Deiparam pro te tuiſque amicis; & modum inueniat te ac tuos conſtabiliendi in bonis propoſitis, perungatque cor tuum, ac ea quæ agis omnia, ſanguine Crucifixi, vt ei deinceps viuas. Athanaſius, *Iſta*, inquit, *noua Eua Mater vitæ appellatur ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium*. Agamus nos in terris id quod in cælo agere viſus eſt Ignatius.

In Euāg. de SS. Deipara pag. 425.

ob. 1660. 20. Aug. Nier. t. 2. pag. 29.

999 *P. Thomas de Soto* quotidie Deiparæ Roſarium & officium recitabat, flagranterque rogabat ab illa in filium recipi. *V*idere ſibi viſus eſt illam aliquando in campo amœno eâ ſpecie quæ illius coram qua orare conſueuerat imaginem refe-

re-

rebat, & ab illa diſertis verbis *domum* inuitari. Mater Thomæ querebatur amiſſum à ſe annulum, ſeu lapidem pretioſum. Thomas Beatiſſimam Virginem rogauit vt prouideret; eamque in rem *Magnificat*, Deiparæ canticum, aliquoties recitauit; & ecce annulus, ſeu lapillus (ignotum quâ manu) depoſitus in manibus eius Matris apparuit. Verè MARIA, S. Andrea Cretenſi Archiepiſcopo id benè affirmante, *obſignati à* DEO *theſauri cuſtos, munitiſſima ſpei arcanæ turris eſt*. Idem P. Thomas nocte quadam ante diem Expectationis Partus Deiparæ opinabatur ſe eſſe in cæli luce pulcherrimâ, Angelos & Beatos diuina canentes audire: atque his ad magnos in virtute progreſſus eſt mirificè incitatus.

Petere ab illa admitti in numerum filiorum.

Pro rebus amiſſis ad B. V. recurrere.

m. ſ. orat. 3. in Dormit. B. V.

1000 Hoc anno, teſte Marracio in Biblioth. Mar. excuſus eſt P. Thomæ Vvorthingtoni libellus de *myſterijs Roſarij* DEIPARÆ. diem verò obijt *P. Saluator Sotomaior* die à Beatiſſima Virgine illi, vt aiũt, prædicto, eo apparatu ad mortem qui fructus fuit illius perpetuæ in cæli Reginam pietatis.

38. Aet. Mors.

ANNO MDCI.

1001 Colemus Deiparam ſuadendo ſodalibus, Coadiutoribus, alijſque vt labores ſuos illi lubentes impendant, & eius amori dedicent. Hoc anno Guiniſius in m. ſ. Societatis hiſtoria adnotauit Veronæ Sodalem B. Virginis, coram eiuſdem imagine accendendæ lampadi intentum & cum ſcalis ruentibus labentem periſtitiſſe incolumem, dixiſſeque poſtea; ſibi tunc videri viſam in luce manifeſta B. Virginem quæ manu exporrectâ ſcalas iam ruentes attinuerit. *Debemus lampades, obſequia, gratias tibi*, vt ait Athanaſius, *tibi gratioſæ Dominæ noſtræ Reginæ, Heræ, Matri* DEI, *arcæ Sanctuarij*

Honori B. V. laborare.

In Euãg. de SS. Deipara.

Ibid.

Peccatores instruc re. Ibid. narrat Guiniſius, ægro cuipiam contra dæmonis in eius fauces inſilientis impetum opem à B. *V.* flagitanti vocem è cælo auditam, quâ ad Patres Societatis IESV ire, ac peccata iſtic fateri iubebatur. Fecit, & à dæmonis inſidijs conquieuit. *In prologo Contẽplat. de B. V.* *Ipſa*, inquit Idiota, *preces, & ſacrificia ſeruorum, & maximè quæ illi exhibentur, repræſentat in conſpectu diuinæ maieſtatis.*

1002 Mortificatione, ac oratione velut bilance agendum eſſe apud *V*irginem cùm de aliqua re deliberamus oſtendit nobilis ille in Brunenſibus *pag. 703.* annuis adoleſcens, qui varijs ac diris modis carnem affligtans, Deiparã orabat vt ſciret quid vellet Deus in eligendo vitæ ſtatu. Somniauit ille adeſſe ſibi cæli Reginam cum S. Ioanne Baptiſta, *In deliberando illius opẽ implorare.* qui radians IESV nomen geſtabat manu, & S. Iacobo, qui coronam, ſeu ſphærulas Angelicarum ſalutationum. *En*, inquit *V*irgo, *ſignum tibi datum eſt ſub quo ſuccenturiatus Filÿ mei auſpicÿs militem en turmam cui te adiungas.* Aliàs in veſperis iterùm de hoc dubitanti *V*irgo; *Quamdiu*, ait, *claudicabis? Quouſque me tentabis? Sic meis ſignis non credis?* Aliàs pro eo ſpiritu conſeruando, Deiparæ coronam attentè recitanti adeſſe viſa eſt illa cum IESV paruulo, & benè precari. Iterùm tentato vox per quietem audita dixit: *Fac citò quod debes.* Ita *Hymno laus Mariæ.* paruit. Hanc voca conſultricem, & cum Bonauentura illi dic dum deliberas: *Aue, Virgo, rumpe moras, & ad omnes ſemper horas mihi custos & adiutrix eſto, digna Dei nutrix.*

ob. Meſſanæ 20. April. 1601. 1003 Mag. *Franciſcus Caietanus*, olim Marchio ante Societatem initam, tum adhuc puer B. *V.* honori Sabbato ieiunabat, & Feriâ 3. à cœna abſtinebat: officium, & Roſarium B. *V.* flexis genibus

quo-

quotidie recitabat valdè attentus. Cùm nihil aliàs habere vellet, vnam tamen è charta imaginem habuit, in qua DEI Mater ſeptem gladijs ſaucia ſpectabatur. Hæc illi pro vexillo erat vt ſe vbique generoſè peruinceret. Certè moriens dixit; ſibi Deiparam adeſſe cum Angelis & Sanctis ſuis. Hac Præſide vicit. Ita Nicopœia illa, ſeu victorioſa B. *V*. imago Conſtantinopoli ſemper ferebatur ad pugnam, eòque dicebatur *adiutrix inuicta, belli ſocia, imago inſuperabilis commilitonis* DEI. De eodem tum adhuc paruulo octo tantùm menſes nato aiunt, eum tunc *Aue* MARIA didiciſſe, atque in cunis recitaſſe. Iam tum ille ſe per illam ad cæleſtia dona diſponebat, de qua ſapienter Idiota laudatus: *Donis, & chariſmatibus ædificat ſeruos ſuos, vt ſuperbenedicti Filij ſui, & ſpiritus S. digna fiant habitatio*.

Paupertate, oratione, mortificatione illam colere.

Gumppẽberg in Atlante Mariano p. 1. pag. 18.

In prologo.

1004 Iacobus Ruiz per annos 30. cocus, DEI Matrem officio quotidiano vſu attrito honorabat, quod officium nobili cuidam poſtea magnò in pretio fuit. Labores ſuos Deiparæ dedicabat: & per totos 30. annos nunquam petijt domo exire, quò plus laborare ac orare poſſet. Pro hoc mortuo coronam Deiparæ tertiò recitans Alphonſus Rodriguez; illum ad latus Reginæ cæli ſibi videre eſt viſus in gloria. *V*ega Theologiæ Marianæ n. 126. refert Photij verba dicentis: *Cùm Lycurgo inſtare mors videretur, ſe in Matris Deum delubrum deferri iuſſit*. Nos cum Iacobo ſimus ad latus Matris DEI.

ob. 1. Iun. 1601.

Labores per orationem Deiparæ dedicare. Rarò exire.

1005 *Petro Stopello* Coadiutori ægro adfuiſſe ferunt præclarâ ſpecie DEI Matrẽ & dixiſſe; plus ei adhuc in ferendis pro DEO laboribus exantlandum. Inde illi eo quo adhuc vixit decennio mira-

ob. Mediolani 3. Sept. 1601.

ra-

Digitized by Google

rabilis fuit ad labores alios ex alijs continuandos aſſiduitas.

Laboribus illam colere.

1006 *P. Petrus Thyraus* edidit, vt habet Marraccius in Biblioth. Mar. *Apodixim theſium de Roſario B.V.* Apud Aletinos egregia Sodalitatis B.V. in Collegio florentis laus eſt illa quòd ipſa cæli Auguſta cuidam Sodalitatis deſertori, monſtrato dæmone Æthiope qui homines in fruſta concidebat, dixerit, vt ferunt literæ: *Quamprimum ſæuiſſimas huius Aethiopis manus experiere, niſi ad priſtinum vitæ genus redieris.* Expergefactum, & ouantem inuiſit eadem niueo amictu glorioſa, ac iuſſit Sodalitij cœtum repetere, ſi exitium vellet euadere. Sodali Mutinenſi, qui roſarium amiſerat; rogata Deipara dicitur adfuiſſe ornatu & facie ſplendida, eumque ſolata, roſarium vbi ſit commonſtraſſe. vbi euigilauit, loci à Deipara oſtenſi memor, ibi roſarium reperit quod amiſerat. Alij *Virduni* obiectã aiunt vigilanti ſpeciem Deiparæ *Virginis*, quæ manu coronam eximij ſplendoris porrigens monebat, vt eam ſi obtinere vellet, religioſum vitæ ſtatum amplecteretur.

ob. 1601. Roſarium B. V. defendere.

Sodalitates fouere.

Annuæ pag. 47. 152. 340.

Res amiſſa.

Illam cõſulere.

1007 Hoc anno *Vallencenenſe* Collegium de Beatiſſima *Virgine* tragicomœdiam dedit, cuius argumentum fuit *Salus vrbi* abhinc annis 400. graſſante ſinè modo peſtiferã lue *per almam* DEI *parentem reſtituta*. quod etiam beneficium quotannis ipſo Deiparæ natali die recolitur.

Illius beneficia etiam in ſcena celebrare.

1008 Hoc anno 1602. Ingolſtadij quidam iuratus affirmauit, ſibi per quietem viſam DEI Matrem veſte candidâ, *monentem vt ea ſalutis via incederet quam ei vnus de Societate oſtendiſſet*. Sequamur hanc ſtellam quò nos ducit, & eò alios ducamus. Huic S. Bonauentura, *Tu*, ait, *es vir-*

Ab illa petere Ducem Spiritus.

Digitized by Google

ga, tu es ſtella, tu es gratiæ fluuius, Deitatis munda cella. *hymnus laus Mariæ.*

1009 Alius graui peccato onuſtus, dum ab eo exonerari flagitaret, ſecundùm quietem Virginem magno lumine circumfuſam, & mirè exornatam conſpexiſſe ſe dixit, benignè *admonentem*; Oetingam concederet, & Societatis Sacerdoti crimen patefaceret: ſic enim futurum, vt quietis compos fieret. Nec vanum id fuiſſe euentus probauit.

ANNO MDCIII.

1010 P. Petrum de Añaſco grauiter ægrum implorata DEI Mater cum dulciſſimo in ſinu paruulo inuiſit, ſolata eſt, & promiſſâ corporis ſanitate ad militandum Chriſto incitauit, vt ferunt de illo elogium, & annales. *ob. 1603. 12. Apr. In morbo illam orare.*

1011 *P. Andreæ Perez* extinctum oculorum lumen reſtituit DEI Mater, materno illum affectu ſemper complexa. Ægrum dæmon ad lectulum præſens horrendo beſtiæ ſpectro formidabilis terrebat: ſed adfuiſſe aiunt cum paruulo ſuo Virginem Matrem; & fugato ſpectro Andream dulciſſimo erga ſe amore accendiſſe. *ob. 1603. 30 Sept. Oculos ſuos illi dedicare.*

1012 Hoc anno 1603. apud Lugdunenſes adoleſcens ne Societatem capeſſeret maternis lacrimis impediebatur. Ergo eam cui ſemper impensè addictus erat Deiparam ſupplex orauit vt illa obicem ſalutis ſuæ amoliretur. Et ecce ſub idem tempus abſens Mater vocem hanc ſibi audire viſa eſt; *Peccatum hoc tibi imputabitur*. Quæ vox tantum potuit, vt Filio poteſtatem fecerit, & à marito quoque benedictionem impetrârit. *Impedimenta virtutis per illam tollere.*

1013 Hoc anno 1603. 27. Septembris nautis periclitantibus, & Beatiſſimæ Deiparæ Cheſtocho- *Nimius dier. Nouf. 30. Sept.*

 uien-

Hortari alios ad cultum B. V. uienſis honori vota concipientibus P. Martinus Laterna, anno 1598. in fidei odium cæſus, videri eſt viſus in aëre ſublimis, ac ſaluos fore prædixit; eos diſertè hortatus, vt eorum quæ Deiparæ promiſerant implendorum fideles, pij, atque accurati meminiſſent, nec eorum quicquam omitterent.

Pro crebra confeſſione illam implorare. Annua p. 459. 1014 Lucernæ dæmon aſpectu horridus fœminæ nunc funem, nunc ferrum offerebat; vt ſe interimeret, ſemper illi infeſtus, eò quòd *& crebrò & nostris confiteretur*. Hunc illa Mariæ nomine implorato ſemper vicit: & quò magis id illum ægrè ferre videbat eò crebrius ad noſtros aduentabat ad conſcientiam expiandam.

ANNO MDCIV.

ob. 1604. Ad breuiandum purgatorium eius opem poſcere. 1015 *P. Hieronymo Carualio* purgatorium anxiâ mente timenti ſe obtuliſſe fertur *Virgo* Mater; & ponere metum iuſſo, dixiſſe; ſe peccatoribus & hîc, & in igne purgatorij auxilio eſſe. Neque ſe ferre poſſe, vt cui ipſa adeò cordi fuiſſet ſemper, illis pœnis diu torqueretur. Adieciſſe; poſt annos XV. migraturum è vita: quod ipſum illi magno fuit compendio ad purgatorium breuiandum. *Spes noſtra*, inquit S. Bonauentura, *Spes noſtra ſolida es, Virgo* Maria.

Super Salue Reg.

1016 Narrabat ſaucius ille pictor de quo num. 395. dixi, ſe ope Deiparæ perſanatum, voce illâ noctu auditâ: *Eſto bono animo: iam ſanus factus es: vulnera quæ excepiſti ſunt inſtar ſpineæ coronæ, vt in cælum conſcendas*; Videreque ſibi tunc viſum Angelos coronam geſtantes. Res eſt publico teſtimonio conſignata.

Dolores cæli cogitatione ſolari.

In tentatione illã, & Patrē ſpirituale conſulere. 1017 Barcinonæ iuuenis coram B. V. imagine ſupplex, & petens extingui in ſe cæcos ignes quibus inuitus aſſiduè ac turpiſſimè vrebatur, vocem ſibi au-

audire videbatur; Patrem illum adiret qui verberaturis ſeſe in templo noſtro de more narrat exempla, eique dicto audiens eſſet. Paruit, & flammam illam frequente verberum, ac Sacramentorum vſu reſtinxit, caſtitate religioſo etiam voto poſtea illigatâ. Hæc Virgo nos à ſerpente illo blandè mordente tuebitur. Nam, vt benè S. Io. Damaſcenus, *ad hunc paradiſum ſerpens aditum non habuit.* *orat. 2. de Aſſ. B. V.*

1018 Ad SSS. TRINITATIS cultum, ad eminentiſſimã cordis immaculati puritatem, ad mortis adeòq; vitę immortalis deſideriũ ducit ſuos diſcipulos MARIANUS amor: id quod expertus eſt *P. Ioannes Hieronymus*, qui, vt aliàs narraui, Hiſpali in exercitijs cùm SSS. TRINITATEM in throno, Deiparam, S. Michaelem, & Angelorum ac Beatorum ordines videre ſibi videretur, aiebat ſe tunc plenam peccatorum veniam fuiſſe adeptum, & dulciſſimâ electionis arrhâ cordi ſuo impreſſâ donatum. Poſtulanti autem ſibi vt vel in gratia confirmatus peccare iam non poſſet, vel de vita tolleretur, impetraſſe. Et breuì deceſſit. *Paſſionum mearum ſtirpes euelle*, ait ad B. Virginem S. Ioſeph Græcus, *diuinaſque cogitationes germinare fac ex anima mea.* *ob. 1604. In pretioſi, occupationibus c. 6. n. 9. Colere SSS. Trinitatem, et illam pro corde mũdo. 3. Sept.*

1019. Neapoli Sodales B. V. docentur vt rudibus doctrinæ Chriſtianæ elementa tradant. Id acturus nauim conſcenderat Sodalis. Huic in tempeſtate ſopito Deipara conſpecta læto vultu loqui eſt viſa, & dicere: *Gratiſſimum ſibi opus eſſe quod aggrederetur: proindè nihil mortis faciem vereretur.* Pedes Virginis oſculari dum pararet, euigilauit, & mare conquieuit. *pag. 33. Catechiſmo rudes inſtruere.*

ANNO MDCV.

1020 Genuæ Partheniorum vnus cùm puerili pudore Societatis noſtræ deſiderium ſupprimeret, *Vocationis ſuæ negotium illi committere.*

ret, à B. Virginis ſpecie (quam ſe videre putabat) iuſſus eſt animum aperire. Adeò feliciter cadit quicquid nobis eſt ad ſalutem, ſi illius ſimus quæ etiam deſideria noſtra exaudit.

pag. 59. 1021 Carbinijiin Prouinc. Neapolitana, fœminæ è primarijs in templo precanti (quæ Societatem nec oculis, nec auribus nôrat) Beatiſſima Virgo cum duabus è cælo aſſeclis Virginibus viſa dicitur hæc dixiſſe: *Propediem hic Patrem habebitis è Societate* IESV: *ei quæ tibi acciderunt exponito; eiuſdem conſilio acquieſcito*. Adfuit breuì Pater in miſſione: & illa quæ viderat iureiurando teſtata, paruit conſilio DEI Matris, tanto voluptatis intimæ ſenſu perfuſa, vt ſibi non in terris ampliùs, verùm in cælo eſſe videretur. Prudenter tractandum eſt ſalutis noſtræ negotium. Ad illud feliciter agendum, iuuabit nos *Virginis prudentia* (quod ait S. Ambroſius) *non humana induſtria fulta, ſed ſpiritu diuinitatis afflata*.

Conſiliarium animæ petere à B. Virg.

tom. 6. S. de Purif. B. V.

p. 463. 1022 Zebuani apud Philippinas Inſulas Collegij literæ aiunt gratum DEI Matri fuiſſe conſilium cuiuſdam è Societate cum homine quopiam de diuinis rebus colloquentis, eidemque impenſiùs commendantis nomen IESV. Cùm cubas, inquiebat, appella nomen IESV; cùm expergiſceris, appella nomen IESV; cùm è lecto ſurgis, appella nomen IESV. Et identidem die ac nocte quantum potes appella nomen IESV. Hæc Pater cùm diceret, reſpondit homo, vt erat ſimplex: Rectè tu quidem, Pater; namque hæc eadem Beatiſſima Virgo MARIA mihi commendauit. Mihi, nil tale merenti. Nam cùm eleemoſynam Sacerdoti, vt miſſam xenialem (quam vulgo de Aguinaldo vocant) pro me DEO offerret, dediſſem, ſacrificioque ipſe intereſſem; enixè à B. Virgine petiui, vt Xeniorum tempore Xe-

Conſilium B. Virginis ſequi in Ieſu nomine. iterando.

nia-

niale donum (Aguinaldo dictum) mihi tribueret. Conceſſit illa liberaliſſimè. Nam ſequenti nocte per quietem Sanctiſſima Virgo viſa mihi eſt, & blandiſſimè allocuta dulciſſimum Filij ſui nomen ſic animo impreſſit, vt neque eius obliuiſci vllo vnquam tempore poſſim; & cùm te idem ipſum inculcantem audio, geſtire mihi præ lætitiâ videor. Quare cùm Beatiſſimæ Virginis hortatui tuus etiam inopinatus hortatus acceſſerit, retinebo illum altè in animo meo, memoriâ tanti nominis ſempiternâ. Placent DEI Matri ſermones noſtri quibus ſpiritualia tractamus, & ea docemus alios quæ ipſa Virgo doceret, ſi nobis ipſa loqueretur. Amat etiam ſi amemus IESV nomen, ac honoremus. B. Laurentij monitum eſt: *Ipſum honoremus in Matre: & Matrem honoremus in Filio*. *in Natiu. B.V.*

1023 Hoc anno Treuirenſes Annuæ *Rainerij Statij* Nouitij meminêre, qui cùm Treuiros ad tirocinium proficiſceretur, & repentè æger Deiparam imploraret, ei viſa eſt adfuiſſe inſtar ſpecioſiſſimæ Matronæ pia Mater magnâ luce circumamicta, collaudatoque pio Societatis ineundæ deſiderio, Treuiros tandem ad metam deſtinatam peruenturum prædixiſſe, ibique ad meliorem vitam migraturum. Quare ille ad tirocinium iam appulſus, & æger, medicinas parari cùm videret, fruſtra, inquit, iſta: iam enim de vita hîc finiendâ præmonuit me DEI parens; eademque breuì cum Filio, & Angelis aderit, ad immortales ſedes me deportatura. Ita vixit. Audi Bonauenturam hortatorem: *Omnis moribundus dicat cum Anſelmo: Anhelat moribundus ſpiritus meus ad tantæ benignitatis reſpectum*.

Per iter, & in morbo totum ſe in illi' fidem commendare.

Spec. B. V. fol. 49. col. 4.

ANNO MDCVI.

1024 *P. Michaëli à Fontibus* in India feſſo ſacris la- *ob. Valentiæ 11. Feb. 1606*

laboribus & iacenti, fulgentem MARIAM Virginem ſeſe palàm oſtendiſſe ferunt literæ Valentinæ, ac vt bono eſſet animo iuſſiſſe: fidem etiam feciſſe, pœnas in vltricibus flammis purgatorij non daturum; quin rectà poſt mortem, beatorum ſedes conſcenſurum. Quo ille mirificè recreatus, ærumnas quaſcunque in poſterum æquo animo tolerare non dubitauit; quin dum vixit, beneficij memor (fortè feriâ 2. illi hæc dixerat Virgo Mater) ſecundâ cuiuſque hebdomadæ feriâ humi ſedens prandebat, cænabatque, lances detergebat. Experimento comperit tunc Michaël id quod pius ac doctus Idiota de MARIÆ nomine olim ſcripſit: *Super omnia Sanctorum nomina reficit laſſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat feſſos, vngit agoniſtas, & iugum diaboli extrudit.*

p. 120

Labores ſuos Deo per illam dedicare.

Fer. II.

Contempl. c. 5.

1025 Idem *P. Michaël* cùm in Vrbe quadam per iter concionaretur, percontatus eſt quidam eximiæ ſanctitatis Religioſus, quis, & cuias Eccleſiaſtes ille eſſet. cui ſatisfactum cùm eſſet, ſubiunxit: ſe diuinitùs accepiſſe, ideòque certum ſibi, hunc ipſum Societatis IESV Patrem cæleſtis Patriæ ciuem eſſe deſignatum. Aliàs, quidam vir & pietate & doctrinâ præſtans è nudipedum, vt vocant, S. Franciſci filiorum familia, cùm apud Antiſtites à Pontifice deſtinatos de S. P. Ignatij ſanctimonia teſtimonium perhiberet; Paucis, inquit, retrò annis ex hac vita migrauit è Societate quidam, cuius anima cæli regna conſcendens obuios habuit Deiparam, Apoſtolorum Principem, S. Ioannem, S. denique Patrem Ignatium. Geſtabat veneranda DEI Mater ſuis ipſa manibus coronam, quâ mox beatam illam animam honoris ergò donauit. Hanc verò animam P. Michaëlis à Fontibus fuiſſe aperuit

idem

idem poſtea Archiepiſcopo ſciſcitanti.

1026 Mag. *Carolus Caſarius* anno penultimo ſuæ vitæ, 2. Febr. animam ſuam nuptiali ferè ritu Sponſo IESV, præſente Beatiſſimâ Virgine, & cuſtode Angelo deſponſatam fuiſſe ſub ſecreti ſilentij fide retulit ei cui ſuæ conſcientiæ arcana pandebat. *ob. 1606. 2. April. Parmæ. Animam ſuam coram B. V. Chriſto dare.*

ANNO MDCVII.

1027 Pragæ viceProuincialis Tranſyluaniæ peſte correptus, cùm ei ſeu iniquo loco, ſeu imperitè aperta fuiſſet vena, & medicus eam ſolam plagam ad hominem enecandum ſufficere affirmaret, votum B. *V.* Lauretanæ ac B. P. Ignatio nuncupauit; qui eadem nocte ab emiſſo voto ad lectulum aſſiſtere illi ſunt viſi, eumque ad ſpem ſalutis haud dubiam animare. Conualuit, & votum, acceptâ à Superioribus poteſtate, expleuit. *Annuæ p. 757.*

1028 *P. Philippo Pantaleoni* ægro P. Petrus Antonius Spinellus Prouincialis, piam teneramque fiduciam ſuadebat erga *V*irginem DEI Matrem. Tum Philippus citra iactantiæ periculum ſe dicturum ſuauiſſimè affirmauit, quare dulciſſimâ erga illam fiduciâ plenus eſſet. Ipſa, inquiebat, illa me puerum olim dignata eſt ad ſe accipere, & mihi blandiri, ac dicere: Tu es *exceptio Dei, & Filius Crucifixi*. Eidemque Crucifixo me ſtitit; qui & ipſe mihi blanditus eſt. *Exceptionis* vocabulum (infirmo etiam annuente) interpretatus Spinellus, aiebat, *exceptionem* eſſe ſegregationem à maſſa perditionis. *Audite hæc omnes gentes*, inquit Pſalmiſta ille Marianus, *auribus percipite qui ingredi cupitis Regnum Dei, Virginem Mariam honorate, & inuenietis vitam & ſalutem perpetuam*. *ob. 1607. 18. Aug. De illa colloqui. Fiduciam erga illã in ſe ac in alijs excitare. S. Bonau. pſ. 48.*

1029 *P. Gabriel Vaſia* pro frequentiſſima ſua iaculatoria oratione vſurpabat illud, & crebriùs *ob. 1607. 11. Iunij Gerundæ.*

re-

Digitized by Google

Nier. t.3. p.782. *Iaculatorÿs illam colere.* repetebat; *Monſtra, Monſtra, Monſtra te eße Matrem.* Eius moris in morbo quodam oblitus, aut negligens, Beatiſſimam Virginem coram ſe videre ſe arbitrabatur, quæ illum eius negligentiæ, multâ maternæ ſuauitatis & vultûs hilaritate admonuit. Ita mos ille illi ſuauior factus, fecit vt cæleſtem quandam vitam duceret in terris oratione aſſiduâ. *Te*, inquit ad B. Virginem S. Ioſeph Græcus, *vrnam diuinitatis manna continentem agnouimus; te pontem ad diuinam vitam tranſcendentem.* (m. ſ. 10. Dec.)

ANNO MDVIII.

ob. 1608. in Sardinia. 1030 *Patri Sebaſtiano à Campo* cùm ſæpè aliàs, tum verò potiſſimùm Roſarium B. V. flexis humi genibus recitanti, ſe oſtendiſſe fertur niueo cultu ſplendida Virgo Mater in ipſo carcere in quo tunc Sebaſtianus captus ab infidelibus tenebatur: cumque impensè hortata eſt, vt omnes captiuos ad retinendam in Catholica fide conſtantiam, & ad cultum Virginis incitaret: Simulque plurima illi Roſaria porrexit plenâ manu; quæ ille iuſſu Deiparæ ipſius diſtribuit, omnes ad illud quotidie recitandum enixè hortatus. Inde illi, & illis libertas, ope Deiparæ: Quam S. Bonauentura *portam libertatis* vocat; & addit: *Verba cuius, ſunt argentum; lingua, laudis inſtrumentum.* (Nier. t.4. p.93. — *in Pſalt. minore.*)

Annua p 577. Illam pro confeſſarÿs, & pœnitentibus implorare. 1031 Quidam qui procul Zagrabiâ, Vrbe Croatiæ, diſſabat, aiebat ſe à ſemeſtri ſpatio vrgeri, & aliquando etiam in ſomnijs à Deipara Virgine impelli, vt ſi quietam conſcientiam habere velit, ſe ad Societatis Patres conferat Zagrabiam, iſtic vt quærat medicos, qui animæ morbos ſanent, & antidota præſcribant.

Rudes fidei elementa docere. 1032 In Philippinis fœminam à quodam Societatis Patre baptizatam dicitur ipſa Beatiſſima

Vir-

*V*irgo docuiſſe orationem Dominicam,ſalutationē Angelicā,& ſymbolum Apoſtolorū. Vide Andradā fol.124.de Baptiſmo B.V.vbi fol.127. mirum quid, de ſodalis innocentia admirando modo defenſa.

1033 *P.Sertorium Caputum* cuidam charo ſuo Româ redeunti; ea ipsâ qua obijt nocte viſum memoriæ proditum eſt. Inter alia quæ illi dedit documenta, fuit vnum de B.*V*irgine, quo illum ad teneram inſtar filij pietatem erga illam Matrem miſericordiæ inflammauit. *Nicolaus Lepidi* vir nobilis porrectum ſibi à ſorore ſuâ annulum pretioſo lapide ac plano inſignem, in digitum Patris Sertorij in ſandapila iacētis inſeruit,& ſorori mox reddidit. illa piè annulum venerata, aduertit à digiti illius contactu impreſſam diuinitus lapillo illi imaginem Beatiſſimæ Virginis. Ita ipſa retulit, & alij qui vidêre, ac ſtupuêre, cùm id adeò breui tempore ars nulla efficere potuiſſet. Certum autem erat, multis id affirmatè conteſtatis, in annulo antea nihil omninò fuiſſe ſculptum.

ob. Aquilæ 1608. 11. Sept.

Diſcere à mortuis colere B. V.

In annulo B. V. effigiem geſtare. Illam cordi inſculpere.

ANNO MDCIX.

1034 Sanctum eſſe, ſi dolores, vitam, ac mortem in DEI voluntate per manus Beatiſſimæ Virginis deponamus, oſtendit Anicij hoc anno vitam explens P. *Claudius Panceottus*; cui ægro duos Angelos ad pedes adſtitiſſe affirmant annuæ candenti corporis habitu, vultu ſpecioſiſſimo: qui in ſummis morbi doloribus poſito nunciabant, nouas illi moleſtias익 ſupereſſe deuorandas, & faucibus plenioribus potiones anxias hauriendas, quas in phialis aquâ turbidâ repletis coram miſcebant; cùm interim tertius adeſt, qui angoris terminum ait adeſſe: ſic Reginæ cælorum viſum; de cuius imperio & authoritate ſignificabat ſe fuiſſe miſſum:

p. 205.

In morbo ſe illi totum dedere.

neque enim ipſammet longiùs abeſſe. Deſierat loqui, ſimul ac B. *V*irgo cum Filio Iesv ſpectabilis adſtitit. Comitabantur Dominum Beati Claudius & Ignatius, hic parens, ille patronus: adhærebant aliquot de Societate Patres è cælo beati; qui omnes lectulo proximi ſpoponderunt futurum breuì vt ducibus ipſis ad æternæ ſalutis portum inueheretur. Triduum ſuperuixit. Hiſce lectis dicamus cum S. Ephræm Syro: *Sub alis pietatis, atque miſericordiæ tuæ protege, & cuſtodi nos.*

S. de margarita pretioſa.

1035 Inter perquiſitas Deiparæ colendæ artes eſt, amore Beatiſſimæ Virginis ad officium ſuum exquiſitiùs perficiendùm accendi. *Ioannes Verutia* Coad. poſt auditam, vt ipſe ſibi viſum aiebat, tertiò vocem in ſolitudine; *Vel religio te manet, vel infernus*; tirocinio noſtro adſcriptus (quod Guadalaxarienſes literæ narrant) B. Virginem inter duos ſenes venerabiles meruit intueri: quæ placidè tironi renidens, vadem ſe obtulit pro eo nouam Filij ſui militiam ingreſſo. Hoc Deiparæ aſpectu adeo firmatus eſt Ioannes ad virtutem, vt ad regulæ perpendiculum fuerit ſemper in oratione aſſiduus, in opere indefeſſus. Audeamus & nos magna ſperare à Virgine; dicamuſque illi cum S. Ildephonſo: *Adaperi os meum, & reple illud confeſſione miſericordia tua. Tango os, & auriculam cordis mei.*

Accuratè viuere ad legum amuſſim.

L. de virginit. B. V. c. 6.

ANNO MDCX.

1036 Contra dæmonem quoquomodo infeſtum Deipara, S. P. Ignatius, ac Sancti quorum reliquias colimus, implorandi. Mutinæ dæmon è fæmina clariſſimis ortâ natalibus pellebatur, ad ipſum S. Geminiani corpus in templo. Nocte ante feſtum Deiparæ proximâ tandem diſceſſit, priùs faſſus expelli ſe à tribus; à *Deipara, Geminiano, Ignatio.*

Deiparæ ac Sanctorum ope uti contra dæmonem.

Vlyſ-

Digitized by Google

1037 Vlyſſiponæ, fœminæ, vt ſe præcipitem ageret, formidoloſæ altitudinis aſcenſum iterùm ac tertiò molienti oborta lux, & conſpecta ſpecies auguſtæ Virginis candenti veſte, ac eximio decore ſpectabilis; quæ deſperantem coarguens, docuit, vt *Patres Societatis conueniat*. Turiaſonenſes quoque duo noſtri cuidam à Beatiſſima Virgine auro gemmiſque conſpicuâ in ſomno perſanato promiſſi ſunt, cùm illa diceret; *pacem ſe ei reddituram per duos Religioſos viros ei ſubmittendos*. Experrectus ille in ſacello, vbi tunc pernoctarat, eos ipſos de Societate vidit ingredientes quos ei B. Virgo promiſerat, & quidem eorum alterum videbatur ſibi conſpicere circumfuſo ſplendore inſignem. Expiatus, pacem inuenit.

Conſilium & conſultorem ab illa petere.

pag. 462.

1038 Ad generalem exomologeſim hortari eos quos eâ egere opinamur, priùs tamen ope Deiparæ imploratâ, Melitæ ſocijs ceſſit feliciter: quorum hortatu quidam cùm id agere deſtinaret ſed difficillimum putaret; intempeſtæ noctis ſilentio expergefactus, vigil, & apertis oculis B. Virginem MARIAM contueri ſibi, audireque eſt viſus, ſuauiſſimis verbis exordientem, & ſingula ordine peccata quæ antea primò generaliter confitentis memoriam fugiebant, ob oculos ponentem: quæ deinde primo diluculo ſtatim Sacerdoti aperuit. *Aue*, inquit ad B. V. S. Ephræm Syrus, *aue porta cælorum, & ſcala, aſcenſuſque omnium. Aue clauis Regni cælorum.*

Annuæ p. 22.

Illius auxilium petere pro generali confeſſione optimè obeunda.

De Margar. pretioſ.

1039 Hoc anno Aquilæ Beatiſſima DEI Mater ad quandã Virginem IESVM infantem attulit, ſe illi ſpectandam præbens, vt ferunt impreſſæ annuæ literæ. Videbatur ſibi etiam intueri longam ſeriem ſplendidæ ſupplicationis quam noſter cum vexillo

pag. 44.

Digitized by Google

Societatē Christo per illam commendare.

illuſtri præcedebat ſtellâ ſplendidâ in fronte notatus, ſocijs alijs item ſidere coruſco in fronte micantibus, & omnem turbam ad rectum iter dirigentibus quà ibatur ad cælum. Hos IESVS è MARIÆ ſinu dicebat è Societate ſuâ eſſe, qui alios ad cælum induſtriâ & labore ſuo deducerent, inſtruerent, vrgerent, dirigerent. Et verò illa Virgo, viſo poſtea de Societate quodam, agnouit quid hoc veſtis eſſet, ac dixit: veſtes à ſe in ſpectaculo illo viſas illi fuiſſe ſimillimas. Orandus cum MARIA IESVS, vt hoc in Societate decus pro gloria ſua perficiat.

ann. p. 367.

1040 Friburgi hoc anno ad ægrum adoleſcentem vocatus de Societate confeſſarius, illi quædam de B. Ignatio, & P. Caniſio ſuggeſſit, vt illum ad confeſſionem accuratam induceret. *V*otum concepit adoleſcens, confeſſionem totius vitæ inſtituendi: & ecce nocte proximâ offerri viſa eſt illi ſpecies Beatiſſimæ Virginis inter duos è Societate Patres mediæ, ac dicentis: Noſtine, adoleſcens, qui latus meum hinc & hinc cingant? Ille reſponſi anxius, aiebat poſtea ſibi ab eo quem B. Ignatium credebat veſtem oblatam, vt eam indueret. Confeſſus conualuit, & Societatem amplexus eſt. Veriſſima eſt illa P. Caniſij ad B.V. oratio: *Auguſtiſſima Regina, eadèmque fidiſſima Mater* MARIA, *quam ſine fructu nullus implorat, & cui mortales omnes beneficiorum memoria ſempiterna deuincti ſunt.*

In fine operis de Mar. Deip.

ann. p. 472.

1041 Hic annus Granatæ ſupremus inter viuos fuit *Baptiſtæ* Coadiutori magnâ planè virtute præcellenti. Is olim è primâ probatione (in quâ die iam quinquageſimo verſabatur) grauiſſimo dæmonis impulſu fugam per ſolitudinem meditatus, cùm reſpexiſſet, adeſſe ſibi videre viſus eſt Beatiſſimam

Vir-

Digitized by Google

Virginem MARIAM (quam ſtipabant hinc S. Petrus Apoſtolus, inde S. Barbara quibus Baptiſta iam pridem erat addictus) benigno vultu hortantem, vt eâ ſorte ſtatuque contentus perſeueraret, in quo vitam eſſet conſecuturus æternam. Quo ille ſolatio confirmatus, cœptis inſiſtere quantâ poſſet contentione corporis animique decreuit. Et id præſtitit luculenter.

Conſtantia & humilitate illam colere.

1042 *Bartholomæus Camerlenghus* Coad. ſub vitæ finem candidè ſignificauit, Beatiſſimam Virginem cum pulcherrimo paruulo IESV ſibi coram ſæpè adeſſe viſam. Hinc illi fluebat admirabile quoddam lumen, in quo noxarum ſuarum atomos vſque adeò peruidebat, vt confeſſionem non niſi magno cum ſingultu, & lachrymis exequeretur.

ob. 1610. 10. Febr. Regij.

Lumen pro teneritudine conſcientiæ per illam à Deo petere.

ANNO MDCXI.

1043 Pulchræ dilectionis, & ſanctæ ſpei Mater eſt Virgo Deipara. Per illam rogandus DEVS; *Domine, adauge nobis ſpem*. Occubuit hoc anno Neapoli *Marc. Ant. Rinalta*, cui (cùm Patauij Nouitius verſaretur) inter quietem Beatiſſima Virgo, Campanienſis dicta, ſalutem ac beatitudinis brauium pollicita fuiſſe narratur.

ann. p. 27. Mors.

1044 Magiſtri *Iacobi Mlocki* hoc anno defuncti aſſiduam in pia lectione cõſtantiam, patientiam, Angelici exempli modeſtiam, preces poſt ſumptam diuinam ſynaxim ad horæ ſpatium extenſas poſteaquam laudauêre Rigenſes literæ, quomodo, & quanto felicis operæ pretio Deiparam coluerit, ſic exequuntur: B. Virginem præcipuâ veneratione proſequebatur, officium & roſarium ei indies velut ordinarium penſum perſoluens. Ipſa ſanè benigniſſima Patrona ſolatio ſuo ipſum dignata, extremum etiam mortis diem ei apertè prædixit. Nam de-

ann. p. 669.

Conſtanter illius officium, & roſarium recitare.

Digitized by Google

Purif. B. V. decem circiter diebus antè obitum (erat is Virginis purificatæ ſacer) cùm Sacerdos quidam è noſtris re diuina peracta è templo rediens ad ægrum reuiſeret, ſciſcitatus hic, num & in templo B. Virgo adfuiſſet, affirmante Patre ſubiunxit Iacobus, quemadmodum ferunt annuæ : Reuera & hîc mecum, duabus alijs comitata Virginibus, fulgenti *Patientia illam colere.* admodùm forma, & decore fuit; ſignificans me breui hinc ad cæleſtium Societatem migraturum: modicum interim adhuc ferendum. Biduo ante mortem alij cuidam; Magnos, inquit, hîc habuimus hoſpites, exhilarante me præſentia ſua Beatiſſima Virgine : & iam mihi abeundum erat, niſi dilatio exigui temporis fuiſſet conceſſa. Adiecit; quòd currus B. Virginis quo animas in cælum auehere ſoleat, in medio conclaui conſiſteret. Poſtridie de ijs quæ dixerat, monitus, dixit ſe eorum optimè meminiſſe; non dormiuiſſe, pacatoque animo ea omnia dixiſſe. *Paratus interim*, inquit, *ſis moneo ad tempus deſignatum*. Nempe ei quot adhuc annos eſſet victurus, vt ferunt, prædixerat. Oremus illam *orat. 2.* vt nos eò ducat, quæ S. Andreæ Cretenſi dicitur *currus* Dei.

ob. 1611. Pro concione opē illius implorare. 1045 *P. Bernardo Colnago* 8. Decembris de B. Virgine dicere iuſſo, & inter ſacrificandum operã à Deo ac Dei Matre ad id petenti, Angelus è cælo veniens clauſam ſchedam glutiendam dediſſe fertur. Glutiuit Bernardus, & dixit ſeipſum quoque mirificè ſupergreſſus.

Laborare pro ſalute animarũ. 1046 Aliàs de illa qualem illam à ſe conſpectam putaret loquens; Impoſita, inquit, meo pectori ſua manu, mihi dixit: labora nauiter & indefeſſus pro ſalute animarum: & affer, atque adducas mihi animas : hoc enim obſequium præ omnibus eſt mihi

Digitized by Google

mihi longè acceptiſſimum, atque chariſſimum.

1047 Faſſus aliquando eſt, illam ſibi in altari videri viſam cùm ſacrificium offerret DEO. Aliàs cùm clauſis portis idem faceret coram celebri B. Virginis imagine, miniſtro quoque iuſſo tantiſper abſiſtere, viſus eſt ab ijs arbitris qui clam per portæ rimas quid ageret introſpiciebant, nudis genibus repere ad altare: tum ſacrificij ipſius tempore chartam (tanquam memoriale, vt vocant) Beatiſſimæ Matri porrigere. Idem fecit poſtridie: & gaudio iucundè geſtiens, ecquid lætitiæ id eſſet rogatus, reſpondit: Hodiè certior ſum redditus amicum quendam meum damnari non poſſe. Taceo aues, illius, vt aiunt, iuſſu, IESV MARIA cantantes, de quo in vita.

In ſacro.

In ſacello B. V.

1048 Crucifixi amorem per MARIAM eſſe petendum, & huius amorem viciſſim à Crucifixo eſſe flagitandum ſuadet id quod ſequitur. Paula Pellirona Catanenſis manè ſub auroram videre ſibi viſa eſt Ieſum in cælo aperto, collucentibus pedum, lateris, ac manuum quinque pulchris vulneribus. Ad Chriſti verò dexteram Beatiſſimam Virginem iunctis piè ac modeſtè manibus cum maieſtate ſtantem, defixo in Filium Ieſum obtutu. E regione IESV, & MARIÆ denique *P. Bernardum Colnagum* vitâ iam ante functum, ſplendidâ Societatis Ieſu veſte glorioſum. Hæc illa coram ſacris iudicibus ritè cùm teſtaretur, aiebat ſibi hæc narranti cor imbui ſenſu tenero liquidiſſimæ voluptatis.

A Crucifixo petere amorē erga B. V.

1049 *Thomas Cannonius* Coad. mira charitatis coniunctione Deiparæ adſtrictus eſſe diuinitùs eſt oſtenſus. Ad huius mortui cadauer viſam ferunt cum Angelis è cælo deſcendere DEI Matrem, Angelis

ob. 1611. 17. Iun.

Mortem ſuam illi vnicè commendare.

lis ſandapilam corona cingentibus, & ſparſo odore cæleſti honorantibus.

ANNO MDCXII.

1050 Cum ijs qui graui peccatorum onere preſſi deſperanter ferè cogitant de ſalute, blandè ad ſpem erigendis laborandum ſuadet exemplo ſuo ipſa Virgo Deipara. Puellæ grauibus noxis oppreſſæ cogitatio deſperationis frequenter inijciebatur; cui magna Mater cùm ſe præſentem ſtitiſſet (vt perhibent annuæ Caſtellanæ) blandiſſima oratione ſpem fecit ſalutis; *Societatis Ieſu Patres deſignauit*, quibus ſe Sacramentis expiandam traderet. Sed non paruit ſeu pudore, ſeu dubitatione viſi oblati prohibita, donec iterùm à *V*irgine Matre clariùs increpita, vix cœperat exequi, quod iuſſa fuerat, cùm eam deſperationi ſuccedens ſuauiſſima dulcedo animi recreauit, quæ deinceps quoque perſeuerauit. Mexici etiam hoc ipſo anno Inda mulier octo iam annos peccata quædam confeſſario ſuo celabat ea ſpe ſeu errore, vt eorum impunitatem à *V*irgine impetraret, quam eo nomine ieiunio crebro ac precibus ſibi ſtudebat demereri. Errorem illum Beatiſſima *V*irgo vti depelleret, per quietem ei ſe dicitur oſtendiſſe, ac dixiſſe; gratas ſibi adhuc preces fuiſſe. Tum poſtridiè manè Seminarium noſtrorum petere iuſſiſſe. Egreſſurum ſtatim in templum Sacerdotem, interrogaturumque; num quid velit? Ei reſpondeat: Confeſſionis cauſa ſe veniſſe. Ita omnia euenêre. Ibidem ciuis, Angeli cuſtodis primùm, tum diuinæ parentis iuſſu (ſi fides ipſi id affirmanti neganda non eſt) peccata apud Sacerdotem noſtrum expiauit. Imitemur ſuauitatem Matris miſericordiæ his tam propitiæ: quam laudans S. Ioannes Damaſcenus, cir-

pág. 103.

Spes ſalutis.

Confeſſio.

ode 6. de B. V. fol. 415.

circa illam dulcia vult eſſe omnia, etiam ipſas nubes quas ita compellat: *Nubes, pluite dulcem lætitiam omnibus hominibus*.

1051 *P. Gaſpar Federichus* Panormi æger in Collegio medicinas quaslibet obedienter accipiebat cùm ei diceretur; hoc illi à Beatiſſima *V*irgine Matre mitti. Nocte quâ deceſſit, cuidam dictum ferunt diuinitùs: Nunc cæleſti gloriâ donari, eamque ingredi religioſum Panormi nocte illâ extinctum. Hiſce verbis auditis, mox Collegij æs campanum quo P. Gaſparis mors nunciabatur, auditum eſt. Nec alius quiſquam religioſorum eâ nocte iſtic deceſſit.

Obedientia.

1612. Mors.

1052 Burdigalæ tirones duos in Societate retinuit Virgo Mater, cùm eorum votis ſollicitata, vtrique ſanitatem reſtituit; febre ab altero depulsâ, infeſtiſſimâ ſex menſium grauedine ab altero.

ann. p. 707. Valetudinem ſuā illi committere.

ANNO MDCXIII.

1053 *P. Sebaſtianus Sarmiento* Deiparæ laudum variè ac ſcitè celebrandarum ſtudioſiſſimus, à dæmonibus aſpectabili ſpecie ſæpè ſe oculis obijcientibus crebrò vexatus, à Beatiſſima *V*irgine contra illos etiam extremo in morbo defenſus fertur; fama enim eſt eam illi vnà cum Chriſto apparuiſſe, eumque ſolatam eſſe, Angelis cæleſte carmen canentibus. Atque inter haſce delicias deſijt viuere inter mortales.

ob. 1613. 8. Aug. Burgis. Contra dæmones ab illa opem poſtulare.

1054 Quicquid admirabilium deliciarum vel beneficentiæ cuiuſcunque Sodalibus ſuis exhibet DEI Mater, id Societati hortamento eſt ad eos in eius cultu per omnem induſtriam educandos. Plenæ horum beneficiorum ſunt annuæ. Hoc anno apud Vlyſſiponenſes lectulo affixum Sodalem grauis morbus, at maximè nauſea, enecabat, cùm de-

p. 734.

Digitized by Google

Aegros viſere. ploratâ iam valetudine aiunt ægro blandiri viſam Deiparam, & puerum pomorum calathum illi obtuliſſe, ac nauſeam illi omnem, morbumque abſterſiſſe. Sint Sodalitates, imò animæ noſtræ ancillæ huius Dominæ. S. Bonauentura, *Ancilla*, inquit, *Dominæ* MARIÆ *eſt quælibet anima fidelis*. *Speculi fol. 39.*

ANNO MDCXIV.

1055 Etiam hoc anno Virgo Mater operâ noſtrâ vti dignata eſt quando puellam Lutheranam ad quendam de Societate Patrem dicitur direxiſſe, vt ab eo inſtitueretur in fide. Virgo Norimbergenſis, aiunt annuæ Rhenanæ, honeſtis, & copioſis nata parentibus, Lutherano in ritu, Angelicæ Salutationis formulam ex Catholico didicerat, eamque DEI Matri ſtudiosè recitabat. Quo genere officij aſſecuta eſt, ignara licèt, vt Deiparam ſibi conciliaret; cuius per quietem admonitu iuſſa eſt Bambergam proficiſci erudienda Catholicis inſtitutionibus ab eo de noſtris Patribus *qui deſignabatur*. Cuius nocturni viſi vt maior conſtaret fides, *ille idem Sacerdos noſter à Beata Virgine iuſſus eſt* (vt ipſe aiebat) *aduenientem puellam excipere*, ijs indicatis argumentis, vnde poſſet agnoſci; adiectis etiam ad cæteras notas ſingularibus euentis, quæ Virgini Lutheranæ omni vitâ obtigerant, vel ijs quoque, quorum vnum DEVM conſcium haberet. Aiebat hæc poſtea tum iam Catholica; nulli hæretico poſſe accidere, vt cum hæreſi è vita decederet, cui cælorum Regina fuiſſet in honore.

Annuæ pag. 218. *Dei Matris opem expoſcere pro hæreticis conuertendis.*

1056 In huius anni literis Antuerpiæ B. *Virgo Aſpricollina*, Fratris noſtri, diris tetri morbi cruciatibus conflictati, *votis ſollicitata* eum derepentè perſanauit, in quem ſumma Medicorum ars ſuam vim omnem fruſtra exprompſerat. Et ad ſtrangu-

Annuæ pag. 301. *Item in morbo.*

riæ,

riæ, cruentique vomitus & laterum acerrimos dolores, acceſſerant atrociſſima frequentium conuulſionum cruciamenta: vt ex copia fætidi puris ab ore manantis, & intolerabili immanium dolorum carnificinâ, medici conijcerent ei omnia viſcera fœdis abſceſſibus, aut grangrænæ peſtibus, tabida fruſtillatim decidere: vnde nulla vis humana eum ad vllam ſpem ſanitatis vnquam excitaret. Itaque quò minus præſidij ſibi reliquum factum vidit æger in mortali ope, hoc acriùs & confidentiùs animum erexit ad immortalium Patronorum exoranda ſubſidia; ſed nominatim Magnæ Matris Aſpricollinæ: cui, bonâ præſidum veniâ, cùm vota nuncupaſſet, eueſtigiò conſanuit. de cuius morbo, & ſanatione iurati Medici ſcripto ſuo & chirographo deinde reſponderunt: grauitatem multiplicis mali eam fuiſſe, cuius efficiendæ ſanationi non repentinæ modò, ſed cuiuſcunque, ars nulla humana par eſſe potuerit. Sic Antuerpienſis epiſtola.

1057 Valencenenſium quoque ſociorum hortatu pro ijs qui in ſubterraneis lapidibus cædendis laborant erectum in propinquo Sacellum DEI Parenti. Eiuſdem è Sichemienſi quercu elegantiſſima efficta ſigilla varijs in templis, eorundem Patrum operâ, collocata continuò celebrari cœpta ſunt, multiplici depulſorum morborum prodigio.

1058 Talabricenſium ſociorum vni, dum in pagana miſſione verſatur, ægramque viſens in putri ſcabello ſedet, ita locutam ægram aiunt annuæ Toletanæ: Nocte ſuperiore ſe vidiſſe Angelorum Reginam cælitibus comitatam, quæ ſibi totâ nocte ad auroram vſque adſtiterat, in eo ipſo ſcabello, in quo Sacerdos ſedebat. Recordabatur omnium quæ Beata *Virgo* dixiſſet: nimirùm collau- *pag. 616. degros eius exemplo inuiſere.*

dare mulieris deuotionem, quòd ſingulis diebus
Roſariũ. recitaſſet Roſarium, confeſſionem frequentaſſet &
ſacram ſynaxim, labores ſuſtinuiſſet patienter; ac
tandem monuiſſe vt cum aliquo de Societate rem cer-
Confeſſio. *tam tractaret, cuius in confeſſione oblita eſſet annis ſu-*
perioribus. Perſeueraret porrò in ſua deuotione;
ſeque apud IESVM filium ei patronam futuram.
Inter quæ verba cùm ægra complecti præ amore
DEI Matrē cupiuiſſet, ipſa Virgo derepentè ſublimis
abiuit in cælum, multâ pompâ eam comitante.

1059 Occubuit hoc anno in via *Mag. Gabriel*
Bayle Vrgeliam Gerundâ miſſus, vt humaniores
pag. 632. literas doceret. Oppidani eius virtutem admirati,
eum Sanctum appellabant. Morti proximo (ait
Per iter ſe illi cõmittere. Mors. Gerundenſe Collegium) oblata eſt *Deipara*, cælitum
frequentiſſimo ſepta comitatu, ac deinde Chriſtus
ipſe manibus texens corollam; quibus ſpectandis
incredibiles animo iam prægustaret delicias. *Ma-*
De diuinis officÿs l.3. c.13. *xima portarum cæli* MARIA, inquit Rupertus Abbas
Tuitienſis. Hæc vnà cum IESV patuit Gabrieli
hinc egreſſuro.

1060 Apud Tarraconenſes quidam poſt obi-
tam confeſſionem, & ſumptam Euchariſtiam, dubi-
Ad confeſſionem benè faciendam eius opem expoſcere. pag. 638. tare cœpit an ritè fuiſſet expiatus; adhibuitque
ſibi Beatam Virginem, vt eius ope doceretur, ſi
quid omiſiſſet; cui per ſomnum indicata ſunt cer-
ta quædam peccata, quæ iubebatur recolere apud
Sacerdotem. Redijt ergò ad nos, aiunt literæ To-
letanæ, ac multo cum fletu iterùm confeſſus, animo
deinceps acquieuit, egregiè memor accepti à ma-
gna Matre beneficij.

1061 In Boetica verò quendam peccata ferè
pag. 654. opprimebant. Sed illi opitulari viſa eſt Virgo Ma-
ter. Eius enim ope implorata, grato ſopore cor-

reptus,

reptus, videre ſibi viſus eſt Angelum, benè ſperare iubentem, & hortantem *vt adiret ad noſtrum Collegium* Cazorlanum, *vbi apud Miniſtrum Collegij ſarcinam deponeret*. Tum experrectus, ad Collegium accurrit, Miniſtrum offendit, & magna voluptate conſcientiam expiat, DEI Matri, Angeloque obediens.

1062 Hoc anno Valliſoletanorum in Mexico Sociorum vnus repentè conualuit, imploratâ DEI Matris ope, & eius ſacri conceptus imagine capiti adhibitâ; cùm antea ſalutem ipſius medici conclamaſſent, vt ſcribit Prouincia Mexicana. *Item in morbis.*

1063 Luſitana demum quiddam affert quod omnes qui confeſſionem peccatorum inſtituunt ad implorandum IESV, ac MARIÆ auxilium blandè inuitat. Fœminam peccata ſua nullius auribus in Sacramento vnquam committere audentem, quòd de ſecreti fide anxiè dubitaret, iamque furenter extrema omnia molientem dæmon variè trahebat in barathrum, portentis quoque obiectis. Atque quieſcenti adeſſe viſa eſt ſeuerior Virgo Mater cum paruulo in ſinu IESV, qui duos è Societate illi monſtrans, Eia, inquit, hoſce vide minimè ſuſpectos quibus peccata tutò credas. Benè manè in templo Societatis, ante IESV & eius Matris aram ſupplex, ecce tibi duos illos de Societate videt tum primùm in oppidum appulſos, templumque ingreſſos. Et imperata fecit, toto animo expiato. *pag. 740. In confeſſione.*

1064 Lublini Vngarus vir nobilis, ſed ab auita fide alienus, à quodam de Societate inuitatus, vt poſtridie ſe ſiſteret de fidei controuerſis diſceptaturus, & reſponſurus. Interim tamen, vt veteris Vngarorum erga Deiparam pietatis memor, ſe

det

Legere libros qui illis placent.

non qui obſint legenti.

pag. 406.

det in preces, eamque Præſidem deligat diſputationis, vnico veritatis ſtudio inſtituendæ. Digreſſus Vngarus, codicem accipit à miniſtro hæretico, ſe concertationi paratutus. Priùs tamen paret bono Patris conſilio, & ſe in conclaue ac preces dat, effuſus in genua; vt illa veritatis Mater, veritatem quærenti veritatis magiſtra, & conſcientiæ ſequeſtra eſſet apud Filium: ſe certè in eius poteſtate futurum. Inde aſſidens, inquiunt annuæ, ſuam lectionem aggreditur; ſed ei vix oculos in apertum volumen demittenti, auguſti oris formoſiſſima Virgo adſtitit (ſeu viſa eſt aſſiſtere) excuſſitque procul è manibus damnati argumenti codicem, intentatis minaciter pœnis, ſi pergeret porrò legere: qui tamen ſiue audacia, ſiue ab impotentia mentis librum humi colligit: quam ad contumaciam excandeſcenti ſimilis Virgo iterùm, ſed aſperiùs, librum deijcit, additque ſeueræ expoſtulationis hæc verba: Hæccine promiſſorum ſides, quibus te adſtrinxiſti, cùm inter precandum me conſuleres? Tantum verborum locuta cum indignatione, lumen extinxit, & abijt, vehementer emollitâ hominis contumaciâ. Poſtridiè hæreſim eſt execratus.

Illam pro hæreticis orare.

In ſcrupulis illā orare.

ſerm. 4. in Nat. B. V.

1065 Eodem hoc anno Limanum tyrocinium ſcribit; adoleſcenti de anteacta vita moleſtâ religione ſtimulato, & ſæpè cum lachrymis precanti viſum noctu per quietem, quaſi Chriſto è cruce pendenti à Matre Virgine ſiſteretur, eiuſdemque clientelæ commendaretur, ac eiuſdem Virginis hortatu ad ordinem noſtrum impelleretur, ſi quidem abſolui cuperet animi anguſtijs, & humanæ vitæ periculis. Hugo de S. Victore: MARIAM, inquit, *ſæpiſſimè ſalutemus. Sæuit mare, fremunt venti, ſurgunt fluctus turbulēti. Tu nos Mater, Pereuntes libera.*

Vlti-

ANNO MDCXV.

1066 Vltima Ianuarij die hoc anno extinctum eſt magnum Societatis lumen *P. Claudius Aquauiua*. Is priùs quàm in Præpoſitum Generalem eligeretur, quindecim diebus ante, Florentiæ à Camilla Cardi, magnæ virtutis fœmina, P. Petro Blanca Rectori Collegij prædictum eſt, fore vt ipſe legeretur. Is P. Gregorio Maſtrillo rem retulit. Vbi Roma de illo electo literæ appulêre, Camilla interrogata, quomodo id futurum reſciuiſſet, dixit: ſibi oranti viſum P. Claudium inter SS. Auguſtinum & Bernardum (quos Claudius impensè colebat) & cum Beatiſſima Virgine Chriſtum etiam adfuiſſe, eique Societatem commendaſſe. Scripſit hæc Romam P. Carolo Maſtrillo Gregorius; & ab illo accepit, etiam in Congregatione viſam P. Claudio Matthæo Prouinciali Franciæ DEI Matrem. Oranti enim illi vt videret quem eligeret, viſum P. Claudium Aquauiuam inter S. Bernardum, & B. Ignatium (in cuius Ignatij complexu etiam ſub idem tempus ab alio viſus eſt Claudius) à Beatiſſima Virgine æterno Patri, ac Filio commendari. Accepit Matris commendationem Chriſtus, & P. Clandio Societatem commiſit. Secuta ſuffragatione electus eſt. Hac etiam eligendi Claudij diem antecedente nocte, Pariſijs in Collegio quid viderit P. Richardus Flaminius Hibernus, retulit ſequenti die P. Iacobo Tyrio. Etenim illi oranti pro felici Generalis electione, Beatiſſima Virgo videri eſt viſa, à qua ipſe ſibi induci in ſuffragationis faciendæ comitium videbatur. Ibi eadem Virgo iuuenem quendam Patrem in medio ſtitit, & ad Patres electores; Ecce, ait, Claudium Aquauiuam: illum in Generalem eligite. Conſensêre Patres; & viſum

Superiores bonos à Deo per illam petere.

Et ab illa.

eua-

euanuit. quod verum fuiſſe literæ poſtea Roma reddita nunciauêre. Vide hæc, ac his plura anno 1581. pag.448.

ob. 1615. 14. April. De Soc. B. V. ſacra p. 307. Vocatio.

1067 *P. Sebaſtianus Barradas* cuidam in religioſa vocatione vacillanti expreſsè dixit, inquit Burgeſius; Beatiſſima Virgo, mi frater, iuſſit me ingredi Societatem Iesv. identidemque hoc abreptus feruore repetijt: Ipſa Dei Mater mihi imperauit ipſi: ipſa me iuſſit ingredi Societatem Iesv. Et rumor percrebuerat aliquando, B. *V*irginem Patri Barradio locutam fuiſſe; vtque Societatem Filij ſui ingrederetur, imperaſſe. Quis inde abeat quò ſuos *V*irgo mittit?

ob. 1615. Molinis. 2. Febr. Vocatio.

1068 *Mag. Nicolaum Hagais* de Societate ineunda deliberabundum, ac timentem ne eſſet parùm idoneus, Beatiſſima *V*irgo coram ſolari viſa S. Patri Ignatio commendauit, ſuumque illi auxilium promiſit ſemper adfore in vita, & in extremo vitæ.

ob. 1615. Tarraconæ. Benedictionem ab ea petere. ob. Romæ 1615.

1069 *P. Ignatium Blancum* fama eſt conſpectum fuiſſe genibus nixum penes B. *V*irginem, quæ illi apparebat; eidemque in ſuam fidem accepto ſuum auxilium promittebat. *De P. Petro Antonio Spinello* refert Cæſar Dengenius in ſua Neapoli ſacra pag.231. chartam, quæ pro imprimendo eius de B. *V*irgine tomo veniebat, ſolam fuiſſe ab aquis intactam, teſte typographo, cùm reliqua charta omnis in naui permaduiſſet: idque bis eueniſſe. In Domo Lauretana duas noctes duxit vigil, vt honorem quendam à ſe arceret.

ANNO MDCXVI.

ob. 1616. Conſilium ab illa petere.

1070 *P. Bernardinus Realinus* adoleſcens tunc adhuc, deliberans ecquem è religioſis ordinibus capeſſeret, coronam Deiparæ attentius recitabat.

cùm

cùm ecce tibi conſultrix *Virgo* magni conſilij Angelum puerum IESVM tenero ſinu gerens, illi ſe viſa oſtendere conſilium dedit, vt ſe vexillo Filij ſui in Societate IESV addiceret. Eadem illi poſtea Neapoli, iam Societati adſcripto, dicitur adfuiſſe; *Et donum* & mirum quoddam puritatis nullâ deinceps rebel- *puritatis.* lione tentatæ donum à ſuo Filio impetratum, dediſſe.

1071 Ingreſſus erat diuinorum beneficiorum ſeriem altâ mente perpendendam idem *P. Bernardinus* anno 1561. 3. Iulij manè, cùm claram ac ſe- *Bonas in-* renam nubem coram ſe aperiri, & in illa MARIAM *ſpiratio-* auguſtâ maieſtate nobilem atque amabilem videre *nes ſequi.* ſe arbitrabatur, quæ porrectâ illi manu dicebat: *3. Iulij.* *Veni amice, veni!* ſenſitque ſe moueri loco, cùm tunc ſederet.

1072 Eundem Litanijs recitandis vnà cum reliqua Patrum coronâ intentum coram imagine Deiparæ (quæ nunc in eius cubiculo in B. *Virginis* *Litanias* ſacellum verſo ſeruatur) Beatiſſima *Virgo* fertur *attentè re-* inuiſiſſe, ac ad flagranter precandum ipſo illo ſuo *citare.* aſpectu accendiſſe. Fuligattus in eius vita ait il- *cap. 16.* lam ei frequentiſſimè ſpectabilem adfuiſſe.

1073 Aiebat Ioſephus Papina ſibi in tentatione IESVM & MARIAM è Realini formulâ inuocanti adeſſe viſum ipſum Realinum, tunc licèt abſentem. idem ſibi eo iam mortuo contigiſſe, ſeque ab illo etiam verbis contra hoſtis tentamenta firmatum. *In tenta-* Inter natales Chriſti ferias in tenuiſſima veſte obri- *tione.* geſcens, iuſſus ad ſuum conclaue ſe contulit. At præueniſſe fertur eum qui Bernardino carbones af- *In frigo-* ferre iuſſus fuerat Coadiutorem *Virgo* Mater, & in- *re.* ter cæleſtes Angelorum canentium choros, illum qui igniis conſumens eſt, IESVM puerulum Bernar-

dino in amplexus iam olim notos dediſſe. Mediæ ferè hora illi lapſa erat inter illas delicias, cùm Coadiutor ignem afferens, Bernardinum inuenit mirificè æſtuantem, ac hæc identidem repetentem: Adhuc paulùm, Domina; adhuc modicum. Ac totâ deinceps hieme frigus nullum ſenſit. *Ad te venio* (verba ſunt S. Ildephonſi ad B. V.) *vt facias me diligere gloriam virtutis tuæ: vt reueles mihi multitudinem dulcedinis filij tui.*

Libro de Virginit. B.V. c. 12.

1074 Moriente *P. Bernardino Realino* referunt proceſſus, vt vocant, Thomam Santorum Notarium in lecto quidem, ſed vigilē apertis planè oculis vidiſſe picturam elegantem, in qua viridi veſte amicta Beatiſſima Virgo, & paruulus in ſinu Ieſus auguſto maieſtatis aſpectu videbantur. Ad Matris cæleſtis dexteram erat S. P. Ignatius, qui Reginæ cæli P. Realinum offerebat pone de vtroque genu ſupplicem, Virgine Bernardinum aſpectu oſculoque dignatâ, eumque libenter accipiente in fidem. *Beatus populus qui celebrandæ beatitatis tuæ deſiderio flagrat.*

S. P. Ignatius.

S. Ioſeph conſ. 7. Martij ad B. V.

1075 Franciſcus Marius Sacerdos fœdis vlceribus coopertus, dixit viſam ſibi videri Beatiſſimam Virginem, quam proſtratus in genua *P. Realinus* (tunc iam mortuus) pro ægri ſalute orabat. Annuit, & promiſit illi ægri ſanationem Virgo; ſed ſimul imperauit, vt æger vngeretur oleo lampadis Marianæ. Fecit imperata æger, & intra octo dierum interuallum planè conſanuit. Corporis, & animæ ſanitatem ab ea poſcens Ioannes Damaſcenus *Fluctus*, ait, *mitiga ærumnoſiſſimæ animæ meæ, & dolores carnis ſeda, tu quæ ſola ſine dolore amatorem hominum Deum peperiſti.*

In morbo.

Dom. ad veſp. ode 5.

1076 *P. Ludouicus de Alabes* Indus, hoc anno

in

in odium fidei trucidatus, Deiparæ colendæ perſtudioſus, ab ea ei ter locuta ex imagine certior factus fertur, fore vt in odium fidei cæderetur, die quoque nominatim præſtituto, vt retuli in Anno dierum, mortiumque illuſtrium. 18. *Nou.*

ANNO MDCXVII.

1077 Quanto operæ pretio ſit cohortatus P. Martinus Guttierrez Patrem *Franciſcum Suarez*, hoc anno extinctum, ad B. Virginis gloriam ſupra omnia omnium Sanctorum gratiæ & gloriæ decora Scholaſtico etiam ingenio celebrandam, quàmque id benè præſtiterit Franciſcus, audi è P.F. Elia à S. Tereſia ſic ſcribente: Quin & aliquando B. *V*irgo P. Martino Guttierrez actum gratias veniebat quòd Franciſco Suarezio autor fuerit, vt in ſua prælectione publica profeſſus fuerit; plus gratiarum, & donorum eam ſolam recepiſſe quàm reliquos omnes Sanctos ſimul.

Ingenio illam colere.

Legationis l. 2. c. 31. n. 61.

1078 Thomam Stilintonum Meſſanæ in tirocinio morientem ſacra obedientiæ religione coactum hæc de ſe dixiſſe teſtantur qui illi adfuêre. Aiebat ſe in Flandria inter precandum de ſalute ſatagenti, & abſorpto videre ſibi viſum Beatiſſimam *V*irginem Matrem DEI inter Beatos Patres Ignatium atque Xauerium; à qua Thomas duci ſibi videbatur manu prehenſa per viam aliquam pulcherrimæ amœnitatis, ad fabricam quandam inſigni opere auguſtam. Huc ingredere, aiebat *V*irgo Thomæ: hæc erit habitatio tua. Auguſtam illam molem aiebat Thomas fuiſſe templum Societatis. Tum oratione ad Beatos PP. Ignatium & Xauerium verſa dicebat *V*irgo: Hic iuuenis veſter eſt: habete illius curam: ego illum vobis committo. Ita videri *V*irginem, & omnia, deſiiſſe. Pulcherrima

1617. 15. *Sept.*

Vocatio.

Digitized by Google

ſunt illa S. Ildephonſi IESVM alloquentis: *Ita ſeruiam Matri tuæ, vt ex hoc ipſo probes me ſeruiſſe tibi.*

cit. lib. de virginit. B. V.

ob. 1617. 1079 *Alphonſus Rodriguez* cùm anno 1606. fer. 2. Pent. coram patente SS. Sacramento ardere ſe totum, ac diuina pati ſentiret, Deiparam rogauit ne ab his deciperetur, ſi forte illa non è fonte puræ lucis manarent. Adfuiſſe aiunt ſic oranti MARIAM; & dixiſſe: *Cur, Fili mi, non credis? Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

Contra illuſiones illam orare.

In dubÿs. 1080 Idem Alphonſus abſterſa quadam dubitatione per B. Virginem (quam putatur coram vidiſſe, & loquentem audiſſe) eadem iubente canentes Angelos dicitur audiuiſſe hæc verba: Quoniam in me ſperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum: & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

In rebus afflictis.

1081 Idem Alphonſus cùm toto illo ante cineres triduo coram SS. Euchariſtia ſupplex procumberet, non ſemel ſibi videre eſt viſus Beatiſſimam DEI Matrē plurima comitum Angelorum ſocietate glorioſam DEO adſtantem; quaſi tunc Virgo cum cuſtodibus mortalium Angelis pro eius tridui ſceleribus veniam precaretur.

In Bacchanalibus.

1082 Idem inter veſcendum aliquando ita ſuſpirabat: ò Domina, ah Domina! ſi ego ſim olim tam felix qui te videam in cælo! Reſpondiſſe dicitur illi Virgo: Alphonſe; ita fiet. Videbis me in cælo.

In menſa.

An-

Digitized by Google

1083 Anno 1563 in Segouienſi Collegio inter agendum gratias poſt Euchariſtiam ipſo Aſſumptæ in cælos Deiparæ die perceptam, iterùm coram ſpectare ſibi viſus eſt cæli Reginam, ſtipante illam innumera vi Angelorum, ab æterno Patre maieſtate admirabili eleuatam, & coronari coronâ omnis pretij granditatem ſupergreſſâ. Tum Alphonſum Virgo manu apprehendere, ac Angelo tutelari, & S. Franciſco (quem Alphonſus religiosè colebat) comitibus, æterno Patri veluti munus offerre videbatur, repentè in altum eleuatum, & in loco lucidiſſimo collocatum. Deinceps illi terrena omnia ſordium inſtar erant; & mirabatur mortales his capi. Neſciebat verò an hæc ſecum geſta eſſent in corpore, an extra corpus. Offeramus nos DEO per illam de qua Auguſtinus: *Tecum Dominus in corde, tecum in vtero, tecum in auxilio.*

Aſſumpt. B. V.

Poſt communionem.

Terrena contemnere.

tomo 10. ſ. 2. de Annunc.

1084 Cùm portam aperiret, ac omnes cum reuerentia velut IESVM, & MARIAM alloqueretur, non ſemel illi ſe ſpectandos IESVS, & MARIA cum aula cælitum obtulêre, vt communis fuit opinio.

Omnes reuereri.

1085 Sæpè cum B. Virgine illi adeſſe videbatur etiam B. P. Ignatius. *V*nde ipſe ita ſcribit: IESV & MARIÆ comes erat B. Ignatius, magnoque numero Angeli.

S.P. Ign.

1086 Ad ſpem ſibi erigi aliquando viſus eſt à Deipara, ſic loquente: Alphonſe, vbi ego ſum ibi non habes quod metuas. tua enim curo & tueor. Faciam quod petis. Fidelis ero tibi qui mihi es fidelis. Eidem pro captiuis apud barbaros quibuſdam precanti dixit B. Virgo ſe illi exhibens; illos curæ ſibi fore & cordi. Omnes in libertatem aſſerti ſunt. S. Bonauentura: *Domina, benedicta ſit dulcedo miſericordiæ cordis tui.*

Fiducia tenera in illam ferri.

Pro captiuis orare.

pſ. 8.

Eidem

1087 Eidem cum Patrum quopiam domo exeunti, ſudanti, ac inter orandum ſuauiſſimè lachrymanti, Beatiſſima Virgo dicitur adfuiſſe, & candidiſſimo linteo ſudorem illi, lachrymaſque amanter abſterſiſſe. S. Sabbas illam vocat *Recreationem generis noſtri*.

Per iter illius meminiſſe.

In menęis 24. Martij.

1088 Beatiſſima Dei Mater bis monuiſſe fertur Alphonſum, vt in Dei amorem & gloriam deſcriberet precum catalogum quas quotidie recitaret: Paruit; & eſt iſte: 1. Corona B. Virginis 2. Litaniæ B. V. 3. Officium immaculatæ Conceptionis quod mente tenebat. 4. Duodecies *Salue Regina* & 12. *Aue* Maria: vt ſingulas horas honori Conceptionis illius dedicaret, ad impetrandam gratiam ne Devm vllo grauiore peccato vnquam offenderet.

Horas ſuas illi dedicare.

1089 Alphonſo dicenti ad B. V. Ah ſi me tantum quantum ego te amo amares! quàm felix viuerem! Reſpondiſſe aiunt Deiparam: Falleris, Alphonſe. Plus te amo quàm ipſe me ames. De meo erga te amore non eſt quod ambigas, cùm abs te tantoperè diligar, & ſit amoris præmium redamari. Aliàs verò: Quantum te diligo, Alphonſe fili mi? quantum te diligo! O quali charitatis ardore, Alphonſe fili, te requiro.

Amorem erga illã deſiderare, petere.

1090 Idem cùm ſemel ac iterùm internâ quadam voce ſe inſidiosè moneri aduerteret, vt *lentiùs feſtinaret*, mœſtus rem Deiparæ commendauit; quæ illi, vt aiunt, ita locuta eſt: Alphonſe, vbi ego ſum ne time. Confide, perge, perge Chriſto Filio meo ſeruire alacriter: iuuabo ego, & particularem tui curam geram.

Illi ſe fidere.

Deo ſeruire alacriter.

1091 Aliàs leuis illius quidem, ſed corditenero importuni cuiſpiam ſui delicti memor, cùm

illud

illud expiare illicò haud poſſet, neque tamen conſcientia quieſceret, opem Deiparæ implorauit. Adfuiſſe illā confeſtim Alphonſo aiunt eius vitæ ſcriptores, & de venia huius ac omnium peccatorum ſecurum eſſe iuſſiſſe etiam quoad pœnam. Affirmaſſe dicta ſuæ Matris Chriſtum Alphonſo amplexum dantem, eum lateri admouentem, oſculoque dignatum. *Conſcientiam teneram operillius conſeruare.*

1092 Vehementibus doloribus vrgebatur aliquando Alphonſus, & ſe diuino arbitrio dabat totum, cùm ecce illi præſens adeſſe viſus eſt IESVS & MARIA; & ille cæleſtibus plenus delicijs ſanus illicò ſurrexit. *In morbo.*

1093 Inter recitandum Roſarium MARIANUM, iiſdem teſtibus, cælo repentè aperto deſcendentem ad cor Ieſum vidit, MARIA partem pectoris alteram occupante. *Roſarium*

1094 Nouitium ad vomitum vt rediret à Patre tentatum cùm DEI Matri commendaret Alphonſus, videre ſibi videbatur velut ſeueram Virginem, & mœſtum illum coram illa Nouitium nempe tunc ille paternis pellectus illecebris nonnihil animo fluctuabat; Sed intendente preces Alphonſo, mox & MARIA ſerenior & Nouitius apparuêre. Iterùm rem vrgente apud filium Nouitium Patre, viſum Alphonſo & Patri tentanti, & tentato Nouitio tetram dæmonum caliginem imminere; at vincente Nouitio totam diſſolui, ac euaneſcere; Angelos verò in cælo triumphum pro reportata à Nouitio de Patre victoria celebrare. *In tentatione.*

1095 Idem Alphonſus cùm pro ſe, ac pro iis de Societate qui ad diuinam ſynaxim ituri erant, DEI Matris, S. Ioachim, S. Annæ, & S. Ioſephi, ac omnium Beatorum opem expoſceret, poſt diuina

na

Digitized by Google

In communione. na peracta myſteria viſum ei eſt delabi è cælo in fratrum ſingulos pulchrum lumen, & in illo illis inſidentem, & acquieſcentem admirabilem DEI optimi maieſtatem.

Poſt communione. 1096 A percepto diuino Sacramento quieſcebat in arcano ſilentio, *Te laudamus recitabat*; in quo ſilentio ſæpè à IESV & MARIA viſitabatur, eos etiam conſpicere ſibi viſus.

1097 Idem Alphonſus, olim tum adhuc puer paruulus, iacebat aliquando à ſenſibus alienus, & MARIÆ nomen inclamans, oculis ſemper apertis. *In morbo.* Dixit poſtea, ſibi eo tempore ſæpiùs viſum de ſuo pectore neſcio quid grani ſinapis inſtar prodire, quod in cælum ſeſe ſurrigeret, atque ſenſim in templi vſque molem excreſceret. Nempe MARIAnus amor iacit in nobis alta ſanctimoniæ fundamenta, eius ope quæ eſt DEI *templum*, *& exemplum totius iuſtitiæ.* *S. Caſimirus in hymno.*

1098 In Roſario recitando *Pater noſter* attentè *Roſarium* pronuncianti Alphonſo oſtenſa diuinitus videbatur roſa purpurea; *Aue* MARIA dicenti autem, roſa candida. His roſis coronanda eſt illa quam ſalutans S. Baſilius Seleuciæ Ep. dicit: *aue floretiſſime virginitatis paradiſe.* *orat. 39. ſeu de Annunc.*

1099 Idem pro Leonora matrona ob naufragium filij afflictâ orans, certior factum ſe affirmabat à Beatiſs. Virgine, breui adfore illi ſolatium; quod etiam Collegij Rectori dixit Alphonſus, aſſeuerans breui Româ duos Leonoræ cognatos ſolatio ei futuros; quipe qui redituri ſint ſalui, & aucti Eccleſiaſticis dignitatibus. Ita omnia euenêre. *Pro afflictis orare*

1100 P. Ignatius Blancus, & P. Melchior Mirellus Eccleſiaſtes vterque inſignis, ſe per Alphonſum Deiparæ commendarent impenſiùs. Pro vtro- *& pro concionatoribus.*

que

que oranti Alphonſo viſa eſt MARIA benignæ Matris maieſtate amabilis, & coram illa duo illi pro quibus Alphonſus orabat Patres, quorum capitibus manus ſuas Deipara imponebat in pignus præſidij. Et verò illi ſe cæleſti quodam flumine plenos experiebantur ad dicendum; hauſtâ nempe aquâ cęleſti ab ea de qua Chryſippus Presb. Hieroſolymitanus: *Aue nubes pluuiæ potum animis ſanctorum exhibentis. Aue quæ es puteus ſemper viuentis aquæ.* *orat. de S. Maria.*

1101 Anno 1601. 1. Iunij Maioricæ morbo deceſſerat Iacobus Ruiz cocus; pro hoc tertiam Deiparæ coronam recitans Alphonſus, illum ad Beatiſſimæ Virginis latus videre ſibi eſt viſus in cælo glorioſum, & id alijs quoque narrare iuſſus eſt à Deipara. *Oramus te*, inquit Bonauentura, *Angelorum Domina, vt eis quos purgatorius ignis examinat, impetres refrigerium.* *Item pro defunctis.* *Opuſculorum fol. lxij. orat. poſt Lit. B.V.*

1102 Idem *Alphonſus* videbatur ſibi poſt communionem, à B. *V*irgine, Angelo ſuo Cuſtode, & S. Franciſco ſiſti æterno Patri, & commendari. *Quando igitur*, inquit S. Baſilius Seleuciæ Ep. *Deum incarnatum enixa Deipara dicitur, ad Deum precationis ope dirigar, vt verba mihi praeat.* *Poſt communionē.* *orat. 39. in Annũc. B.V.*

1103 Idem quo tempore cum Beatiſſima Virgine tunc illi adſpectabili ſibi eſſe videbatur, audiuit ære campano ſignum dari ad examen conſcientiæ. Tum illa eum dimiſit, iuſſitque id agere obedienter quod eo ſigno iubebatur. Aiunt illum etiam monitum à Deipara vt aduerteret, ſe oculos per inconſiderantiam in quadam fœminam conieciſſe. Introſpexit conſcientiam Alphonſus, & agnouit ſe in officina quadam caſu id feciſſe, adeoque indoluit, vt totis 44. annis nunquam fœmi- *Examen conſcientiæ facere diligenter.* *Obedire.* *Oculos cuſtodire.*

in ſ.fer.2. ode 1. nam in facie deinceps aſpexerit. S.Ioannes Damaſcenus ad B.V. *A paſſionum mearum ſterquilinio*, inquit, *me erigas*.

Pro ægris orare. 1104 Pro Ioanne Prorege infirmo precanti Alphonſo ſe oſtendere, & loqui viſa Deipara Ioannis cadauer velut in ſinu habere videbatur, dicebatque ſe curam illius ſuſcipere pro quo ipſe oraret: intellexitque Ioanne mortuo, illi, ob ea quæ imminebant pericula fuiſſe vtilius tunc emori. Egregiè S.Io.Chryſoſtomus: *Nunc Matri Domini vos omnes addicite. Mater vitæ noſtræ vitæ reſcriptionem nobis attulit*. *ſerm.in ſ. in hypapantem. et S.in Nat. B.V.*

in morbo. 1105 *P.Petrus Vragouitius* è nobili ſua domo in Societatem IESV tranſgreſſus, æger à vulnere quopiam cùm pro deplorato haberetur, videre ſibi viſus eſt Chriſtum ſpecie reſurgentis, ac vnà Beatiſſimam Virginem. Deſiderabat ille quidem, ac petebat ire cum illis; at Beatiſſima Virgo ad Chriſtum; Quid huic, aiebat, an id quod petit faciemus? Cui Chriſtus: Sine, Mater, modicum opus eſt vt laboret. Conualuit: & modicum illud fuêre 30. anni, per quos in Vngaria, & Croatia inſignitè docendo ac dicendo laborauit. Cabaliſtæ aiunt, quandam *facierum Reginam* DEO ſemper pro mortalibus Patronam aſſiſtere. Hæc pro nobis aſſiſtit. *Paſcha.*

ob. 1617. 11. Aug. Lugduni. Oratio. 1106 In *Franciſci Gaguini* Coadiutoris elogio illud eſt ſingulare, quòd ei Beatiſſima Virgo ſe perſæpè ſpectandam præbuiſſe, neque illi petenti quicquam vnquam negaſſe dicatur.

ob. 1617. 22. Aug. in Mexico Vocatio. 1107 *P. Ioannes Ferrus* cùm coram B. Virginis imagine Maceratæ in templo noſtro ardentiùs ac ſæpiùs precaretur, vocem ſibi audire viſus eſt, quâ diſtinctè monebatur, vt ſe in ſecurum Societatis portum reciperet; eique facilem aditum promittebat.

Ma-

ANNO MDCXVIII.

1108 Maria Nateria è ditione Genuenſi feriâ 2. Pent. caſu quodam in mare delapſa, iam in altum ferebatur. Ergo in tanto ſuo periculo Beatiſſimam Deiparam, & S.P. Ignatium implorat, ſexto ante illum diem die viſæ per quietem imaginis recordata, in qua ſibi videre videbatur, ſe B. Virginis & S.Ignatij ope de graui maris periculo ereptam fuiſſe. Quare ad S. Ignatium aiebat: O Beate Ignati, iuua. Non ignoras me in religione tua duos fratres habere. Vt primùm ſic orauit;maris, periculi, mundi oblita, nube candidâ & ſuauiſſimâ luce illuſtri circumdata ſibi videbatur. Varia ibi cæleſtium ſpirituum ſpecies inexplicabili pulchritudine totum illius animum occupabat. Videbatur illi, quaſi videret & ipſam cæli Reginam auguſto ſinu lumen pleno ſplendore fundentem; & vocatum iterùm Ignatium, è cælo apertis brachijs vultu flammeo emicantem; quem etiam Beatiſſima Deipara porrecto digito indicabat,& dicebat; opem periclitanti ab eo afferendam. Dixerat illa olim fratri ſuo Societatem ingreſſuro; cur Ordinem talem iniret cuius Fundator necdum eſſet Sanctorum catalogo ritè adſcriptus. Eius dicti veniam petenti dixit Deipara: Nunc vides quomodo Ignatius ſit Sanctus; & quomodo ad iuuandum te vocatus aduenerit: eius ope ſalua eris. Interea illam arridente cæleſti vultu benignè ſemper contuitus Ignatius, intimis lætitijs perfundebat, cùm illa ſuper aquas per plures horas inſtar tabulæ fluitaret. Hæc, atque his plura examinata ſunt, & probata, in proceſſibus, ac impreſſis geſtis S.P. Ignatij, poſteaquàm Nateria in tutum euaſit, Matre hæc omnia ſpectante, atque ſtupente. S. Io. Damaſc.

In periculis illam implorare ac S. P. Ign.

Digitized by Google

m. ſ. Dominica ode 5. *Te*, ait, *firmam ſpei anchoram, & tegmen, & murum, & pontem inducentem in regnum habemus.*

1109 P.Iulius Mancinellus hoc anno in vigilia B.V. Aſſumptæ, ita vti plures ante annos dicitur prædixiſſe, extremum diem vixit. Is cùm iam 67. ætatis, & 44. initæ religionis anno ab impuris imaginibus gemeret anxius animi nullâ vnquam grauioris noxæ labe fœdati, SSS. Trinitatem rogauit, vt ab ijs liberaretur. Pudebat illum vehementiſſimè quòd à ſordibus illis affligeretur. Ergò ab æterno Patre benigno nutu remiſſus ad Filium; ab hoc ad Beatiſſimā Deiparā; Sancti Spiritus gratiâ à Patre Filioque perfuſus eſt. Ad *V*irginem Deiparam vbi venit, ab illa materno amplexu accipi ſibi viſus, dulciſſima quæque in corde perſenſit quæ homini loqui non licet.

In tentationibus.

ob. 1618. 1110 *P. Iacobus Rem* in Sodalitate Colloquij cùm B.V. Litanijs, quæ canebantur, adeſſet, petenſque à Deiparâ ecquis Virgineæ ac maternæ illi maieſtati ex omnibus Lauretanarum Litaniarum titulis magis placeret? illam auguſto in ſplendore præſentem videre ſibi eſt viſus cùm *Mater admirabilis* caneretur. ac certior factus eſt hoc eſſe dilectum illud Dei Matri elogium.

ANNO MDCXIX.

ob. Neap. 1619. 26. Maij. 1111 *Antonius Loffredus* virtute B. Aloyſio propè ſuppar, fertur vidiſſe aliquando ſemitam pulchritudinis admirandæ ad cælum vſque porrectam; Et in eius capite, ſeu meta, B. P. Ignatium coram cæli Regina ſupplicem, & vniuerſæ Societati vitæ ac morum innocentiam expoſcentem.

Innocentem conſcientiam petere.

ob. 1619. 6. Dec. 1112 *P. Franciſcus Coſterus* Carolum Grobendonque, nobilem adoleſcentem, anno 1617. vltimâ Septembris Mechliniam ad tirocinium comitatus,

per

per iter in curru illi dixit; ſibi humilitatem, obedientiam, lætitiam, tria illa (quæ à S.P.Ignatio in monitis acceperat) exequi ſatagenti, & vt id poſſet, à Deipara opem petenti, ac ſollicito quomodo commendatam illam ſibi ab Ignatio lætitiam ſeruare poſſet, ſi podagrâ vel alijs doloribus premeretur, illam adeſſe ac ſic loqui viſam: Franciſce, promittas mihi quòd ſemper ſis futurus *obediens* & *humilis*; & ego viciſſim tibi promitto, quòd nunquam ſis æger futurus, & retinere poſſis lætitiam quam Pater tuus tibi commendauit. Promiſit Franciſcus: & ſeruauit: atque viciſſim auxilio Deiparæ ſanus fuit ſemper. Et adiecit ad iuuenem: Si quis tibi dixerit P. Coſterum ægrotare, ſcias fore mendacium iniurioſum B.Virgini, quæ in ſuis promiſſis fidelis eſt; adeòque idem erit Coſterum ægrotare, & mori. Ita factum teſtatur ſuo chirographo ipſe P.Carolus Grobendonque.

Humilitate, & obedient. illã colere.

Lætitiam ab illa petere.

1113 Hoc anno literis è Peruana Prouincia datis à P. Martino Deſchamps accepimus, quòd Beatiſſima Virgo, cuidam apud Cuſcenſes è peccatorum veterno poſt 33. annorum ſacrilegia emergenti videri ſit viſa; & diſertè locuta, ei Pater Martinum oſtenderit per quietem hebdomadâ ſanctâ, & illi iuſſerit arcana ſua omnia dolenter ac enucleatè fateri. Videbam (aiunt literæ ex ore hominis illius ſua illa viſa P. Martino narrantis) forum Cuſcenſe perſtrepente hominum multitudine conſertum. Et mihi rei cauſam ſciſcitanti reſpondit neſcio quis: Tu ſolus in Vrbe tanta neſcis procedendum nobis ad Societatis IESV Collegium, eiuſdemque ſummi Iudicis illic ſententiam audiendam? Age, & tu eodem me ſequere: ne pœna grauis in abſentem ſtatuatur. Sequor ani-

Confeſſio.

mo partim volente : & pro templi foribus excelſa ſubſellia video, & veſtræ Societatis Patres conſidentes, Chriſtumque in eorum medio. Erat autem Dei Mater, quam mihi Patronam ſemper habui, Filio proxima. Infra ſtabant mali dæmones in accuſationem intenti; & cùm ſua ciuibus obijcerent malè facta, exaggerabant quantum Societatis Patres eorum causâ fruſtra laboraſſent: mea mihi grauiſſimè expingebant, & exponebant Iudici. Hinc ille me ſeuero vultu, & oculis ignem ſpirantibus intueri; ego ſententiæ fulmen expectando pallere, & horrore concuti; magis autem aſpectu teterrimorum ſatellitum accedentium ad me, vncisque ferreis nitentium me ad imum inferorum barathrum abripere. Sed blandè innuentem mihi veteri clienti ſuo Virginem Matrem conſpicatus, ad illius me pedes abieci, obteſtatus, vt mihi apud Filium deprecatrix adeſſet. Adfuturam illa dixit, ſi modò ſpondeam, Sacerdoti, quem deſignabat (tu autem is eras, mi Pater) omnia quæ per vitam peccaſſem, confiteri. Spopondi tanti diſcriminis metu: & eâ gratiâ liber dimiſſus ſum.

ob. Lugd. 1619.

1114 *P. Benedictus Martellangaus* Angeli Cuſtodis, vt ainnt, conſpectu, & Deiparæ cultu fuit inſignis. Olim puer lapſus fuerat in puteum, & repentè, ope Dei Matris, in putei crepidine in alto à ſuis repertus eſt.

ANNO MDCXX.

ob. 1620. 8. Martij. Illam orare cum Sanctis :

1115 *P. Octauius Caietanus* videre ſibi viſus eſt preces Societatis Patrum & Fratrum à ſupplice coram Beatiſſima *V*irgine S.P. Ignatio, eidem Virgini Matri offerri.

1116 Idem cùm decimo ferè ante mortem anno 31. Octobris incruento ſacrificio operaretur,

viſus eſt circumdatus effuſâ è cælo multitudine Angelorum. Sub conſecratione conſpectam ei dicunt in ſinu præſentis Deiparæ quandam velut idæam templi, ſeu tabernaculi; è quo prodibat elegantiſſimus paruulus. quod ſpectaculum durauit vſque ad communionem. quo tempore viſus eſt amabilis ille puer IESVS cum nobili & accenſa face in manu. Ecce MARIA, tabernaculum DEI cum hominibus. *O Domina*, inquit ad eam S. Io. Damaſc. *quæ panem cæleſtem peperiſti, qui nutrit omnium fidelium corda; ſatia infelicem animam meam eſurie laborantem*.

In ſacro.

m. ſ. ode 3. Sabb.

1117 *Thomas Athinas* Coad. die quodam Sanctiſſimæ Virgini Matri ſacro, cùm ante noctis medium fundendis ad DEVM precibus vigil incumberet, viſam ab eo aiunt admirabilem Chriſti Matrem cum paruulo ſuo in ſinu, & S. P. Ignatio in illuſtri quadam & plenâ maieſtatis aulâ præſentem. Et quidem Virgo renidentibus oculis benignè illum compellans bono animo eſſe iuſſit, vtpote cuius curam ipſa ſuſceperit. Tum ſermone ad S.P. Ignatium conuerſo, Thomam iſtic præſentem illius fidei commiſit, ac mirè commendauit. Accepit eum Ignatius, & dixit ſibi Thomam hoc maximè nomine inter nominatim commendatos cordi futurum.

ob. Flexiæ 1620. 29. Aug. Noctu orate.

Vocatio.

1118 *P. Iulio Vrſino* Beatiſſima Virgo loqui viſa pollicita eſt; ſibi eius caſtimoniam curæ fore; ſe illius cuſtodem & præſidem eſſe velle.

ob. 1620. In tentatione.

ANNO MDCXXI.

1119 Cùm Laureti tenerrimas inter amoris erga Deiparam ſignificationes moreretur P. *Odoardus Bernauellus*, qui amore Virginis *Ioſephus Marianus* voluit appellari, eodem tempore Aſculi in

ob. 1621.

Pi-

Mors. Piceno, ſummo manè cuidam Patri ſub aureo Reginæ cæli pallio videri eſt viſus in veſte Societatis, illâ eum ſuum filium eſſe, diſertè, iterùm ac tertiò affirmante. Agnouit P. Odoardum eſſe is qui hæc videbat: & de Odoardi morbo ac morte poſtridiè Laureto literæ appulêre.

P. Nic. Oborski in miraculis illius Cracouiæ impreſſis anno 1630. pag. 23. Illam pro pace orare.

1119 In Collegio Caliſſienſi conſpectus eſt hoc anno 10. Octobris B. Stanislaus in cælo in curru de genu ſupplex coram B. Virgine IESVM paruulum ſinu complexâ, & eodem curru vectâ. Eo die pacis pactio inter Polonos ac Turcas eſt inita. Hæc ex ipſo qui id vidit Patre habuit eius confeſſarius P. Seuerius Branſcenſis.

ANNO MDCXXII.

In campo.

1120 *P. Paulus Ioſephus Ariaga* Madriti cùm literis operam daret, ac in campum prodeambulatum prodijſſet, à Beatiſſima Virgine, quam coràm illi ſpectatam aiunt literæ, iuſſus eſt ſe Societati dare.

ob. 1622. 16. Aug. Hueti.

1121 *P. Franciſcus de Otazo* de ſalute ſua ſollicitus, & Deiparæ opem incitatiùs implorans, magno ab illa ſolatio perfuſus eſt, cùm illam ſibi videre eſt viſus cum corona Sanctorum; quæ Franciſco librum ſplendidum oſtẽdens, *Hic eſt*, aiebat, *liber vitæ, in quem relata ſunt nomina electorum. Tu lege.* Legit ille in libro ſuum ipſius nomen, & alia quędam ignota nomina, de quibus Virgo: Fili, dicebat, hos quoque ad beatam patriam tuâ operâ deducet DEVS.

In perturbatione animi. Vid. annũ 1588.

1122 Eidem in Philippinis poſtea multos ad fidem reducenti, & ſe ſuoſque ab illa protegi petenti reſpondere viſa eſt Virgo: *Franciſce, ne metue: ego te iuuabo: perge.*

Fiducia.

Atque hæc de primo ſeculo Societatis IESV. Vtinã patritam illam, auitamque Maiorum noſtrorum

rum in ſolido, ac peringenioſo Deiparæ cultu hæreditatem legitimè adeamus quâ poſſideamus hoc Sanctarium Dei: & creſcat cum Societatis ætate, hæc etiam virtus, atque induſtria.

Societatis Iesv ſeculum ſecundum.

ANNO MDCXLI. Soc. 101.

1123 Annuæ Paraquariæ huius & proximorum annorum in Reductione Apoſtolorum, Inda Virgo, aiunt, cùm varijs morbis vexaretur, hortabatur ægram Pater è Societate, vt ad Deiparentem conuerſa, eam infimis precibus obſecraret; vellet ſe diſcipulam tanto quidem magiſterio indignam, de illis capitibus erudire, quibus ſumma doctrinæ & honoris Chriſto eius Filio debiti continetur; eam quæ primum homini Deo in terris domicilium præbuiſſet, omnium rectiſſimè tradituram quo animi cultu ac ſenſu Devs hoſpes ſit à Virgine excipiendus. Paruit innocens animus; ac non ita multo poſt quàm Sacerdos ægræ domum deſeruit, adeſſe denuò Patrem, & ab eo ſterni ſibi diuinam menſam iuſſit. Percontanti dein Patri; num omnia ſubinde fuiſſet aſſecuta quæ poſtulabantur, plena ſolatio reſpondit: ſe à Deipara, quam è præſcriptâ formula inuocaſſet, ordine doctam, quid credere, quid adorare in hoc negotio deceret: eaque ſe memoriâ complexam exquiſitè callere. Sacerdos ſciſcitatus, comperit eam nihil earum rerum ignorare. Ergo illam diuino pane impertijt; & illa abijt ad Magiſtram. Docebit nos, ſi id ritè petamus, ad menſam Euchariſticam religiosè accedere illa quæ S. Bonauenturæ dicitur *Deliciarum* Dei *dapifera*.

Ad Euchariſtiam ſe illius ope parare.

in Lit. ad B.V.

1124 In Paraquaria, in Reductione trium SS. Regum Sodales B. Virginis, interpoſito eiuſ-

Vincere ſe in ton. B. V. dem nomine adeò permouêre noſtri, vt vanam cæſariem magnæ Matris amore præciderint, capillos pedibus eiuſdem ſubiecerint. B. Laurentius Iuſtinianus illam appellat *Sanctitatis perlucidum ſpeculum*. *In Nat. B. V.* in hoc ſpeculo oſtendamus eius clientibus quàm turpe ſit vana ſectari.

1125 Hoc anno Neapoli typis edita in lucem eſt Siderei, ſeu *P. Vincentij Caraffæ* pars 2. itineris ad *cap. 4.* cælum, quæ eſt de B. Virgine. Docet ibi pietatem erga Deiparam acquiri, meditatione virtutum, & eminentiæ illius. 2. lectione. 3. oratione, 4. exercitatione. Die Dominico effert Deo cor ſuum vnà cum corde Dei Iesv & Mariæ, petendo ab his cordibus puritatem mentis & corporis. Fer. 2. offert cor ſuum B. Virgini vnà cum cordibus omnium Martyrum, & cum corde Chriſti; petendo verum ſpiritum mortificationis. Fer. 3. offert ei ſuum cor cum cordibus omnium Confeſſorum, & cum humili corde Chriſti, petitque humilitatem. Feriâ IV. offert cor cum cordibus SS. Patriarcharum, & Chriſti; petitque fidem viuam. Feriâ V. cum cordibus Prophetarum, & cum corde Chriſti; & petit ſpem. Feriâ VI. offert cor cum cordibus SS. Apoſtolorum, & cum corde Chriſti; petens amorem Dei, & proximi. Sabbato offert cor ſuum cum corde Chriſti, & cordibus SS. Angelorum; petitque cor verè Chriſtiferum, ad manus porrigendas proximo, & cor Deo. Accipe, ait, Domina mea, cor meum: laua illud, munda, & ſanctifica, ſanguine Filij tui dita illud.

Cor ſuum illi per totam hebdomadam offerre.

pag. 79.

lib. 6. c. 11. 12. 13. 14. 15. 1126 Hoc anno Tornaci elegans primi ſeculi Soc. Iesv Synopſis prodijt, autore *P. Iacobo Damiano*. Ibi Societatis progreſſiones per Europam, Aſiam, Africam, Americam explicatæ. Ibi inter

noua

noua Inuenta, *Mater* IESV *vt ſeptem doloris fontes; ſic & ſtationes habet ſuas opera ſociorum*. Ibi Ioannes *Carlerius Gallobelga ſingulis* MARIÆ *appellationibus totidem inſigniuit inſtitutos agreſtium cœtus*. Ibi nobili compendio deſcriptæ *Congregationes ſub patrocinio Deiparæ: cultus Deiparæ explicatus*, & latè porrectus etiam templis Europæis, Aſiaticis, & Americanis, in vtraque India. Ibi Patrum laus è *Virginis cultu quaſi è radice nobili*.

Nomen Mariæ colere.

lib. 5. c. 11. l. 6. c. 7. pag. 302.

1127 *Ioannem Buſch* Coadiutorem tepidus quidam languor, & inconſtantis animi labes eò adduxerat, vt de vocatione deſerenda deliberaret. Seruauit illum tamen DEVS Matris ſuæ precibus exoratus; vtpote cuius honori Ioannes vnicam ſibi Sabbato quouis refectionem, eamque mendicato corrogatam, indixerat, & ſeruârat. S. Ioannes Damaſcenus locis hîc ſæpè laudatis; *A maliciæ dormitatione nunc occupatus, in peccati ſomnum delapſus ſum: ſed tu, ò caſtiſſima, vigilantibus precibus tuis, illumina, exuſcita, & ſalua me*.

ob. 1641. Sabbatum mortificatione ſingulari colere.

ANNO MDCXLII. Soc. 102.

1128 Inſpirationes diuinas ſequi eſt egregius Deiparam colendi modus & ars. Neapoli hoc anno adoleſcens quidam cùm à DEO ad Societatem capeſſendam inuitaretur, à ſpe quapiam blandiente illigatus, anxius animi quid conſilij caperet dubitabat. Huic noctu coram Deiparæ imagine ſtudij quidpiam agitanti videri viſa eſt ſeuerior præter morem, blanda aliàs, illa diuinæ Matris effigies, ipſo ſupercilio illum velut increpante quòd eſſet rebellis lumini. Abijt ad alium conclauis angulum adoleſcens; & ibi quoque obiurgantis Virginis oculos vidit, & timuit. Locum iterùm alium ex alio capeſſenti, eadem, & quidem irata, imago

Inſpirationes bonas ſequi.

Imago B. V.

videbatur minaciter ob oculos ponere quòd nollet Deo obedienter annuere. Ergò Deo manus, & Societati nomen dedit.

1129 Romæ Domus profeſſa, ex occaſione allatæ è Sicilia ſtatuæ Drepanitanæ B. Virginis, hoc anno, 3. Auguſti ad Sacellum B. V. de *Strada* ſeu *de via* dictæ, penes altare ſub quo eſt conditum corpus S. P. Ignatij, cœpit ex altiore loco, Sabbato quouis, & per octauam Aſſumptionis, atque ad feſta Deiparæ Patrum quempiam ſiſtere, qui appoſitum aliquòd ad mores formandos de B. V. exemplum narret, ac inde ſcitè documenta eliciat. Sequuntur poſtea Litaniæ Lauretanæ. Res eſt grata, & vtilis. Hæc verè eſt Maria Iesv. Nam hoc fuiſſe Deiparæ nomen atque cognomen teſtis eſt S. Ildephonſus. Et huic templo ad Iesvm eſt nomen: ad quem Iesvm idem Sanctus: Iesv, *hoc diligam de Matre tua quod tu in me compleas de dilectione tua*.

Sabbatinis exemplis illam colere.

Tomo 3. Bibl. vet. PP. edit. Pariſ. pag. 5. ad S. Ioannem. ep. 1. & 2. Ib. lib. de virginit. B. V. c. 12.

1130 Toloſę hoc anno typis lucem vidit *P. Antonij Chanut* Maria *Virgo*; ſiue, Paraphraſis capitum, 8. Prouerbiorum, & 24. Eccleſiaſtici, de auguſtiſſimâ Virgine Maria. Ibi Maria omnium virtutum via, ab æterno vexillata, & vexillum generis humani, cardo mundi &c. Addit *carmina Regia de præcipuis Auguſtiſſimæ Virginis* Mariæ *myſterijs*. Madriti verò prodijt Hiſpanicè *P. Alphonſi de Andrade* liber *Dux ad virtutem, de imitatione B. Virginis pro omni ſtatu*. Ibi oſtendit eius cultum eſſe monile, ſignum electorum: eſſe vtilem, delectabilem, diſquirit, in quo conſiſtat. Adoleſcenti cuidam ſæpiùs dicenti illud: *Monſtra te eſſe Matrem*: ait reſponſum eſſe ex imagine à Deipara: *Monſtra te eſſe Filium*. Lugduni quoque hic annus

Illam ſacra poëſi laudare.

lib. 2. c. 6. 7. 8. 9. 10. 13. 14. 15.

lib. 2. pag. 78.

luci

Digitized by Google

luci publicæ datum aſpexit tomum *P. Andreæ Pinto* Luſitani *de Deipara ab originis peccato præſeruata*.

1131 *P. Albertus Meſcinski*, ante quàm in fidei odium cæderetur, anno 1642. 2. Iulij die B. V. Viſitantis, ex itinere Iaponico ita ſcripſit: *Vado lætus, confiſus brachijs omnipotentis, & patrocinio Deiparæ, Dominæ meæ; per quam mihi admirabilis gratia, & alia omnia toto vitæ tempore fluxerunt: cui, tanquam Admirabili, gratias ingentes perſoluo; & omnes ad illius deuotionem, quæ tam fuit erga me peccatorem liberalis, inuito*. *Ad aſpera ſe ope B.V. parare.*

1132 *P. Bartholomæum Sanchez* coram B. Virgine, & S. Xauerio (quibus totum ſe tranſcripſerat in clientem) ſupplicem, aiunt vocem audiſſe, quâ mœrorem omnem, ſolicitudinemque ponere, ac in eius cui ſe in fidem dederat Virginis & Xauerij manibus ſe relinquere iubebatur. *ob. 1643. in Mindanao.* *Fiducia.*

1133 *P. Antonius Fernandius* ſcripſit *Beatiſs. V. vitam*, lectiſſimis, vt de illa ſcribit Alphonſus Æthiopiæ Patriarcha, hiſtorijs & digreſſionibus ad confutandos Æthiopiæ errores, & mores componendos teſſellatam. Antonium Deiparæ impensè fuiſſe addictum, ſcribit idem. Tertiâ poſt mediam noctem horâ è lecto ſurgebat, ſeque acriter flagellabat, orationi hac ſe arte accingens. Totos quindecim dies ante feſtum Aſſumptæ Virginis Matris, MARIANO ieiunio dedicabat. Cæterum quantâ flagrantiâ honor Deiparæ in Æthiopia, quâ ab Alphonſo Patriarcha, noſtro & ipſo, quâ ab Antonio eius Vicario ſit propagatus, patet è m. ſ. codice latino à Patriarcha eodem de expeditione Æthiopica conſcripto: vbi in ipſo Patrum in Æthiopiam ingreſſu *Aue maris ſtella* &c. *Sub tuum præſidium* &c. pronunciatum à ſocijs: defenſa contra *ob. Goa 1642. 12. Nou.* *Noctu orare.* *Mortif.* *Ieiun.*

Iu-

Iudæum Deiparæ Virginis Matris integritas;& tanta in Deiparæ Virginis amorem excitata propenſio voluntatum, vt ipſa epiſtolarum exordia à Deiparæ laude ducere aliquibus placuerit; quale eſt illud epiſtolæ ab Imperatoris germano ſcriptæ exordium: *Summis laudibus extollatur Virginalis puritas SS. Virginis* MARIÆ *Genitricis*, *Dominæ noſtræ*.

lib. 2. c. 33.

1134 *P. Laurentius Paßokius* in Lipſienſi conflictu, ab hoſte victore, confeſſionem ſaucij tribuni audire deprehenſus, rogatuſque quis eſſet, ac ſimul MARIAM Deiparam execrari iuſſus, ſe Sacerdotem Catholicum eſſe dicens, & MARIAM ſummis quibus poterat laudibus extollens, ab hoſte illâ audaciâ exacerbato, enſe percuſſus, & glande plumbeâ eodem in loco peremptus eſt. Dixi de illo 2. Nouembris in Anno dierum illuſtrium.

ob. 1642. Malle mori quàm contra B. V. aliquid dicere. Laudare illam cùm vituperatur.

1135 *P. Thomas Hollandus* cùm puer in Audomarenſi ephebio degeret, cum duobus è Sodalitate B. V. delectis in præſtitutum aliquem locum ibat: ibi fuſæ ad B. V. preces, miſtaque de illa vltrò citròque colloquia, ſeu ſermones. Tum in eiuſdem honorem ea exercitatio inita eſt, vt viciſſim alter alterum commonefaceret de erratis, quæ fortè aduertit, fructu egregio & demiſſionis, & emendationis. Hæc iam ſub prælo erant, cùm à R. P. N. Goſuuino Nickel, atque à P. Franciſco Vanderuecken, teſtibus oculatis, certior fio, Roſarium S. Xauerij Coloniæ in Collegio ſeruari. De quo fusè Coloniâ in ſuis ad me datis P. Martinus Sibenius, vbi laudat Ægidium Gelenium de hoc latè ſcribentem lib. 3. de admiranda ſacra & ciuili magnitudine Coloniæ, ſyntagmate 40. de Collegio, templo, & gymnaſio Soc. IESV: vbi narratur quomodo ex India in Europam ſit perlatum, Reginæ

ob. 1642 22. Dec. Quotidie per illam proficere in uirtute. Humilitas.

Xauerianum Beatiſs. V. Roſarium.

Ma-

Matri Mariæ Mediceæ anno 1638. 5. Septembris donatum, & ab hac anno 1642. 3. Iulij Coloniæ piè extinctâ Societati (adnitente etiam, quod aliunde habeo fide certâ, Fabio Ghiſio Nuncio Apoſtolico, poſtea Alex. VII. ad ſupremum Pontificatum perſanctè euecto) Coloniæ deſtinatum, atque à Ludouico XIII. Rege, iuxta Matris deſtinationem eidem datum ineunte anno 1643. Patratum per hoc in mari miraculum ait è Gelenio Sibenius, cùm ſua maieſtas ex Hollandia in Angliam nauigaret. In periculoſa enim maris tẽpeſtate P. Suffren Soc. Iesv, Confeſſarius Reginæ Matris, ad obtinendum per Dei miſericordiam & interceſſionem S. F. Xau. ſerenitatẽ, *Roſarium dictum, ſingulare inſtrumentum deuotionis erga Sanctiſſimã* Dei *Matrem*, mari procelloſo immiſit, itaq; tẽpeſtatis ceſſationẽ procurauit, cùm nauis defunctæ Matris valdè periclitaretur &c. Singula particulatim videri poſſunt in ipſo Gelenio quem è Sibenij epiſtola ſupra laudaui. § 3. n. 23. a pag. 511.

ANNO MDCXLIII. Soc. 103.

1136 *P. Aluarus Arias* Hiſpaniæ Aſſiſtens ſcripſit *Pactionem Sanctiſſimam cum B. Virgine ineundam*: eamque Baëzæ impreſſit anno 1639. Ea pactio ſelectis ex Hiſpanico prolixiore paucis ita in vſum deduci poteſt: *Liceat mihi paciſci tecum, ò Domina. Quoties dixero*; Domina, gratias ago; *toties tanto cordis mei ardore quanti capax eſſe poteſt humanum cor*, gratias ago Deo *pro ijs beneficijs quibus te ornauit, ò magna Domina: & quod te nobis dederit Matrem, Dominam, Aduocatam: item pro beneficijs omnibus quæ accepi à te, ſeu à Deo per te. Item, quoties dixero*; Domina, offero tibi; *rogo vt idem intelligas atque ſi dicerem*: Offero me tibi *ad patiendum quiduis pro defendenda æterna Virginitate tua*. Offero tibi *omnia omnium* *ob. 1643. Romæ.* *Pactiones cum B. Virgine inire.*

nium tuorum obſequia, quæ vnquam ſunt facta, & fient, & quæ fieri velles. Offero tibi *voluntatem expendendi milliones ad ædificanda tibi templa, celebrandas pompas feſtorum, & ad iuuandos omnes pauperes addictos tibi.* Offero tibi *omnia ea obſequia quæ ipſe SS. Filius tuus tibi exhibuit in terra, & quicquid ſuauiſſimæ teneritatis ac deliciarum ab eo & cum eo habuiſti cùm illum infantem haberes coram, & poſtea. Quoties dixero;* Domina, laudo te; *obſecro vt id ita intelligas atque ſi illud maiore, quàm ab vllo creato corde fieri poſſit, affectu dicerem;* Laudo, ſeu laudare te cupio *omni laude cuius te capacem in terra & in cælo fecit Filius tuus* DEVS: *omni laude, qua te vnquam laudarunt deuoti tui ſeu verbo, ſeu ſcripto, & qua te laudabunt in omnem æternitatem tum illi, tum omnes Angelorum chori; & qua te laudarent ſingulæ maris guttæ, terræ puluiſculi, herbulæ, arbores, ſi linguam & loquendi facultatem haberent. Item cùm dixero:* Domina, ego te adoro; *cupio quanta creatum cor id capere poteſt efficacitate venereri te omni ea reuerentia cuius es capax, qua te in terris honorauit Filius tuus obedienter tibi ſubditus; quam idem tibi exhibet etiamnum in cælo; quam exhibent omnes pij tuis imaginibus, aut nomini tuo, & exhibebunt in ſecula. Quoties dixero;* Domina, peto à te; *deſidero, vt intelligas ſupplicem me calore cordis quanto id maximo fieri poteſt à te petere omne illud pro me, ac alijs, quod continetur in oratione Dominica à Deo Filio tuo compoſita; vt Dei mei granditatem, & meam vilitatem cognoſcam & habeam donum orationis, tres virtutes Theologicas, dona Spiritus Sancti, humilitatem, caſtitatem, patientiam, manſuetudinem, mortificationem, & obedientiam; vt tollas à me id quod diſplicet Filio tuo, & ponas in me id quod illi placet; vt clerum, Principes, ac*

pec-

Digitized by Google

peccatores illuminet; mihique det perfectam imitationem tui. Quoties dixero: DEI Mater, ego te amo: *rogo vt intelligas quod amore maiore quàm vllus eſſe poſſit optem amare te tanquam Matrem Dei,& meam: vt Reginam digniſſimam, dominam Sanctiſſimam, plenam gratia immenſa, vt beneficentiſſimam. Deſidero te amare, ſi fieri poſſet, amore quo te amat* SSS. TRINITAS, *humanitas tui Ieſu: quo omnes Angeli, hominesq; te amant vel amabunt; gratulando tibi, & gaudendo vnà cum illis de illa tua gratiæ & gloriæ granditate; deſiderando vt orbis terrarum vniuerſus te norit, amet, colat perfectè, etiamſi ad hæc omnia tibi procuranda deberem pati ingentia. Denique cum dixero:* Omni modo poſſibili deſidero ſeruire tibi; *rogo, & paciſcor, vt intelligas omne id quod hactenus dixi, tanquam denuo repetitum.* Excerpamus nunc, & noſtro vſui accomodemus ſelectiſſima quædam & pauciſſima ex eiuſdem libello Encomiorum B. Virginis, eaq; in meditandi aſpirandiue normam contexamus, vt vſui eſſe poſſint: *Aue* MARIA *abacus gloriæ Dei; ablutio lachrymarum noſtrarum, abyſſus humilitatis, gratiæ, miſericordiæ, ſapientiæ, miraculorum, luminis, abyſſum inuocans; aditus recuperationis, altiſſimæ ſpeculationis miraculum altitudinum, alueus gratiæ, anchora ſpei, apis paruula, aquila grandis alarum magnarum, arbor magna in qua habitant cæleſtes auiculæ, arca ſalutis firma, arx gratiæ, aſylum ad habitandum tutiſſimum, aula pietatis, aurea Chriſti veſtis.* Fac me Sanctum, ô *baſis ſanctitatis, bonum generis humani, botrus vitis.* Accende in me ſitim æternitatis beatæ, ô *calix propinans orbi nectar diuinum, candelabrum è cælo accipiens ignem, caput libri obſignatum, charta diuiniſſima, cathedra Cherubim, cælum Dei, circumſcriptio incircumſcripti, cithara Spiritus Sancti, ciuitas Dei, clauis cælorum, collegium Sanctita-*

Patres vide ibi quos ipſe citat pro ſingulis titulis. Alphabetum laudum B. V expendere

tis, commune reconciliatorium, commercium cæli & terræ, concha vnionem Chriſtum concipiens, congregatio omnium gratiarum, conuentus virtutum, corona Sanctorum, currus Dei, cuſtos hominum, corona anni benignitatis Domini. Impetra cordi meo famem ſanctam, ô *dapifera deliciarum, declaratrix profundorum diuinæ incomprehenſibilitatis, dies feſta, dioptra perfectiua, diuerſorium peccatorum, directio dubitationis noſtræ, diſciplina totius Trinitatis, domicilium virtutis, dux omnium.* Impetra mihi caſtiſſimam, & liberaliſſimam charitatem, ô *Erogatio munerum, æternitas virginitatis, exemplum perfectionis.* Guberna ſenſus meos, ô *faſtigium Virginum, finis iræ; feſtiuitatis noſtræ principium, medium, & finis; flos vitæ.* Fac vt de ijs gaudeam quæ amat Devs, ô *gaudij pelagus inexhauſtum, gloria Dei.* Imple me virtute quam maximè amas, ô *habitaculum omnis virtutis, harmonia omni delectabilior, hymnus Angelorum, honor cæli.* Diſpone tempora mea, ô *idæa vitæ, incenſum cæli, & terræ; ineffabile concilium curationis humanæ, inſigne felicitatis æternæ, indeſinens lætitia noſtra.* Auerte à corde meo cæcam caliginem, ô *lampas dulciſſima noſtræ animæ.* Impetra mihi magnum amorem Dei, ô *magnificentia Dei, mammilla paruulorum, mundus ſpecialiſſimus, munus omnium Dei donorum præſtantiſſimum.* Tuere me inter tot pericula naufragij æterni, ô *nauta mundi, negotium ſeculorum, nouæ gloriæ ara.* Auerte à me falſa gaudia, ô *oblectamentum omnium, organum lætitiæ.* Serua me à morte æterna, ô *panarium vitæ immortalis, panegyris ſalutaris reconciliationis, præmium gloriæ noſtræ magnum, præſes vitæ.* Da vt laborem pro te, ô *quies Dei glorioſa.* Penetra me, poſſide me, ô *radius diuinitatis, ratis mundi, radix gloriæ, & gaudij; raptrix cordium, requies gemituum*

no-

meſtrorum, renouatrix vniuerſi. Inſere cor meum cordi Ieſu, & tuo, ô *Sacrarium ſanctimoniæ, ſtupendus Eccleſiæ theſaurus, ſtabilimentum religioſorum*. Dedica me Deo, ô *templum miſericordiæ Dei, theſaurus totius ſanctitatis, theſauraria Domini*. Fac meum cor vas viuum amoris DEI, & tui, ô *vas cæleſtis lætitiæ, vehiculum noſtrarum animarum ad Deum, vexillifera Regis Chriſti*.

1137 *P. Albertus Meſcinski* quoties in tirocinio Romæ conclaue intrabat, flexo ad S. MARIÆ Maioris templum genu, illam ſalutabat, cæteris Nouitijs exemplum vltrò ſecutis. Hoc petebat à IESV S. Ildephonſus, *vt impetrem*, inquit, *in ſeruitute puerperæ Virginis iugi ſeruitutis deuotione ligari*. Et certè ad firmandos in IESV obſequio animos mirè facit obſequium Virginis. Vnde memini, olim in tirocinio Leobij Litanias B. V. Lauretanas poſt meditationem veſpertinam coram S. MARIÆ Maioris imagine à nobis omnibus collectis in vnam coronam Nouitijs recitatas, ad conſtabilienda, ope Virginis, ea decreta quæ meditando conceperamus. Et memini etiamnum non ſine teneriore ſenſu tot filiorum tantâ flagrantiâ quotidie repetitam toties in illis Litanijs *Matrem, Matrem, Matrem* implorantium. *caſus 1643 Vid. annum dier. illuſtr.* *de virginit. B.V. c.12.*

1138 Hiſpali hoc anno P. Antonij de Quintaduenas liber prodijt Hiſpanicè, titulo: *Nomen Sanctiſſimum* MARIÆ, vbi traditur exercitium practicum variè illud colendi: ſæpè illud cum IESV nomine repetendo; quemadmodum narrat de Iaponica illa Neophyta, IESV & MARIÆ nomen vno die centies quadragies millies repetente, quia toties olim nomen Amidæ quotidie inuocarat: variè item illud ornando, vbi ait quòd Beatiſſima Virgo tribus *Nomen Mariæ variè celebrare.*

puellis quæ MARIÆ nomen in aurea tela gemmis pingebant, cum SS. Agnete & Catharina apparuerit, eaſque impensè laudârit. Item hoc anno *P. Paulus Zebentner* impreſſit Græcij *Promontorium malæ ſpei*: vbi probat quòd Deiparæ Virginis patrocinium, ſcapulare, roſarium &c. perſeuerantibus in ſua improbitate ſecuritatem non promittat. Verum Deiparæ cultum à fictis quibuſdam vulgi religionibus ſcitè ſecernendum docuit vulgatis hoc anno Gratianopoli *Diptychis Marianis P. Theophilus Raynaudus*: vbi addit quotidianam praxim Virginem venerandi è Richardo à S. Laurentio, quæ ſic vſui accommodari poſſet: *Domina, benedico ſanctiſſimos pedes tuos, quibus Dominum portaſti; cor, vnde in eum fortiter credidiſti, & eum dilexiſti; vbera quibus lactaſti; manus, quibus nutriuiſti; os, & linguam, quibus ei felicia oſcula dediſti; aures, quibus dulcia eius eloquia auſcultaſti; oculos quibus ipſum deuotè reſpexiſti*. Ait ibid. Richardus; iſtud eſſe vnum è maximè gratis DEI Matri obſequijs. Hoc anno *P. Iacobus Irſing* Monachij edidit *D. Virginis Oetinganæ hiſtoriam*; in qua Societas pro ſacro pœnitentiæ tribunali ſedet: vbi etiam tertiæ probationis Domus pro Patribus condita ſtudet cultui Virginis propagando. P. Alphonſi Andrade liber de *ſtudente perfecto* Hiſpanicè hoc anno editus, cap. 26. 27. 28. totus in ſancta cultus B. Virginis cum ſtudijs coniunctione verſatur. Ibi, Vmberto teſte, ſæpè viſa eſt adeſſe aperto libro Deipara illis qui ſtudent: dicitur *Minerua Eccleſiæ*, &c. P. Odo de Giſſey autor eſt *hiſtoriæ B. V. Anicienſis*, dictæ *Rupis Amatoris*. S. Ioſeph: *Inintelligibilis profunditas! Ineffabilis ſublimitas, per quam nos deificati ſumus*.

lib. 3. §. 12. 13. 14. Vti, non abuti ſpe patrocinij B. V.

Cauere ſuſpectos modos. pag. 413.

Miracula B. V. ſcribere.

ob. 1643. Toloſæ.

ode 4.

1139 Cameraci ægrum hoc anno Sacerdoti no-

noſtro peccata in confeſſione conatu difficillimo explicantem, ac mox facilè omnia expedientem, adeòque corpore quoque repentè firmum interrogauit Pater; vnde illi tam repentinum veniſſet auxilium. Reſpondit ille ex ægro ſanus; Deiparam ſibi eo tempore quo confitebatur, auguſto vultu in nube videri viſam, porrectumque ſibi ab illa è cælo funiculum. Iuſſum ſe illo funiculo apprehenſo, benè ſperare in patrocinio DEI Matris: ita enim præclarè ſecum actum iri: E illicò ſibi confeſſionem ex animi ſententia ceſſiſſe. *Confeſſio.* *Fiducia.*

1140 *P. Euangeliſtam de Gattis* ferunt à Chriſto & Angelis non ſemel viſitatum, & ab ipſa quam coram videbat DEI Matre Societatem amplecti iuſſum eſſe. *ob. 1643. 14. Dec.* *Vocatio.*

1141 *P. Ioannes Bouuetus* per ipſos 25. annos quothebdomadis (quando per rubricarum leges id licuit) vnum de B.V. ſacrum celebrabat, vt feliciter ſacris expiatus, & nulli grauis moreretur. Impetrauit vtrumque. Nam eodem die quo manè ſacrificârat, breui morbo, & ſacramentis omnibus inſtructus extinctus eſt. *ob. Nanceÿ 1643.* *Sacrum de B.V. quotihebd.*

1142 *P. Franciſcus Marquez* Iapon cùm ad Societatem aſpiraret, Ducem elegit Beatiſſimam Virginem quæ illic *Dux* dicitur extra Malacam. Ad illam per continuos nouem dies exibat, vt eius ope bonus Ieſu miles eſſe poſſet. In Societate poſteapoſt egregios labores, per nouem dies Iaponica tormenta perpeſſus, in odium fidei gladio cæſus eſt. Plura de his dedi 25. Martij in Anno dierum illuſtriumq. Oremus illam cum S. Ildephonſo: *Oro te, vt per illum ſpiritum accipiat anima mea Ieſum, per quem concepit caro tua eundem Ieſum.* *ob. Nangaſachi 1643. 25. Mart.* *Nouendialia.* *Dux noſtra.* *Biblioth. PP. t.8. lib. de virgin. B.V. c.12.*

P. Fran-

ANNO MDCXLIV. Soc. 104.

ob. 1644. Tornaci.

1143 *P. Franciſcus de la Croix* Gallobelgicæ Præpoſitus, Beatiſſimam Virginem Prouincialem conſtituit; vt illa Prouinciam maternâ ſuâ prouidentiâ tueretur, cum illa (ceu eius tantùm vices agens) omnia ſua conſilia conferebat. Aiebatque ſibi, etiam cùm Rectoris munere fungeretur, id feliciter eueniſſe, quòd ſe illi regendum dederit. Sanctiùs longè quàm Sertorius prædicabat ab alba cerua ſe admoneri quænam aut agenda, aut vitanda eſſent.

Val. Maxim. l. 1. c. 2. n. 4.

Noctu illam laudare. Val. ibid.

1144 Idem *P. Franciſcus* noctu poſt primum ſomnum ſolebat ſurgere; ac hymnum S. Caſimiri *Omni die dic* MARIÆ &c. modulari: Religioſiùs & hîc quàm Numa Pompilius, qui aiebat ſe noctu à Dea Ægeria conſilia capere, ac eius monitu accepta ſacra inſtituere.

S. Ioſephum colere.

1145 S. Ioſephum, tanquam virum MARIÆ, colebat: eiuſque officium, *pro dono deuotionis* & cum Deo vnionis obtinendo, quotidie recitabat; tanquam cuſtodi Domini ſui, & Dominæ. *Qui cuſtos eſt Domini ſui, glorificabitur.*

Prou. 27. 18.

Docere artes colendi B. V.

1146 In amœniſſimo illo ſuo *Hortulo* Mariano tot iam typis, linguiſque vulgato, meoque ac eorum qui mecum religioſæ vitæ tirocinium Leobij in Auſtria Prouinciæ poſuêre, in hac arte velut Nouitiorum Magiſtro, habet ſelecta Deiparam colendi officia. Tres collocat comites deuotionis erga illam. 1. Diligentiam & feruorem: 2. Conſtantiam: 3. diſcretionem, vt vocat, ſiue prudentiam. Præparandum ait animum ad preces illi fundendas: rogandum Angelum Cuſtodem, vt illam ſalutet vice noſtra functus. Plura vide ibi.

1147 Hoc anno editæ ſunt Coloniæ *P. Maximiliani*

liani Sandæi ad Sodales epiſtolæ. Epiſtolâ 9. *aperitur teſtamentum* MARIÆ *Deiparæ*, qualem illa Sodalibus alijſque ſuis legauerit hæreditatem ſuper mel & fauum. Ep. 10. commendatur *modus dedicandi ſe* MARIÆ *Deiparæ in Mancipium*, multis ante ſeculis perſanctè in Eccleſia vſurpatus, & per Indulgentias ab Vrb. VIII. Pont. conceſſas honoratus anno 1635. Ep. 15. nomine Sodalium mortuorum ad Sodales viuos deſcribitur iter ad alteram vitam: monita dantur viuentibus: petitur ſubſidium in igne purgatorij. Lugduni hoc anno *P. Ioannis Rho* variæ virtutum hiſtoriæ prodiêre, quarum lib. 3. c. 3. tractat *de religione erga D. Virginem Deiparam*: vbi habet etiam quædam exempla domeſtica.

Toto lib. 2 Illam per epiſtolas honorare pag. 203.

1148. Tornaci propè Vrbem in ſylua noſter quiſpiam in annoſa arbore imaginem B. Virginis collocarat. Ea hoc anno ab inimico quopiam homine malè truncata reperta eſt. Ergò triumphus ad feſtum Aſſumptæ in cælos Deiparæ adornatus; & ſolemni ritu ſupplicatio ducta ab ipſa noſtra Probationis Domo vſque ad ſyluam: & elegans B. V. ſtatua publicè portata, ſuccollantibus Virginibus, magno quà ſacro, quà bellico feſti celebris apparatu. Nouendialis deinde ſupplicatio inſtituta, Noſtro quotidie iſtic de Diuinæ Matris laudibus ad concionem dicente. Statua verò illa Virginis *à Miſericordia* nomen (ob inſignia beneficia iſtic accepta) obtinuit. Felices Vrbes quæ illatam ab aliquo Dei Matri iniuriam adeò luculentis modis reſarciunt; viciſſim ab illa impetraturæ id quod Græci ab ea petebant: *Opulentas miſericordias tuas aſperge ſuper nos, ô Virgo, iuxta conſuetudinem tuam*.

Imagines B. V. celebrare.

Iniurias illi illatas honore nouo ſarcire.

Nouendialis cultus.

Menæa 28. Iun.

P. Ber-

ob. 1644. 27. Ian. Neap. 1149 *P. Bernardo de Ponte* cùm Lauretum ad B. Virginem pedes peregrinaretur, & valdè feſſus in antro quodam quieſceret, fama eſt Beatiſſimam Virginem adfuiſſe, eique byſſum porrexiſſe, vt ſudorem frontis abſtergeret.

Piè Peregrinari.

ANNO MDCXLV. Soc. 105.

ob. 1645. 3. Febr. Limæ. 1150 *Chriſtophorum Garzes* è priſco Regum Aragoniæ ſanguine ortum, antè initam Societatem de earum quibus tunc liberaliter addictus erat deliciarum inanitate noctu cogitantem, ſomnoque mox oppreſſum, in ſomno DEI Mater brachio tenere videbatur, & in quadam Societatis Domo ſtatuere, ac dicere: *Hic mane, Chriſtophore: in hac ſancta Societate mihi ſeruiens perſeuera. Nam in illa mihi gratum imprimis præſtabis obſequium.* At ille deliciarum deſerendarum metu ſolutus in lacrymas & experrectus, ſe lacrymis perfuſum inuenit; atque ſe Societati dedit. Cùm Ianitoris officio fungeretur, ijs qui ad portam affluebant, aliquid de B. V. ſenſim narrare inſtituit: id quod adeò piè ac blandè fecit, vt alij alios mutuo accitu adducerent: quos ille cùm quotidie augeri videret, Patrum cuidam MARIANIS narrationibus inflammandos dedit. vnde florens omninò, & à ſummis quibuſque deſiderata & laudata Sodalitas conflata eſt. Ingenuè faſſus eſt aliquando, nihil ſe à ſua Domina (cui in Societate ſeruire ſe aiebat) quod non impetrauerit petiiſſe. S. Ildephonſus inter alia quæ à B. V. petit hoc eſt: *Vt de te vera, & digna ſapiam, loquar, adaperi os meum.*

Vocatio.

De illa colloqui.

lib. de Virg. B. V. c. 1.

ob. 1645. 1. Martij Cocini in India. 1151 *Petrus Baſtus* Coad. cùm contra dæmones, à quibus variè terrebatur, *Aue* MARIA recitaret, à Deipara dæmones fugante viſus ſibi eſt intra brachia, & ſinum colligi; ac aliàs quoque ab eadem

dem

dem ad paternam vſque domum portari, cum à dæmone ex equo deiectus fuiſſet in ſpinas. Hic idem Olyſſipponæ XI. annos natus voto caſtitatis ſe obſtrinxit, quam Deipara illi ſeruauit illæſam. Viſus illam ſibi eſt videre frequenter; etiam in quodam naufragio, & in Nouitiatu: vbi aiebat ſe à conſpectu pro Dei throno à Deipara Deo cõmendatum. Cùmque aliquando coram altari ad illam pro caſtitatis dono conſeruando preces funderet, viſum illi eſt quaſi è SS. hoſtia candidiſſimum lilium in orantem exiliret. Per iter cum alijs Nouitijs à ſpectabili Matrona paruulum ſinu complexa, quinque ferculis appoſitis benè habitus, cùm peterent Nouitij quænam eſſet, aiunt illam reſpondiſſe: Nos fundauimus Societatem; & euanuiſſe ex oculis. Ægrum quoque Petrum, ait eius vita, conſpectu Deiparæ cum lactente paruulo, ac deinde lacte etiam virgineo, inſtar filij, recreatum, ore vberibus ſacris admoto, & ſanatum. Fama etiam eſt (& habet id eius vita) eum per octo dies feſtis omnibus Deiparæ proximos, & in ipſis feſtis, ab illa viſitatum, oſtenſo quoque illius diei myſterio; conſpecta infante Deipara imminente illi SSS. Triniſtate. Cùm à Deipara peteret illam virtutem quàm illa maximè illi neceſſariam iudicaret ad Chriſti & ipſius Virginis imitationem, ſcribitur ibidem, ter vidiſſe in Sanctiſſima hoſtia turrim, vnam ex auro, & lapidibus pretioſis fabrefactam, cum voce audita; illic Deiparæ virtutes oſtendi. Vidiſſe quoque Deiparæ ſe ad mortem præparantis apparationem, & quomodo à SSS. Trinitate recepta ſit in cælo in gloria, Cuſtode Angelo illi mirificè omnia explicante: vidiſſe 10. Sept. 1640. in diuina hoſtia Deiparam cum paruulo in ſinu: il-

Tentatio.

Caſtitas.

In itinere

In morbo.

Feſta B.V.

Examen particulare.

Virtutes.

Mors.

Digitized by Google

ſam Petro ſupplici capite annuiſſe, ac paruulu m dixiſſe Matri: *Ita, ita; ita*. Pro moriente Magiſtro ſuo P. Alberto Laërtio 25. coronas Deiparæ recitaſſe; viſam illi Deiparam è cœlo ad eum deſcendentem, ac niueam Alberti animam præſente Deipara ſolutam corpore inſtar ſphæræ niueæ, ac demum in ſpecie infantis increſcentis, quem deſcendens de cœlo cantans triumphantis Societatis IESV chorus hinc eductum, in cælo, in ſolio collocauit: vidiſſe animam cuiuſdam nobilis, (quem Deiparæ ſingulari ſtudio commendarat) in Beatiſſimæ Virginis manibus. A morbo etiam deſperato per eandem, non ſemel eſt liberatus. De eodem teſtes iurati alia mira multa affirmant. P. Georgium de Fonſeca, tunc necdum ſacris initiatum, docuit vt ad impetrandas à Deo, etiam noctu, bonas cogitationes, *Aue* MARIA ter recitaret ore humi prono ſupplex honori puritatis Deiparæ; & in honorem SSS. Trinitatis ſymbolum Apoſtolorum ter etiam pronunciaret. Nocte proxima peſſimè vapulauit à dæmonibus acerbè de illo conqueſtis, quòd illud pietatis genus alios doceret. Vnde dixit poſtea Georgio, vt illud obſequium non omitteret; certè illud dæmoni maximè diſplicere. Quotannis die Annunciationis Deiparæ videre ſe aiebat DEI Matrem in veſte candida radiante, cum Angelo Gabriele in dalmatica (vt vocant) alis inſignem, & humi pronum, ac eleuatis in Virginem oculis ei velut loquentem. Vnde & laminam è collo geſtabat, in qua & Virgo, & Angelus ea ſpecie pictus viſebantur. Cùm aliquando, tunc adhuc ſecularis, feſſus roſarium Deiparæ die aliquo omiſiſſet, quod pro animabus in purgatorio quotidie recitabat, noctu expergefactus eſt à iuuene quopiam roſarium illi

Aue M, Noctu.

Annunciatio.

Imago B. V. è collo.

Roſarium pro anim. purg. recitare.

illi in manus porrigente, ac dicente : *Animæ conſuetam eleemoſynam à te expectant* : & recitando Roſario ſe accingens, occultâ vi ſibi videbatur ad templi B. Virginis à Roſario dictæ portam rapi; ac ibi ſuæ pietati vacauit: vbi etiam ab illis animabus eum contra inimicos defenſum aiunt qui illius geſta perſcribunt: qui etiam perhibent illum ab Angelo Cuſtode didiciſſe certam quandam, & DEO gratam normam Roſarij recitandi: item viſam ab illo Deiparam cum S. Iacobo Apoſtolo per Coulanæ Vrbis mœnia ſatagentem, & locum illum contra Ethnicos defendentem. Die Beatiſs. V. ad Niues adoleſcentem cæleſtem ſibi videre eſt viſus, qui in charta illi quandam diuinorum attributorum imaginem dans, dixit: Dominus qui eſt principium, & finis omnium, tibi mittit in his figuris, & exhibet omnem ſuæ granditatis imaginem. Aliàs ſibi videre in cælo maieſtatem Deiparæ videbatur; aliàs eandem pro Vrbe, quadam obſeſſa ſupplicem, & coram Deipara orantem S. Xauerium.

Illam pro Vrbibus orare.

1152 Hoc anno Montibus Hannoniæ Gallicè è Flandrico prodijt *via cæli per Roſaria* autore *P. Adriano van Lyere*, interprete *P. Aegidio à S. Aldegunda*: ſed & Coloniæ, vt ait Marraccius, *P. Maximiliani Sandæi* MARIA *Aquila Myſtica*. Item Coloniæ *P. Gaſparis Tbauſch* liber de *SS. Matre Doloroſa*: cuius liber tertius docet modos, & praxes colendi matrem Doloroſam. Agit ibi de Sodalitate anno 1482. in venerationem ſeptem Virginis dolorum inſtituta à 24. Epiſcopis; & ab Alexand. VI. ac Leone X. confirmata, miraculis inclyta, deinde collapſa, & Societate IESV adnitente in Belgio reſtituta. Suadet, vt eius opem implores, ne quid eorum omittas, quæ neceſſaria ſunt ad indulgentiarum lucrum

Dolores B. V. colere.

In Indulgentijs acquirendis illius ope vti.

& vt ea, quæ facis acceptet, vt ne indulgentijs fruſtreris. In morbo ſuadet, vt omnes dolores Deo ſingulis horis, vel ſæpius, offerantur per Chriſtum, eiuſque Doloroſam Matrem, omnibus eorum doloribus coniuncti, nunc pro hoc, nunc pro illo defuncto. aitque hanc induſtriam incredibiliter prodeſſe. Etiam in ijs quæ præſcribuntur ſacris fieri ait poſſe, vt Deo per B. V. manus illam obedientiam offeramus pro animabus purgatorij; aliàs totum ſacrificium oblaturi, ſi nobis integrum id eſſet per obedientiæ obligationem. Nunc obedientiam victimæ loco fore. Affert conſilium Deiparæ, quod dedit B. Ioannæ filiæ Ludouici XI. Regis Franciæ, vt quotidie recitaret quinquies *Pater, & Aue* in honorem 5. vulnerum Chriſti, & ad imitationem Deiparæ ſub cruce, illa vulnera ſalutantis.

Purgatorium.

Conſil. B.V.

Artes Deiparę colendæ ſuggerere.

1153 Hoc anno *P. Martino de Eſparza*, confeſſario ſuo, donauit D. Beatrix ſeptuagenaria, eximiæ vt nobilitatis ita virtutis fœmina, imaginem Beatiſs. Virginis, dextra pomum, ſiniſtra paruulum geſtantis in tabella more antiquorum altarium inſtructa alis hinc atque inde; quæ, vt portæ, imaginem claudunt, vel aperiunt. Earum altera habet S. Ioannem Euangeliſtam, altera ſupplicem coram Crucifixo; & cruentum pectus lapide verberantem S. Hieronymum. Hæc imago memoriam hîc meretur, quippe quæ à B. Franciſco Borgia Româ in Hiſpaniam reduce donata fuerit Didaco de Ibarra ſpectatæ integritatis viro, & Conſiliario Regio in ſupremo Conſilio Caſtellæ. Didacus illam, tanquam pretioſum pignus, filiæ ſuæ Beatrici, ac demum hæc, dicto P. Martino dedit pro alenda ſuaui tum Deiparæ, tum B. Borgiæ memoria. Eam ego apud P. Martinum, ex Hiſpania

Imagines B.V. memorabiles colere.

pania Romam ad explicandam in Romano Collegio Theologiam euocatum, poſtea Romæ vidi. Tota ſpirat grauem quandam, ac veterem pietatem. Hoc anno, *triplicem B. V. coronam* è P. Poiræi Gallico aliàs bis impreſſo, latinè in breuiarium vtiliter contraxit, & Lugduni typis dedit *P. Ludouicus Ianinus*, vt pluribus prodeſſet. Suadet ibi, vt ſæpè dicas illud, magni æſtimans DEI matrem: *Tu es* MARIA *Mater* DEI *viui*: vt illi des claues, ac poteſtatem tui; ſicut cœnobij ſui S. Thereſia: vt illius pedibus ſubijcias dæmonem te turbantem. Ibidem narratur Anna Filuſia Dominici Tatoati Bononienſis in Gallia Ciuis vxor, partus fœmineos iam pertæſa; quæ voti ſponſione prolem maſculam impetrauit: nam vix nouem menſibus à voto in Deiparæ honorem concepto elapſis, geminos edidit; qui quo die nati ſunt, eodem anniuerſario Societatem poſtea inierunt. Nati deinde quatuor alij: & ex his quoque duo ſe in Societate IESV MARIÆ cultui manciparunt.

Artes colendi B. V. docere.

cap. 4. pag. 223

ANNO MDCXLVI. Soc. 6.

1154 *P. Matthæo Cubero* (qui in Reſidentia Valſcenſi hoc anno 3. Febr. vita eſt functus) olim puero ſibi deuoto, & ægro viſa Auguſtæ Deipara per quietem, & locuta, dixiſſe fertur: *Conualeſces, fili: & per te multa bona operabitur Filius meus.* Conualuit, & Societati adſcriptus, vaticinationem impleuit.

In modo.

1155 *Franciſcus Falloxius* Scholaſticus, cùm ad Societatem ſibi aditum aperire non poſſet, ob colicos dolores quibus frequenter cruciabatur, inſtituta ad ædem Beatiſſimæ Deiparæ ſupplicatione, tantam immunitatem impetrauit, vt per omnem deinceps vitam non niſi ter, aut quater ijſdem ſit tenta-

In modo.

Piè peregrinari.

Digitized by Google

tentatus. Admiſſus ope Virginis, talis vixit, vt etiam diuina pati interdum ſit exiſtimatus, & de ſalute ſua certior factus; id quod ille ſocium aliquando complexus plenus mille gaudijs teſtatus eſt. Romæ Theologiæ operam danti morbus intercessit: ob quem Neapolim miſſus, ibi æger Beatiſſimam Virginem videre ſibi viſus, ab ea particulatim intellexit futurum, vt poſt vnius horæ ſpatium migraret è vita. Ita factum. Sic de illo teſtatus eſt is qui adfuit morienti. *Mors.*

ob. 1646. Limæ. 1156 *Auguſtinus Salumbrinus* quondam B. Aloyſij in Romano itinere dilectus comes, olim de vitæ ſtatu deliberans, Beatiſſimam Virginem diſertè dicentem audiſſe fertur, vt Societatem Iesv eligeret: quam electam ingreſſum Deipara ſolido teneroque amore fouit, quando creberrimè, vt aiunt, viſitatum recreauit, & erudiuit: ab eo viciſſim arcto Sabbati vigiliarumque ieiunio, ac alijs pijs artibus auguſte culta. Quodam ſcrupulo ſeu religione tenerioris conſcientiæ acerbiſſimè cruciatum ſolata præſens Virgo mater, dixit; id quo angeretur, ne venialis quidem peccati noxam habere. Et Auguſtinus tum demum acquieuit. *Vocatio: In ſcrupulis illam orare.*

1157 Hoc anno editus eſt P. *Laurentij Chryſogoni* tomus 1. ſeu *Mundus* Marianus Viennæ Auſtriæ. Colligit ibi, apis Marianæ inſtar, appoſitè, ac eruditè, pièque multa è Patribus de B. V. ibi Societatem Iesv plantationem eſſe B. Virginis latè proſequitur. *pag. 585.*

Ob. 1646. 18. Maij æt. 80. 1158 *P. Matthæus Schrick* Aquiſgranenſis, cum in longa multorum annorum podagra illi dolor per noctem integram ſomnum eriperet; *Aue Maris Stella* cantabat; dicebatque, ſe, pauperum adoleſcentum more, ad beatam Reginæ Cæli ia- *In doloribus Aue Maris Stella recitare.*

nuam

nuam cantillare *Aue maris ſtella*. S. Iſidoro Theſſalonicenſi hæc eſt *cælum cæli, opulentia gaudij, & formoſitatis*. *Orat. 3. de nat. B. V.*

ANNO MDCXLVII. Soc. 107.

1159 *P. Iulius Cæſar Recupitus* ſcripſit de B. V. tam in tomo 1. in 1. partem, quàm in ſignis prædeſtinationis anno 1643. impreſſis, quàm denique inter moriendi induſtrias. Hic induſtria 7. ait enitendum eſſe, vt benè perpendat quilibet, quid doni poſſit B. Virgini in hora ſupremi ſui agonis offerre, ne tunc vacua manu coram illa compareat. Sertum illi texendum è floſculis quotidie collectis. Floſculus erit actus vnus mortificationis, v. g. in occaſione coorientis iræ linguam ſilentio ſancto premere. Et tunc dic intra te: *Hic ſit floſculus pro hodierno die in honorem B. Virginis.* Oculos valdè cohibere ab aſpectu, maximè fæminarum, idque vt rem gratam facias B. Virgini. In menſa, idcircò etiam; à bolo aliquo abſtinere. Libello cui hæ victoriæ inſcribuntur dandus titulus: *Sertum Floſculorum à me maximo peccatore B. Virgini offerendorum in hora mortis meæ: inchoatum* anno .. menſe .. die. Tum veſperi cubitum abiturus diſcuſſa conſcientia, vide num eo die aliquem mortificationis actum ad placendum B. Virgini exercueris, id eſt, an floſculum aliquem ſerto Virgini olim offerendo illigaris: quotquot actus exercuiſſe te deprehenderis, tot X. cruces notabis. Si quis dies nullum florem dederit, dolendum de inertia, idque in libello notandnm. Intra paucos annos erunt millia floſculorum. Atque ſic morte iam imminente offerres libellum illum B. Virgini, & in eo tot floſculos quos cruces, indices mortificationum; vt eos illa recreet ac riget ſanguine filij ſui IESV. Ait: hæc

Ob Neap. 1647.

Quotidie donare aliquid B. V. pro hora mortis

Quotidie ſe vincere

Veſperi.

à qui-

Digitized by Google

à quibuſdam in vſum deducta, eorumque non vnum lætâ morte obijſſe diem, atque ſi paradiſum haberent in manibus. Addo ego; poſſe à te libellum illum, & floſculos, vltimo quouis menſis, vel anni die, B. Virgini offerri eo modo quo moriens, velles à te fuiſſe oblatos.

1160 Idem rem ſibi ab eo quocum ea geſta eſt narratam referebat, & impreſſit in ſuis induſtrijs bonæ mortis, eo mortuo à ſilentij ſacramento iam liber. Quidam è Societate Nouitius coadiutor literarum planè rudis, cùm acriùs tentaretur, & ferè iam retrò reſpiceret, repentè Deiparæ opem expertus eſt. Nam illa ſe oculis illius obijciens in veſte candida, & blandè arridens, eum vigilem & attonitum nominatim voce ſuauiſſima compellans; Quid, aiebat, cogitas facere. Nihil dubita. Illicò enim ab hac tentatione liberabere, ſi voles ad meas, quas fortè hac atque illac videbis, imagines piè pronunciare verba illa ſanctæ Eccleſiæ: MARIA *mater gratiæ, Mater miſericordiæ, Tu nos ab hoſte protege. Et hora mortis ſuſcipe*. Sed illo ſe rudem atque huius precationis ignarum dicente, benigna Mater ſe illi magiſtram fore promiſit; & de verbo ad verbum ſenſim ſingula dicti ſacri carminis verba pronuncians, ea illius menti adeo altè infixit, vt eorum deinceps nunquam fuerit oblitus; neque illa mente, corde, ore verſare deſierit, maximè conſpecta aliqua DEI matris imagine. Ita diſcuſſa omni caligine rem P. Recupito narrauit.

1161 Idem in libro de ſignis prædeſtinationis ſigno 12. probat autoritate, & ratione poſt Spinellum, Binettum, Bonartium, & alios, *deuotionem* erga Deiparam eſſe quoddam ſignum prædeſtinationis; & *non qualemcunque*, ſed eam, quæ ſit

Induſtr. 9.

Vocatio.

Imagines B. V. ſalutare.

In tentatione iaculatorijs vti.

Rudes in orando inſtituere,

A pag. 420.

1. con-

1. conſtans : 2. affectuoſa : 3. emendatiua vitæ. Quædam ſolidiora ex illo reduci poſſent breuiter ad has ferè aſpirationes: *Gaudeo, Domina, gaudeo ſyncerè de tua illa gloria; doleo acriter, & indignor linguis blaſphemis in Deum, & in te: propono ſæpè loqui de te; vt amorem tui etiam inſeram cordibus aliorum. Compatior doloribus tuis cum illo apud S. Birgittam, cuius conſuetudo fuit compati doloribus tuis, quoties eos conſiderabat, vel te nominari audiebat; ideò, vt tu Sanctæ illi dixiſti, compendium ſalutis inuenit, & ſaluatus eſt. Fac, vt in te compendium ſalutis inueniam, & ſaluer. Ora pro me, vt in me verum experiar id quod è Sancti tui Ioannis Damaſceni ore circumfertur: Æternum væ non ſentiet pro quo ſemel orauerit* MARIA.

Expendere qualis erga illam pietas ſit ſignum prædeſt.

pag. 503.

1162 Hoc anno 13. Februarij, P. Antonio Caſilio Rectore, ac templi præfecto P. Ioanne Paulo Farneſio, Romæ in porticu templi Collegij Germanici, & Hungarici, B. Virginis imago in muro detecta eſt, calce cadente quâ olim fuerat incruſtata. Ea nunc tabells votiuis, frequentia populi, & Litanijs Lauretanis frequentatur. Huic imagini coronam auream miſit Capitulum S. Petri, vt ſolet alijs per *Vrbem* Deiparæ imaginibus celebrioribus: & imago æri inciſa eſt cum hac epigraphe: *Deiparæ Virginis imago quam in porticu S. Apollinaris Guillermus de Eſtouilla Card. Rhotomagen. Sacris rei diuinæ adhibitis, inſigni olim religione, ac pietate coluit. Ne bellica vi prophanaretur, anno ſalutis* 1495. *ab eiuſdem Eccleſiæ cuſtodibus calce obtecta, rurſus calcis tectorio inopinè decidente, anno* 1647. *idibus Febr. priſtino, vt olim, populi Romani cultu venerabilis apparuit.* Hic de nobiliſſima inclyti illius Collegij iuuẽtute dixerim illud S. Bonauenturę:

Veteres Deiparæ imagines celebrare.

Pſ. 118. super confidentes in eam aſpectus illius.

1163 P. Albertus Vilgocki pro ſuggeſtu verba numquam fecit quin illa opportunè diuinæ matris laudibus exornaret. Præmiſlæ oborto vicino iam nobis, metuendoque incendio, quod ventus vehementer ad nos rapere videbatur, P. Alberus arreptam è Collegij ambulacro diuinæ Virginis ſtatuam igni obuertit: & ignis extinctus eſt ope Deiparæ. Per omnem vitam ſemper è collo geſtabat IESV patientis, & MARIÆ cum filio dolentis effigiem. S. Ioannes Damaſc. ad B. Virginem: *Cœleſtem carbonem in vlnis tuis ferens animæ meæ paſſiones combure.*

Ob. 1647. Iaroslauiæ.

Concio.

Imagines illius è collo geſtare.

m. ſ. ode 9. fer. 2.

1164 Hoc anno 1647. *P. Guilielmus Gumppenberg* (autor Atlantis Mariani) Fribnrgi Heluetiorum, collata vltro liberali piorum ſtipe, Domum Deiparæ, Lauretanæ ſimillimam, erexit; id quod anno 1643. iam antea fecerat etiã Ratisbonæ. Scribit mihi; ſperare ſe hoc ſibi ſummo præ alijs fore ſolatio morienti.

Domum Lauretanam propagare.

1165 *P. Silueſter Petraſancta* anno 1643. Italicis typis edidit *Litanias B. V. Lauretanæ*. id quod ante ac poſt illum è Societate complures alij præſtitêre. Monachij autem hoc anno lucem aſpexit *Pietas Mariana Græcorum* latinè reddita à *P. Simone Vuangnereck*. Paucula è longè plurimis, vt iaculatorijs precibus eſſe vſui poſſint, delibemus: *Salue humani generis primas, cordis medela, ſalutis depoſitaria, cor noſtrum dulciſſimo filij tui amore conuulnerans, torrens bonitatis diuinæ, cælum ab igne diuinitatis igneũ: accende me.* Aue, *infinitis bonorum titulis digna, olfactorium numinis, conchylium nudo Adamo purpura veſtiendo, fons immortalitatis auro & nectare manans, abyſſus miraculorum, & mare gratiarum, domus Sancti*ta-

Ob. 1647. Romæ.

Elogia Deiparæ erudite colligere.

Vide ſyllabum initio operis, & Patres.

ſtitatis: recipe me; vt ſanctè habitem in te. Aue, *myſticam chirurgiam exercens*, *volumen in quo continetur autor libri vitæ*, *cathedra in qua Chriſtus docuit viam ſanctitatis*, *fœtorem cordium noſtrorum expellens thuribulum*; imple ſanctis odoribus cor meum. Aue, *plena hieroglyphicis diuinitatis*, *vehiculum* Dei, *theſauraria cæli*, *amabilis aura*, *extinctam cordis noſtri lucernam accendens*; accende immortaliter cor meum. Aue, *Sapiens cælum*; *quæ nos ambulare neſcientes in via virtutis manu propria ducis*; *in qua, vt in radice immortalitatis, peractum eſt totum negotium ſalutis humanæ*; *lætitiæ mater*, *diuinum martyrum capitibus coronamentum*, *cunctis altitudinibus altior*, *publicus gentis humanæ theſaurus*; da mihi ſtipem, quam mihi neceſſariam eſſe noſti. Aue, *igneus ſolis diuiniſſimi currus*, *myſtica dies*, *religioſos amplectens vt filii tui collegas in cruce, hortus voluptatis in quo efficit vmbram virtus altiſſimi*, Dei *ſceptrum*, *myriadibus gaudiorum circumfluens verarum mundi hilaritatum origo*. Exhilara cor meum lætitiâ perpetuâ. Aue, *Beneplaciti paterni theſaurus*; *totius* Trinitatis *ſignificantiſſima ſpecies*; impetra cordi meo, vt ſemper faciat voluntatem SSS. Trinitatis.

1166 Meſſanæ typis vulgata hoc anno eſt P. *Pauli Belli Gloria Meſſanenſium* de aſſerta B. *V*. epiſtola ad Meſſanenſes. Eiuſdem autoris eſt *corona SSS. Trinitatis*, *& B. Virginis*; item *Millelogium Encomiaſticon* Marianvm; *mille titulis, & elogijs* B. *V*. *concinnatum*, de quo Marraccius in Bibliotheca ſua Mariana.

1167 P. *Hadrianus van Lyere* hoc anno Antuerpiæ in lucẽ edidit *Triſagion Marianum*. vbi Nominis Mariæ plura texit Anagrãmata Hebraica, Græca, Latina. Et multa eruditè tractat. Lugduni edita pag. 69.

etiam eſt hoc anno *P. Ioannis Ferrandi Diſquiſitio re-*
lib 1. c. 2. à pag. 84. *liquiaria*, eruditum & hoc opus, vbi diligenter agit *de ſacris B. V. reliquijs*. Obijt Ingolſtadij hoc anno P. Iacobus Canifius author *Hyperduliæ* MARIANÆ *à Ioanne Berchmanno exercitæ*.

obijt 16. Aug. 1647. 1168 P. *Rodulphus Houſſin* Gallus diuinæ Matris amorem cum Angeli Cuſtodis cultu tenerrimè cõiungebat: vnde ab illa, & ab illo ſub mortem ſuauiſſimè dicitur recreatus.

Mors. 1169 In prouincia Lugdunenſi hoc anno tironũ quiſpiã nobili loco natus, cùm ſe depoſitum videret à medicis, S. Xauerij popoſcit imaginem; cum qua, diſgreſſis omnibus, piè collocutus, viſum à ſe *In morbo.* dixit Xauerium, qui ſupplex coram Beatiſſima Virgine pro ægri ſalute orabat. Et Deiparæ, atque Xauerij ope conſanuit.

1170 *Ioannes Daniel* Coadi. æger hoc anno ſanatus eſt à B. Virgine quam illi cum duabus è cælo *In morbo.* Virginibus viſam fama eſt dixiſſe: *Ioannes, vis ſanari?* Annuit; & ſanatus eſt.

ANNO MDCXLVIII. Soc. 108.

1171 Neapoli Mauro mancipio cùm fidem perſuadere non poſſet quidam è Societate, qui Sodalitatis ſeruorum Præſes erat, eum enixè rogauit vt perſiſteret in pietate erga imaginem B. Virginis *Imago B. V.* in horti muro depictæ, cui ſuis expenſis veſperi lampadem Maurus ille quotidie accendebat. Huic Beatiſſima Virgo per quietem ſpectata ſuaſiſſe fertur, vt Mahometem cum Chriſto, Abelis nomen cum Ioſephi nomine commutaret. Ipſam item Cœli Re-*Catecheſin docere.* ginam, apprehenſa Mauri manu, illum formare docuiſſe ſignum Crucis; & adieciſſe de Patre illo, qui in Collegio Neapolitano præerat Congregationi: *Precationes te docebit Director Congregationis ſeruo-*

rum

rum : *ad quem tu ſine mora confugias* . Accitur is quem Virgo deſtinarat Pater ; Maurum imbuit fidei rudimentis ; & ipſe 15. Auguſti baptiſmo luſtratus eſt. Ante baptiſmum die quopiam feſſum laboribus, ac opem Deiparæ implorantem aiunt viſitatum ab illa dicente : *Ioſephe, patientiam habe*.

1172 *P. Alphonſus de Medrano* quotidie recitando meditatè Roſario vnam horam genibus nixus dabat, etiam in graui ſenio, etiam in morbis, ſi quid virium ſuppeteret. Vt primùm euigilabat noctu, Beatiſſima Virgo illi erat in mente, in ore verò hæc verba : MARIA *mater gratiæ &c.* Cùm ob incredibiles quoſdam dolores vix benè ſui eſſet compos fertur à B. *Virgine* obtinuiſſe, vt dolor ille ceſſaret quidem tantiſper, at iterùm vt rediret. *ob. 1648. Granatæ. Hora quotidiana B.V.*

1173 Romæ in templo Domus profeſſæ hoc anno 1648. inſtituta, & 12. Octobris inchoata eſt *pro bonâ morte* vniuerſalis quædam ac publica IESV & MARIÆ Cógregatio ſexta quauis feria vtriuſque dolores recolens breui quinque vulnerum per corollæ vſum meditatione, exhortatione, ac planctu *Stabat mater* cantato ; id quod fit hora ferè tertia ante ſolis occaſum, coram imagine Crucifixi, & MARIÆ, Ioanniſque ſub Cruce, SS. Sacramento palàm expoſito. de quo libellus extat conſcriptus. Manè quoque in communione pro felici morte inſtituta cantatur MARIA *mater gratiæ &c*, & oratur pro iis, qui eo menſe ſunt morituri. Qui ſemel in menſe feria VI. in hoc templo communicat illi Sodalitati adſcriptus, ei Alexander VII indulgentiam plenariam conceſſit, quæ applicari poteſt alicui animæ è purgatorio liberandæ ad communicantis & pro ea orantis arbitrium. Pro Sodalibus ducen- *Illam ſub cruce colere pro agone.*

ta ſacra ſexta quauis feria celebrantur. *Suſtine*, ait S. Bonauent. *deuotos ante tribunal Chriſti: ſuſcipe cauſam eorum in manibus tuis.*

Pſ.113.

Illam Sabbati cultu vario venerari.

1174 Artes, & induſtrias Sabbatinas pro cultu B. Virginis è Sabbatinis exemplis excerptas colligere docet meus *Annus Marianus* Viennæ Auſtriæ hoc anno impreſſus. Sabbato cum S. Arſenio receptui canente, examen totiùs hebdomadæ instituendum: cum S. Radegunde Sabbato ægris ſeruiente charitati vacandum. Cilicium Sabbatinum ſuadet S. Ludouici Regis exemplo; item S. Thomæ Archiep Cantuarienſis, quem, cùm cilicium Sabbatino vſu laceratum reficeret, ipſa Virgo mater adiuuit. Omitto reliqua. illud è Sabbato 51. non omiſerim anagrammma quod P. Euerardus Hockius (poſtea Gallobelgicæ Prouincialis) Duaci iam olim ex Antiphona *Alma Redemptoris mater &c.* pio, feliciique ingenio in hæc verba carmini illigauit:

Anagrammatu.

Ne metuas: quamuis curſu pernice procellæ
Nutat, & irrugit ſpumoſa nauis in vnda;
Teque tuamque ratem placato ſidere ducam.
Clarum lucis iter curres: cita prora volabit.
Errorem pelagi retegam: miſerebor egeni.
Euge: meos portus intra: ſum ripa ſalutis.

Dolores B.V.

1175 *P. Ildephonſus de Flores* hoc anno edidit in folio Neapoli tractatum *de Martyrio Deiparæ ad Dominici Martyrij ſimilitudinem efformato*. At Inſulentibus typis prodière *P. Ioannis Vincartij* libri tres *de cultu Deiparæ* Poëſi Mariana conſcripti. Lugduni verò *P. Antonij de Eſcobar* tomus III. in Euangelia, qui eſt *de B. Virginis feſtis.*

Feſta.

1176 Valencenis egregiè iuuat *Mater admirabilis* conatus noſtros in prouehendo ſuo cultu; quippe mirificè benefica. Certè ab ea quæ in templo

noſtro

noſtro colitur Deipara, Sodalium ciuium quidam hoc anno, primò petijt cuiuſdam agnati ſui emendationem ſeriam; impetrauit: petijt, vt illa obſtinatum debitorem flecteret ad ſoluendum; adfuit mox ille, & negatum diu debitum faſſus vltrò perſoluit: petijt, pro filiæ tibia ſanitatem; obtinuit, MARIAM *manna dixerim*, inquit Ambroſius. *t.2 in Pſ 21 pag. 50*

ANNO MDCXLIX. Soc. 109.

1177 P. *Vincentius Carrafa* Soc. IESV VII. Præp. Generalis, præter feriæ 4. ieiunium, ac Sabbatinam inediam pane tantùm, & aqua quoquomodo leuatam, domo numquam prodibat, quin aliquod B. Virginis templum inuiſeret: quotidie à primis ætatis annis vſque ad vltimos, precem illam *O Domina mea* S. MARIA &c. ſepties recitabat flexis genibus. *Septies in die laudem dixi tibi*, Pſ. 118. 164 Huic olim egro ac propè depoſito, & vigili viſam aiũt Deiparam, vt ſiue viuere, ſiue mori eligeret offerentem; illum verò in manu Virginis reliquiſſe arbitrium vtriuſque. Repetamus hîc illud Bonauenturæ Pſ. 71. *In manu tua ſalus, & vita conſiſtunt; lætitia perpetua, & æternitas glorioſa. Reſperge cor meum dulcedine tua.* *ob. 1649. 8. Iunij. Ieiunium fer 4. & Sabb. Septies illi ſe quotidie commendare. Se illius arbitrio permittere.*

1178 Idem, cùm id poterat, in vigilijs B. Virginis prandium publicum præbebat pauperibus. Demus quod poſſumus in eius honorem, quam, teſte S. Sabba, *Deus pro vitæ æternæ comparatrice adhibuit.* *Eleemoſyna illam colere. Menæa 27. Ian.*

1179 Ferreum circulum pedi inducebat *P. Vincentius*, vt ſe B. Virginis mancipium teſtaretur. S. Sabbas: *O Deo deſponſa, me redime à vinculis quibus infernales piratæ me inter anguſtias tenent.* *Mancipiũ B. V. Menæa 16 Ian.*

1180 Cùm ſtuderet in Collegio Romano, poteſtatem ſibi concedi poſtulabat, vt emendicatã

ſtipe

ſtipe modica, emere ſibi liceret *Marianum* S. Bonauenturæ *Pſalterium*: ſed illud ei P. Fabius de Fabijs Rector vltrò dedit. S. Bonauentura: *Benedic, anima mea, Virgini* MARIÆ: *Honor, & magnificentia eius in perpetuum*. Hoc à Societate vniuerſa fieri deſiderabat impenſè Vincentius cùm ei præeſſet. Vnde in impreſſa ſua epiſtola ſic habet, poſt alia quæ impenſiùs commendârat: *Verùm, vt hæc in auras non vaneſcant, ſed factis, rebuſque ſanciantur, etiam atque etiam deſidero, vt in cultu Beatiſſimæ* DEI *Matris ſuam ſinguli inſtaurent expoliantque pietatem. Nam ſi* IESV *tota eſt titulo ſingulari, ac peculiari nomine Societas; totam quoque* MARIÆ *eſſe neceſſe eſt; ſperareque ab ipſa patrocinium atque opem ad implendam vocationis noſtræ, ac Apoſtolici propoſiti menſuram*. Ita ille. S. Bonauentura verò: *Clarifica*, inquit, *Domina, de alto manum tuam, & cantent ſerui tui laudem, & gloriam tuam*. Vincentius certè opinabatur; nullius Deiparam enixiùs colentis preces irritas vnquam eſſe.

Pſalterio S. Bonauenturæ illam colere. Pſ. 108.

Epiſtolis illã commendare.

Pſ. 153.

1181 Idem P. Vincentius Beatiſſimæ Virgini commendatus fertur à Chriſto, qui vulneribus ſuis velut gemmeos riuos fundere videbatur; & dicere; Patrem Caraffam à ſe hoc nomine amari, quòd ille Beatiſſimæ Matri eſſet valdè addictus.

Chriſto patienti, & B. V. deuotum eſſe.

1182 *P. Andreas de Cacorla* ſcripſit Romam ex Hiſpania; quendam è Societate ſeu morientem, ſeu aliquorum opinione iam mortuum repentè exclamaſſe, dixiſſeque: ſe à Beatiſſima Virgine contra dæmones dirè infeſtos defenſum, cùm illa diceret: *Sinite illum, ſinite: eſt enim in Societate filij mei, & bene exercuit obedientiam.*

ob. 1649. 2. Iunij. Mors.

Obedire.

1183 *P. Ioannes Brebeuf* quodam die percuſſus à Barbaris, veſperi gratias agebat DEO: & videre ſibi viſus eſt Beatiſſimam Virginem tribus in pectus de-

Caſus 1649.

Digitized by Google

defixis enſibus doloris plenam; audireque loquentis in cor Dei vocem qua inuitabatur ad B. Virginem imitandam; quippe quæ ſemper fuerit conformis cum voluntate Dei. Sæpè illum Beatiſſima Deipara, S. Ioſeph &c. inuiſêre, vt dixi in anno dierum illuſtrium, Romæ nuper in lucem dato. Editum quoque montem ſpectauit, Sanctis vndique coopertum; in cuius vertice Sanctorum omnium Regina ſedebat. Aliàs vel ſola Deiparæ veſte, aut eius veſtis ora conſpecta ſentiebat ſe lumine quodã perfundi: nec audebat oculos ad ipſam eius vultus maieſtatem attollere.

Pati. *Velle quod vult Deus.* *Illam, & SS. omnes colere.*

1184 Ex aliorum exemplis elicere documenta ad B. V. cultum idonea docet is qui è Gallico latinus hoc anno prodijt *P. Pauli Barry Paradiſus apertus*: in quo centum exercitia ponit erga B. Virginẽ, è breuibus exemplis excerpta v.g. S. Franciſcus de Paula quempiam ſalutaturus, aut alicui locuturus, priùs *Aue Maria* pronunciabat: vti & S. Catharina Suecica petenti conſilium datura. S. Xauerius ſæpè S. Pulcheria Imperatrix tertiâ, & quarta quauis feria in templo B. Virginis excubabat. S. Iſabella ſoror S. Ludouici Regis cænobium inſtituit, *humilitati* B. Virginis dedicatum. Ioanna Francica ordinem inſtituit in honorem *Humilitatis B. Virginis*, voluitque vt Præfecta *Mater ancilla* vocaretur, pag. 263. ait; quod ſi omnes auri maſſas haberet, cor ex ijs conflaret quod ducentas auri myriades penderet; in illud omnium ſeruorum B. Virginis nomina incideret, ac Deiparæ offerret ritu ſolenniore quàm quem ſol vnquam ſpectauerit: Sicut S. Stephanus Hungariæ Rex templum B. Virgini erexit, in cuius aris imagines primarias ex auro factas & eas multiplici præſtantiſſimarum gemmarum or-

Elicere documenta cultus B. V. ex exemplis. *Verba ſua illi cõmendare. pag. 133. 134.* *Excubiæ in templo B.V. pag. 189. 227.* *Humilitat. pag. 250. 251.* *Cor deſideria noua concipere.* *Pretioſa omnia illi dedicare.*

dine emicantes collocauit. Regnum Hungariæ idẽ eidem Deiparæ obtulit; neque ſe aliter quàm Proregem B. Virginis appellabat. Cuperem, ait, imperium in totam mundorum myriadem obtinere: & hos omnes tibi, Domina, ſubijcerem. Ibid. pag. 414. iuſſa eſt à B. Virgine S. Brigitta hymnum *Aue maris ſtella* quotidie domi cum ſuis palàm recitare: & promiſit B. Virgo ſe illius Domus curam habituram: Id quotidie à Societate fieri dicam numero 1192. Ibidem, quidam (poſtea Societatem amplexus) cùm in aula nobilis ephebus eſſet, per occaſiones lubricas intactus euaſit, recitata quotidie prece illa: *ſub tuum præſidium &c.* Elegantiores cantilenas à diuerſis ſelectoribus ingenijs componi, & domi ſuæ DEI parenti accini curauit Comes Gabriela Cheuricria. Reliqua vide ibi: nec te operæ pœnitebit.

Cõſil. B. V. Aue maris ſtella. pag. 416. 417.

Caſtitas. Cantus. pag. 465.

1185 *P. Petrus Belecius* religioſi ad excogitandum ingenij vir, à Beatiſſima Virgine obtinuerat olim quiddam pro Tyrnauienſi Collegio, cui tunc præerat. Quocirca voti ſe reum ſenſit, me quoque in eius quam moliebatur rei conſcientiam vltrò accito. Et occaſionem attentè quæſitam Poſonij tandem reperit, prona ad hæc pia voluntate etiã Georgij Lippai Archiepiſcopi Strigonienſis. Illius ergo authoritate, annuentibus Superioribus, nouum iſtic cœtum erexit ſub titulo MARIÆ *matris morientium, & mortuorum*: ac adhibito amicorum conſilio, illi ſtatuta & leges condidit impreſſas Latinè, Hungaricè, Germanicè, atque Bohemicè; quibus præfixa eſt præfatio ipſius Archiepiſcopi iam laudati. Dabo hîc eam Deuotionis formulam quâ ſe huic Sodalitati tranſcribunt Sodales. Eam ego tũc, eiuſdem Patris rogatu, & Superiorum iuſſu, conſcripſi

ob. Poſonij 1649. 10. Maij.

Pro felici morte ſe illi deuouere.

ſcripſi, P. Nicolao Vueſſelenio Poſonienſis Collegij tunc Rectore: & Viennæ impreſſa eſt ad calcem libelli legum huius cœtus, in hæc verba: S. MARIA *Mater Dei, & Virgo, mater morientium, mortuorum, & omnium gratiarum, ego N. neſcio vbi, quando, & quomodo moriturus, indignus ſeruus tuus, Te pro meo & meorum conſodalium omnium felici agone, tuoque in morte, ac poſt mortem fideli auxilio, maternaque tutela, hodie, pro ſingulis diebus & horis totius vitæ meæ, in Dominam corporis, & animæ meæ, Patronam vitæ meæ, ac aduocatam mortis meæ, æternùm eligo: firmiterq; tua ope, ſtatuo ac propono, me nunquam Te derelicturum, neque contra Te aliquid vnquam dicturum, facturum, neque permiſſurum, vt à meis ſubditis contra tuũ honorem aliquid vnquam agatur; Te denique pro felici morte, ſingulari pietate, pro me, meiſque conſodalibus crebrò inuocaturum. Obſecro te igitur, ſuſcipe me nunc, & in hora mortis meæ in ſeruum perpetuum: adſis mihi in omnibus actionibus meis, quas omnes, & ſingulas ad maiorem* DEI *gloriam, per te nunc offero, vnà cum extrema mea expiratione, ſeu morte: nec me deſeras in hora mortis meæ; pro qua, ſingulari cura, nunc pro tunc Te inuoco, per feliciſſimum agonem Tuum, per æternam gloriam tuam, & per tuum cui morienti dolenter adſtitiſti Ieſum; & per Sanctos omnes ac Sanctas* DEI, *quibus ſingulari tua ope in extremo agone adfuiſti. Amen.*

1186 Hoc anno 1649. (vt ad me, cùm in his eſſem, ſcripſit P. Marcellus Spinellus Neapolitanæ Prouinciæ Præpoſitus Prouincialis) 6. Aprilis collocata eſt in Potamienſi S. MARIÆ *de gratia* dicto templo, inclyta illa, & admirabilitate ſua illuſtris imago S. Xauerij Potamienſis. Neque alio in templo eam vnquam fuiſſe poſitam, vel translatam affir- *Templa B.V.*

mat. Collocatam verò ait à Patribus *Ioanne Angelo Franco*, & *Andrea Vcello*, qui tunc iſtic ſacram expeditionem celebrabant. Adeòque beneficentiæ ſuæ tantæ maternum veluti nidum eſſe voluit Xauerius ſinum S MARIÆ *de Gratia*. Hoc anno edidit Romæ *P. Theophilus Raynaudus Nomenclatorem Marianum*, cum obſeruationibus, & gloſſario erudito.

Vide hic n. 1200.

ob. Viennæ 1649. *In morbo.*

1187 *Andreas Dedruſinus* æger Nouitius, cùm à Nouitijs *Stabat mater doloroſa* velut in cantum flexa voce recitari audiret, molitus eſt & ipſe voce iam ſuprema ſimilis canenti ea proſequi quæ audiebat; vt illam in finem vſque amaret, cuius ope ab omni letalis noxæ labe, vt conſtans fert opinio, per omnem vitam integer eſt ſeruatus. *Eia, aiebat, mater, fons amoris, &c. Fac vt ardeat cor meum in amando Chriſtum Deum &c. Inflammatus, & accenſus per te, Virgo, ſim defenſus in die iudicij. Quando corpus morietur, Fac vt animæ donetur Paradiſi gloria.* Aſpiremus & nos ad illam, quæ S. Ildephonſo eſt *ſignaculum fidei, interitus mortis.*

Serm. 4. de Aſſ.

ob. Glacij 1649. 3. Iulij.

1188. *P. Daniel Stigelius* ieiunia MARIANA tam conſtanter ſeruabat, vt ea nec in morbis omiſerit: adeoque poſtremo etiam vitæ ſuæ Sabbato ieiunarit.

ob. 26. Aug. 1649

1189. *P. Martinus Stredonius* extremis quinque annis vitæ ſuæ, ſingulis noctibus è lectulo ſe ſe ad B. Virginis imaginem conferebat: Ibi per illam Deo pro felici morte ſupplex abiectus in genua, ſe in eo ſtatu collocabat in quo ſolent eſſe ij qui vltimo vitam inter, mortemque ſingultu migrantem iam animam trahunt. S. Andreas Archiep. Cretenſis Beatiſſimam Virginem vocat *Theſaurum vitæ à Deo ſignatum*.

Noctu. *In S. Georgium mſ. ode 8.*

Fran-

1190 *Franciſcus Paglia* Coad. cùm de quadratis Coadiutorum pileis à Congregatione, & à Præpoſito Generali abrogatis Româ nuncium audiret, ipſe vltrò, non iuſſus, citra ſtrepitum, pileum ſuum quadratum Beatiſſimæ Matri offerens dedicauit, planeque depoſuit. *ob. Lupijs 1649.* *Vincere ſe.*

1191 *P. Alphonſus Gianottus* in libello ſuo de praxi virtutum, pro quotidiana erga Deiparam pietate ſuadet, vt in honorem quinque ſenſuum B. Virginis recites quinquies orationem Dominicam, & quinquies Angelicam ſalutationem; eique gratias agas pro recto ſingulorum ſenſuum vſu, ac exemplo nobis exhibito: petaſque oculis tuis, ac ſenſibus reliquis, citra vllum abuſum, rectè vti. *ob. 1649. 19. Sept. Bonon.* *Praxi 25. pag. 169.* *Senſuum cuſtodiam illi dedicare.*

ANNO MDCL. Soc. 110.

1192 Nona Congregatio Generalis hoc anno celebrata laudauit, & approbauit inductum in Societatem hunc morem, vt ordinarijs Sanctorum omnium Litanijs, quæ quotidie recitantur, adiungantur quotidie *Aue maris ſtella &c. Sub tuum præſidium &c.* & oratio; *Defende, quæſumus, Domine, B.* MARIA *ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familiam, & toto corde tibi proſtratam, ab hoſtium propitius tuere clementer inſidijs.* *Societatem illi commendare.*

1193 Tyrnauiæ in Hungaria, maior B.V. Viſitantis Sodalitas hoc induſtriæ hoc anno inuenit, vt eius Præſes varia erga B. Virginem obſequia deſcriberet, eaque aliquo MARIANO exemplo breuiter firmaret. Ea exempla, (vt in vrna, quam fortunæ vocant, fieri ſolet) alia alijs ſortitò obtingebant, id facturis quod ſcheda ſorte accepta iuſſiſſet; addente ad eam exercitationem ſtimulum etiam tunc breuiſſimè narrato exemplo alicuius, qui id honori Deiparæ olim præſtiterit. Sic debet coli illa de *Vrna B. V. & ſorte ducta obſequia*

qua

in.ſ.ſer. 3. qua S. Ioannes Damaſcenus Chriſto ſic loquitur: *Theſaurum ſalutis, turrim ſecuritatatis feciſti Genitricem tuam*. Videndum quomodo theſauro illo vſi ſint alij, vt illo vti benè diſcamus.

ob. 1650. *Sanctorum praxes in cultu B. V. imitari.* *Reuel. l. 2. c. 19.*

1194 *P. Chriſtophorus Scheiner* magiſtram ſibi S. Brigittam delegerat, aſſiduiſſimè peruolutandis ijs quæ ab illa de iſto cultu præſcripta ſunt ita intentus, vt paratus eſſet ea quæ legerat, velut iuſſa capeſſere, ac exequi. *Ego Regina miſericordiæ,* ait ibi B. *Virgo, clamo ad habitatores mundi, vt eleuent oculos, & videant miſericordiam. Ego moneo & rogo quaſi Mater; conſulo quaſi Domina.*

Sabbatum. *Bolland. 13. Ian. pag. 917.*

1195 Hoc anno is qui in templo Domus Profeſſæ Romanæ conciones quotidie in verno ieiunio habebat ad populum, veteri P. Salmeronis exemplo renouato, de B. Virgine dixit Sabbato, raro nunc exemplo. Amat Deipara illum diem. B. Veronica ab Angelo rapiebatur ad cæleſtia per ſingulos dies Sabbati toto anno.

SSS. Trinit. cultus.

1196 *Annus* SSS. TRINITATIS hoc anno Sodalitati B. V. Tyrnauiæ ab eius Præſide adornatus, docet multa quæ faciunt ad inflammandum amorem, & ad Deiparæ cultum coniungendum cultui SSS. TRINITATIS.

Purgatorium. *Hebd. 5.*

1197 Vt Matrem DEI nobis pro auxilio adſciſcamus ad purgatorij animas adiuuandas, eſt documentum *Anni morientium & mortuorum* Tirnauiæ hoc anno editi pro ijſdem. Expertum ait eſſe opem Virginis in purgatorio militem quendam, eò quòd in B. V. peruigilijs conſueuiſſet eiuſdem officium recitare.

1198 Præter alia erga Crucifixum, eiuſque Matrem obſequia, in tentatione ad illam eundum ait *Annus Crucifixi* Sodalibus ijſdem à Præſide

hoc

hoc anno datus: meminitque tentati Nouitij pane porrecto à B. V. tranquillati. Vide ibi plura. *Hebd. 20. In tentatione.*

1199 Hoc anno eadem Sodalitas icunculam animarum purgatorij cum SSS. Trinitate, SS. Sacramento, Beatiſſima Virgine, ac Angelo Cuſtode, ſparſiſque libellis, roſarijs &c. æri incidi curauit, & imprimi auerſæ illius paginæ nomina Sodalium ab anni vnius interuallo mortuorum. In octaua B. V. Viſitantis celebratum eſt ſacrificium pro mortuis Sodalibus, pegmate excitato. *Pro animabus Purgatorÿ induſtrias excogitare.*

1200 Vt ſolidior ſit amor noſter erga Deiparam, illi ſtabiliendo tenera quædam, & fortia è Sanctorum in Eccleſia probatorum ſcriptis collegit *P. Nicolaus Lancicius* aſceta non ignobilis, tomo 2. opuſculorum Antuerpiæ hoc anno impreſſo; laudatis eorum è quibus ea decerpſit autoribus. E quibus in vſum iaculatoriarum delibo pauciſſima, more meo: Aue MARIA, *gratiarum pelagus, & conceptaculum potentiæ diuinæ; Sanctitatis theſaurus, ſupercæleſtis lætitiæ vas, theſaurus diſpenſationis planè arcanus; quam velut ignis ferrum ſpiritus S. totam ignivit, ita vt in te Spiritus S. flamma tantum videatur, nec ſentiatur niſi ignis amoris: in cuius vtero confectus eſt communis noſtræ libertatis libellus, aduerſus mortem fabricata ſunt arma; nutrix Sanctitatis, cuius lacte omnes iuſti, & ſancti aluntur: pulchritudinis diadema, microcoſmos* Eccleſiæ. *Etiamſi omnes*, inquit ibi S. Ioann. Damaſcenus, *toto orbe diſperſæ linguæ in vnum conueniant, non poſſunt eius laudes oratione conſequi, cùm ipſa omnium encomiorum laudes excedat.* Idem fecit Raynaudus in Nomenclatore quem anno ſuperiore laudaui: apud quem Patres vide qui DEI Matrem elogijs magnis celebrant; è quibus hæc accipe: Aue MARIA, *altitudo cogitandi inacceſſibilis, apex gau-* *à pag. 43.* *Glorioſa B. V. elogia conſcribere.*

dÿ

dij noſtri, arx religioſorum, hymnodia Angelorum, coadiutrix Chriſti, cœlum mirabile, diarium creaturæ Domini, dilectiſſima dilectarũ, domus ſanctitatis, fauus mellis Chriſti, firmamentum omnibus firmamentis firmius; fluuius clementiæ, folium ſanctimoniæ, fons aurifluus, fons vberrimus totius ſanctitatis, gloria religioſorum; imago diuini archetypi, nobilitas cœli & terræ, organum lætitiæ, origo omnium amœnitatum, peluis emundans conſcientiam; recreatio potentiſſima eorum qui affliguntur; nobilitas omnium electorum; ſolum natale gaudij.

lib. 2. c. 1. & 2.

1201 P. idem Nicolaus Lancicius opuſc. 17. hoc anno edito, ait defenſum contra ſagas quoddam in Sicilia Collegium à Sancto quopiam è cœlo veniente, atque dicente: *Collegium illud eſſe hominum peculiari cultu Deiparam colentium; & ſub ſpeciali eius patrocinio conſtitutum.* Bransbergę conſpectam à ſaga, Collegium intrare volente, Deiparam expanſo pallio prohibentem, ne ſaga poſſet introſpicere.

Domum in qua habitas illi dicare.

1202 Hoc anno Catanæ Matrona illuſtris per quietem videre ſibi eſt viſa oblatam ſibi perilluſtrem ſpeciem S. P. Ignatij cæleſti ſplendore perfuſi, & pulcherrimam Dei Matris effigiem manu geſtantis, ac in hæc ferè verba illi tunc anxiæ loquentis: *An me non noſti? Acquieſce pacato animo. Nam, magnæ Matris patrocinio, ſoſpitem te reddam atque incolumem.* Experta poſtea eſt dæmonem nihil auſum, à quo tamen antehac variè terrebatur.

A S. P. Ignatio petere amorem erga BV.

annuæ n. 4.

1203 In Sardinia fœminam dæmon minaciter perterrebat, quòd cuidam de Societate confeſſario ſuo conſcientiam circa omnes dæmonis fraudes enucleatè aperuiſſet. Huic cœli Regina conſultrix dixiſſe fertur in annuis: *Omnia conſcientiæ tuæ arcana deinceps confeſſario tuo fac aperias. Hæc Dei eſt volun-*

Cor Patri ſpirituali aperire.

tas

tas, omnia vt reueles; neque vllam aduerſario fidem adhibeas, qui, vt diabolicis patere poſſis inſidijs, hanc te circumueniendi artem commentus eſt.

1204 Neapoli hoc anno Victoria Millonia admoto ad maxillam doloribus plenam chirographo P. Vincentij Caraffæ, illum per eum amorem quo B. Virginem dilexit in terris, & per gaudium quod ex illius aſpectu capit in cælis precata eſt, vt dolorem illum abſtergeret. Repentè ab acerrimo dentis dolore liberatam eſſe fama literis prodita teſtatur.

1205 P. *Laurentius Chryſogonus* diligens, & eruditus MARIANI Mundi autor, pro acceptæ à Deo per Deiparam vocationis beneficio, præter pſalmos pœnitentiales, etiam B. Virginis coronam in grati animi penſum quotidie recitabat. Paruulam DEI Matris, Filium ſinu complexæ imaginem præ oculis habebat ſemper. Si quam eius iconem videret, eam verbis Angeli ſalutabat. Eiuſdem ſtatuam Græcij anno Societatis confirmatæ centeſimo erexit; & teſtamentum ſcripſit, quo Deiparæ tenerè memor, prouidenter ſe morti parauit.

ob. 1650.

Vocatio.

Imago B.V.

Toto ingenio illi ſeruire.

Sacra pro defunctis curare.

1206 Mechliniæ hoc anno conſtitutum eſt, vt in ſingulas hebdomadas vnum in Sodalitatis oratorio ſacrificium curent Sodales, eidemque religiosè interſint, pro militibus, alijſque egentioribus qui in valetudinarijs publicis migrant è vita. *Ego ſum*, ait illa, *Mater miſericordiæ; ego iuſtorum gaudium, & aditus peccatorum ad Deum. Nulla pœna eſt in igne Purgatorij quæ propter me non remiſſior erit, & lenior ad ferendum.*

Reuel. S. Birg. l.6. c.10. init.

1207 In Paraquaria Sodali noſtro, ſeu ſuo potiùs, ægro & anxio à Regina cæli præſentem elegantem librum oſtenſum aiunt annuæ, ac dixiſ-

Diligentem eſſe in obſequijs Sodalit.

ſe: *Hoc in libro exarata ſunt omnia ea obſequia quæ tu amore mei es toties executus*. Louanij 16 Iulij hoc anno primarius lapis poſitus *pro templo* Societatis Iesv *Deiparæ immaculatæ ab* Erneſto Comite Iſenburgico, nomine Leopoldi Archiducis Gubernatoris Belgij.

1208 Viennæ in Auſtria lecta tironum manus in catechesim pagatim effuſa ſolenni ſupplicatione innocens agmen ſub Mariana imagine, veluti ſub vexillo, duxit. In tironum choro ibidem Foyenſis Deiparæ ſtatua, & Sabbatina ex argento lampas appenſa eſt, teneris illis pectoribus igne Sabbatino dulciùs inflammandis.

Catechiſmis illam honorare.

1209 Monoſtorini in Tranſyluania octo dæmones à noſtris ex energumena eiecti, dixerunt ſe timere Dei *Matrem ſuper omnia infra Deum*. Amemus ergo eam nos, & colamus ſuper omnia infra Deum.

Hyperdulia illam colere.

1210 Afflictæ, ac deſperatæ valetudini ſuæ, apud noſtros conſilium, apud Deiparam auxilium hoc anno reperit Zagrabiæ vir nobilis, cùm conſilium petenti noſter Beatiſſimæ Virginis opem per mendicos implorandam ſuggeſſit. Nobilis eleemoſynâ lautâ parere promptus, Patri reliqua commiſit. Pater mendicos vicatim totâ Vrbe collectos diſtinctè diſponere, & ſupplicem illam pompam omnem ad immaculatæ Matris aram deducere, monereque vt Deum, & Dei Matrem quæ ſalus eſt infirmorum, pro ſalute ægri illius beneficique capitis flagrantiùs exorarent. Effuſum eſt in preces, & cantus illud agmen eò maius quo maior extra Vrbem annonæ caritas omnia vrgebat. Sublatâ voce omnes, ſymphoniam ducente vno, reliqui Lauretanos Virginis titulos, modulatio-

Illam eleemoſynis implorare.

ſatione ad pietatis magis quàm ad artis modulos compoſitâ decantabant. quo euentu, res docuit. Nam largâ in illos, in viduas item & orphanos, beneficentiâ effuſum argentum atque annona, ægro nobili breui longam attulit ſoſpitatem. S. Ioannes Damaſc. *Ad protectionem tuam, tanquam ad pretioſam medicamentorum officinam recurro.* m. ſer. ode 9.

1211 In Hibernia Kilkemienſis noſtra Reſidentia hoc anno ciuitatem ad eximium quendam cultum Deiparæ excitauit. Statutum eligendæ in Ciuitatis Patronam Deiparæ diem octo dies qui proximi præceſsêre, multifariam celebres fuere per varia miſericordiæ ac pietatis opera, quibus ciues ſe ad præſtitutum diem comparabant. *Statua Mariana* in templi eiuſdem nomine ſacri medio, tota die cum facibus, cælitum lipſanis, & vexillis ad venerationem expoſita. Additæ Litaniæ, & ignes per plateas accenſi &c. Mirum quanta ſubitò morum commutatio ſit ſecuta, omni ætate ac ſexu ter quotidie in foro, etiam in luto, Dei Matrem in ſtatua ibidem ſalutante. *Populi gentium,* clamat Pſalmiſta Virginis, *exquirite prudentiam eius: & inueſtigate theſauros miſericordiæ eius.* *Vrbes illi dedicare.* S. Bonauent. pſ. 84.

1212 *Marcus Martinez* Coad. in Bœtica, laborum aſſiduitatem inſigni erga Dei Matrem pietate condiebat. Omitto ſingula percenſere. Conſtantia eius meretur non taceri. Cùm vnum aliquem è famulis hortaretur vt Roſarium Deiparæ quotidie recitaret, illo dicente ſe id hactenus minimè præſtitiſſe, quòd vel fuiſſet oblitus, vel otium minimè reperiſſet; reſpondit: Mihi verò à ſeptimo ætatis meæ anno nullo die vel memoria vel otium defuit quominus illud quotidie recitarem. *ob. 1650. 11. Febr.* *Conſtantem eſſe in cultu B. V.*

Hoc anno P. *Antonius Chanut* edidit Tolo-

loſæ præcipua ſeptem auguſtiſſimæ B. Matris myſteria in plura poëmata diſtributa. Vide ibi lib.6, myſterium primum, miraculum 9. de nummo aureo, eiuſque inſcriptione mirabili.

Triduo ſe ad feſta illius præparare. Iudic. 8. 22.

1213. Quod olim *omnes viri Iſrael dixerunt ad Gedeon* hoc nos in Societate ab ipſa ineunte noſtra ætate, à tirocinio vſque in ſenectam & ſenium clamamus ad Virginem Matrem; *Dominare noſtri tu, & Filius tuus*. Hoc anno Neapoli Magiſter & Nouitij, ad imminentis feſti Mariani apparationem ita exarsêre, vt triduo quoduis magnæ Matris feſtum antegreſſo, diuinum Euchariſtiæ Sacramentum in ſacello domeſtico palàm eâ de cauſa poſitum ſint venerati, quò Filius Virginis, Matris ſuæ ſeruos ad feſtum diſponeret, ac præpararet.

Supererogationis operibus illam colere.

Præter matutinæ mentalis comprecationis horam triduo illo iſtic expenſam, aliam quoque horam non tirones modò ſed & Domus reliqua vniuerſa dabat ibidem coram Chriſto in Euchariſtia abſcondito, quæ fuit *hora apparationis* ad feſtum imminens

Oratione.

auguſtiùs celebrandum. In ipſa feſti vigilia multi ieiunium pane tãtùm ac frigidâ circumſcribunt,

Eleemoſ.

& id quod pro triclinio domeſtico paratum erat obſonij, Rectore annuente, aperto capite ipſi diſtribuunt pauperibus piâ priùs catecheſi, exomologeſi, ſynaxique inſtructis.

Humilitate.

Omitto ea quæ de pulpito palàm domi legenda ſcribunt; quæque adijciunt veſperi, flagris voluntarijs vltrò ſuſceptis. In Vrbem etiam prodeunt pannoſi nonnulli, vt ſtipem colligant, quam dent pauperibus: alij iumentum purgamentorum baiulum præ ſe agunt.

Pijs colloquijs.

In loco ad colloquendum deſtinato pro animi relaxatione, perſcitè depicta ſeptem Deiparæ feſta appendi curauêre maiores, ad oculos inuitandos, &

ad argumentum ſuggerendum de Virginis Matris cultu, ac laudibus colloquendi. Ea MARIANI tridui pietas iam pro ſuo modulo in Sodales quoque *Marianos* porrecta eſt. Vſitatum illis eſt, paruulam Deiparæ effigiem circumferre collo vel brachio annexam, velut armillæ ornamentum. Dicam hic ego Nouitijs noſtris (& ſi audire volent, etiam Sodalibus quos in cultu Deiparæ educamus) dicam id quod celebris ille Thomas à Kempis ſuis dicebat: *ſi malignus hoſtis vos tentat, & à laude* DEI *ac* MARIÆ *impedit, non curetis, nec laudare, & orare ceſſetis; ſed eò ardentiùs* MARIAM *inuocate, Mariam ſalutate, Mariam cogitate, nominate, honorate, ſemper glorificate; cum* MARIA *in cella manete, cum Maria ſilete, cum Maria gaudete*, cum IESV & MARIA cælos aſcendite.

Vide Annuas Neap.

Serm. p. 3. ſerm. 2.

ANNO MDCLI. Soc. III.

1214 Græcij Sodales hoc anno ad varia ſe affligendi experimenta excitati. Eorum vnus cæleſte MARIÆ nomen humi linguâ lentè tractâ deſcripſit, velut calamo *Mariano*, cùm aliàs, tum Sabbato maximè. Et priùs quàm ſiccaretur, deſcriptum ſupplex amanterque legebat, & ſuauiſſimis oſculis honorabat. S. Bonauentura: *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum*, MARIA, *diligere nomen Tuum. Vnguentum effuſum, & aromaticum eſt diligentibus ipſum.* Ad hunc vſque annum deducta ſunt ibidem impreſſa *Incitamenta mea, & Praxes colendi Beatiſſimam Virginem Matrem; firmata exemplis domeſticis* Græcij ac Tyrnauiæ Sodalibus dedicata: quæ hic paſſim, & potiſſimùm poſt annum 1640. reperies. Fuit is libellus horum Annalium velut prodromus, & rudimentum: ac, vbi licuerit, poterit auctario nobiliſſimo ex his ipſis annalibus exaugeri.

Sabbatum. Mortific.

Nomen Mariæ.

Pſ. 142.

Tyrna-

B. Virginem libellum ſupplicem porrigere.

1215 Tyrnauiæ Præſes Sodalitatis B. V. Viſitantis, *ad Beatiſs. Virginem*, ad S. Ioſephum, & SS. Barbaram, Vrſulam, ſocias, alioſque cælites eorum qui in extremo agone laborant aduocatos *libellum ſupplicem* dedit, hoc anno ibidem impreſſum. S. Ioannes Damaſc. *O immaculata, quæ es diuinus locus ſanctificationis exinanitæ, ſanctifica animam meam.*

in. ſ. Dominic ode 4.

Nouæ Dei Matri ſacella erigere.

1216 In Olberſtorfenſi Bohemiæ Reſidentia Soc. IESV, viſum eſt opportunum in excelſo Ribneri vicini montis iugo ſacellum DEI Matris imponere: id quod factum pronâ populorum liberalitate. S. Ioannes Chryſoſtomus refert Orientales quoſdã quotannis poſt meſſem aſcendiſſe in montem amœniſſimum qui dicebatur *Mons victorialis*: quem montem aſcendentes, & lauantes ſe, offerebant, & laudabant in ſilentio Deum, & in illo monte apparuiſſe illis paruulum puerum cum cruce. In *Mariano* Ribneri monte idem agitur cõfeſſione, &c.

t. 2. in c. 2. Matth. hom. 2.

1217 *P. Robertus de la Planche*, magnus DEI Matris Eccleſiaſtes, author fuit vt Brugis *Præſentationis B. V.* feſtum per octo dies cum inſigni pompâ celebraretur.

ob. 1651. Feſtum Præſent.

1218 *Ioannes de Neue* Coad. Mechliniæ hoc anno eadem, vt obſeruatum eſt, horâ mortuus eſt, quâ Beatiſſimæ Matri quotidie conſtanter conſecratâ, coronam eiuſdem recitabat ſupplex, vt felicem in Societate mortem opperiretur. *Nunquam male peribit*, inquit S. Ignatius Epiſc. martyr, *qui Genitrici Virgini deuotus ſeduluſque extiterit*. Idem Ioannes cùm nihil haberet quod pauperibus daret, recitatâ ſalutatione Angelica pro illis à Regina cæli eleemoſynam flagitabat.

Quotidie illam pro felici morte orare.

Apud Michael. in. Lauret. diſc. 252. pag. 487.

1219 Hoc anno, & aliàs, per plures Vrbes

la-

latè in familias eſt propagatus mos veſperi poſt conſcientiam probè diſcuſſam ſomni non priùs capeſſendi, quàm tota familia coram B. V. imagine, Litanias Lauretanas recitaret. S. Ioannes Damaſc. *Dormitatio negligentiæ, & ſomnus peccati occupauit me. Tu excita me.* *Veſperi.* *m. ſ. fer. 5. ode 4.*

1220 Auguſtæ is qui Sodalibus ciuibus hoc anno præfuit Pater, aiebat Sodalium ſingulis in extremo vitæ limine illam qua ſe Virgini dedicâret ſyngrapham & formulam in manus inſerendam pro mortis leuamento, pulcherrimoque ſolatio, & pro itinere ad cæli Reginam iſtâ cōmendatione, ac velut patentibus literis muniendo. Idcircò optimi illi Sodales eo incitamento incitati eam formulam qua ſe Deiparæ quotannis dedicant, argento alij, auro alij (vnuſquiſpiam ſanguine) deſcripsêre. Friburgi Heluetiorum verò Sodalium quidam Sabbatinos dies ieiunio, noctes accenſis lampadibus coluêre. S. Io. Damaſc. *Affulge mihi puriſſimis pœnitentiæ radijs, ò Domina, porta lucis.* *Mortis felicis induſtrias inuenire.* *Sabb. Lucerna. m. ſ. Sabb. ode 3.*

1221 Noueſij hoſtico præſidio excedente, Vrbe die B. V. Viſitantis liberatâ, actis Deo gratijs, Noſtro id pro concione impensè vrgente, ad ſingulas Vrbis portas auguſtæ DEI Matris ſtatuæ (belli tempore vel ablatæ, vel ſine honore relictæ, maiore quàm vnquam ornatu ſunt reſtitutæ, ac feſtis dominiciſque diebus multâ luce funalium honoratæ. S. Bonauentura: *Fructus gratiæ inueniet qui ſperauerit in illa: porta paradiſi reſerabitur ei.* *Vrbium portas B. V. imagine honorare.* *Pſ 90.*

1222 Hoc anno Arensbergæ, ac viciniæ toti à Noſtris facilè quinquaginta volumina imaginum, & 250. duodecades *Marianarum* coronarum emptæ, ac diſtributæ: vt gratis accepta pietatis Virgineæ inſtrumenta plures ad pietatis officia inuitarent. *Cultum eius munuſculis propagare.*

pſ.152. rent. *Laudate pueri*, ait S. Bonauentura, *Matrem Dei; glorificate, ſenes, nomen eius: ipſa enim eſt via ad gloriam ſanctitatis.*

Veſperi. 1223 A Molshemienſi miſſione foris duobus in locis in morem inductum, vt quotidie ſub diem exeuntem laudes B. Virginis decantentur. *Exaltabo te, Mater Filij Dei*, ait S. Bonauent. *& per ſingulos*
pſ.154. *dies cantabo laudes tuas*:

Vſum Eucharistiæ illius amore accendere. 1224 Ars B. Virginem amandi, ope SS. Euchariſtiæ Sacramenti eſt excolenda & perficienda: id quod multis illuſtrat *Annus meus Euchariſticus* Tyrnauiæ hoc anno editus. Ibi viſa eſt ipſa Deipara eos qui ſacra Synaxi refecti fuerant reuereri; aliàs verò, florido paludamento ſuo contegere, ac Domino IESV commendare.

1225 Quibuſdam impurâ tentatione crebrò
Caſtitas. pulſatis hoc dedit conſilij de Societate quidam in
Tentationes. Auſtriæ Prouincia, vt voto concepto Chriſti infantis honori ſemel quotidie orationem dominicam, ſemel Angelicam recitarent, ac tantundem immaculatæ Deiparæ Conceptioni honorandæ adijcerent. Huic obſecuti, nullo deinceps conflictu ſunt
m.ſ.Sabb. ode 8. victi, licèt ſæpè tentati. S. Io. Damaſc. *Totum deſiderium meum excito ad te, ò puriſſima Domina: à carnalibus concupiſcentijs quantocyus libera me.*

1226 Viennæ Auſtriæ in Collegio nobiliſſimæ vnius claſſis corona vniuerſa, Magiſtrum ſuum de amanda Virgine Deipara hortatorem genibus nixa
Genibus flexis de illa audire. piè audiuit, & voto chirographi ſubſcriptione firmato, ſuam quiuis formulam eidem porrexit. Voti ſumma erat; Immacalatam DEI Matris Conceptionem ſemper tueri vſque ad ſanguinem, ſi res ferret, nutu Eccleſiæ. Hoc, ſuo quiuis nomine Virgini Matri offerri dum peteret, is qui ſingulorum

ſche-

ſchedas accepit Magiſter, conceptis verbis è ſchedis omnium vnam precandi formulam compoſuit, quam illi deinceps quotidie ſinguli recitarent, omnes verò vnà in gymnaſio renouarent, ei cui S. Io. Damaſc. *O ineffabile Domini miraculorum promptuarium, & mundi renouatio.* *m. ſ. fer. 3. ode 8.*

1227 Nancei hoc anno octo à B. V. Aſſumptæ feſto dies à noſtro concionibus celebrati. Romæ in templo Domus Profeſſorum per eoſdem narrantur exempla de B.V. Antuerpiæ celeberrima B. V. Præſentatæ ſolemnitas ad totos octo dies auguſtè colendos extenſa. id quod fit ferè paſſim in Belgio: vbi feſtum hoc præ quàm fortè vſquam alibi celebratur. S. Bonauentura: *Scire*, ait, *& cognoſcere te eſt radix immortalitatis; & enarrare virtutes tuas eſt via ſalutis.* *Octo dies ab eius feſto proximos colere.* *Pſ. 85.*

1228 Ingolſtadij, hortatu ſtudioque cuiuſdam è Societate, intra vnius anni curriculum, pro animabus purgatorij, collatâ plurium induſtriâ Virgini Matri dedicatâ, donatæ ſunt preces ac roſaria, quæ numerum nouendecim millium & centeſimum ac nonageſimum ſuperârint. Oranda eſt vt pro eis oret illa de qua S. Bonauentura: *Super thus & balſamum oratio eius; incenſum preces eius; non reuertuntur vacuæ ac inanes.* *Pſ. 83.*

1229 Hoc anno Patauij editum eſt *P. Laurentij Chryſogoni Speculum mundi* Maria, in folio: Viennæ verò Auſtriæ Latinè è P. Ioannis Bucelleni calamo prodière *Sancti affectus amoris* ex Italico P. Gregorij Ferrarij fonte ducti. In his hoc de B.V. non diſſimulandum. *Qui* (ait ille) *excellere vult in ſanctitate, quomenſibus anni, prima dominica, & feſtis ſolennioribus B. Virginis, communicet ad honorem dictæ Dominæ noſtræ.* *S. Synaxim frequentare. pag. 311.*

Digitized by Google

ob. 1651.

1230 *P. Franciſcus Piccolomineus* Præp. Gen. cùm in morbo ſupremo actus fidei eliceret, rogabat Beatiſſimam Virginem, vt in quo ille deficeret, è ſuæ fidei plenitudine illa ſuppleret. Poſt communionem, *Domina*, aiebat, *patere quæſo vt tua merita offeram Deo meo: cùm enim propria non habeam, niſi tua offerrem, vacuus in conſpectu Domini apparerem*. Cùm id per vires adhuc poſſet, per quartam horæ partem nudis humi genibus perſtabat, orans vt B. Virgini dedicato die Sabbati mori poſſet. *Magnificat* ſæpè ſecum, ac teneriùs repetebat; illa potiſſimùm; *& exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*. quaſi diceret cum S. Sabba in Menæis: *Apud te omnem ſalutem meam, cuius me tenet fiducia, vitamque per te dirigendam, depono. Libera me à periculis ſimul tua me interceſſione ad portum tranquillitatis atque ſalutis perducas*.

Ope illius ad actus nobiliſſimos eliciendos vti.

Magnificat.

3. Ian.

ob. in Polonia 1651. 25. Apr.

Vocatio.

1231 *P. Ioannes Sloſtounſki*. Deiparæ imploratæ conſultricis monitu Societatem ingreſſus fertur voce illa audita: *Pete; ingredere Societatem* IESV. In Societate moriens, Patri conſcientiæ ſuæ Præfecto candide affirmauit, ſe à puriſſima ſua Domina opportunam Oeconomiæ ſuæ pluuiam, ſerenitatem, & quicquid aliud petierit, ſemper impetraſſe: eiuſdem impetratione, à vitæ diſcrimine vnà cùm equo in profundam foueam ſecum delapſo, & aliàs cùm ab equo raptaretur, ereptum.

Oecomiam omnem illi commendare.

1232 *P. Hieronymus Anſaldus* hoc anno die Annunciationis B. Virginis, in eiuſdem ſacello ſacrum celebrans, à perſona id iureiurando teſtata conſpectus dicitur poſt conſecrationem ſub quadam nube, quæ de cælo veniens, illi caput & humeros obtegebat, ipſo luce tanta perfuſo, quantam aſpicientes oculi vix ferebant.

A N-

ANNO MDCLII. Soc. 112. *ob. Romæ 1652. 2. Febr. Fiducia.*

1233 Nonnemo ad dictum proximè P. Anſaldum, Beatiſſimæ Virginis nomine veniens dixit, ſe ad illum à Beatiſſima Virgine mitti, quæ ei nunciabat, vt à cæli Regina maiora deinceps fidenter peteret; ea ſe illi à ſuo Filio impetraturam.

1234 In Paraquariæ pago *Candelaria* dicto Indus æger dixit viſam ſibi S. Mariam Magdalenam, & S. Catharinam, quæ nomine Reginæ Angelorum illum inter Angelos victurum euocabant: id eſſe aliàs præmium Sodalium B. V. perfectorum. Hortatæ illum ergo ſunt, vt omninò Sodalitati nomen daret. Accitus eſt Præſes noſter Sodalitatis; & ille albo inſcriptus, obijt. Ibidem in pago yapeyuenſi puella Inda à morte vel ab alto ſomno experrecta dixit viſam ſibi Deiparam, à qua in cælum euocabatur, ſed iubebatur Sacerdoti culpam, quandam leuiſſimam aperire. Aduolauit Pater de Societate, illamque expiauit, ac læta morte migrantem vidit. *Annua ab anno 1650. Mors Venialia etiam diligenter expiare.*

1235 *Ioannes Daniel* Coad. hernia graui laborans, quò ad omnia ſua eſſet expeditus, per multas hebdomadas in templo *Colloquij B. Virginis Matris Admirabilis*, iconem B. V. quam *Conſolatricem* vocant, aſſiduè viſitabat vt curaretur. Anno 1647. iſtic orantem ſomnus, occupauit. Aiunt adfuiſſe illi Deiparam, quam ille *Matrem Admirabilem* vocabat, duabus S. è cælo virginibus comitatam; & dixiſſe: *Ioannes, vis ſanari?* Reſpondit iſte, velle ſe, ſi ita vellet illius Filius. Experrectus à ſomno, ſuauiſſimis perfuſus lacrymis, ſe à morbo illo planè immunem ſenſit. quod Deiparæ miraculum ab Ordinario ritè expenſum eſt, & approbatum. *Seruite illi*, monet S. Bonauentura, *reuerenter exultan-* *ob. 1652. Montibus 29. Dec. In morbo. Pſ. 93.*

tes; & ſanabit vos benedictus fructus caſtiſſimi ventris eius.

ob. Romæ 1652. 1236 *P. Philippus Alegambe* iam inde à 3. Augusti anni 1642. vſque ad 1650, Sabbatina quæ in templo Domus Profeſſæ Romanæ narrantur exempla in libro ad id præparato diligenter in vſum publicum adnotabat, eo qui id narrauit, & autore adſcripto. In Bibliotheca Scriptorum Societatis in ſingularem Indicem digeſſit ſcriptores MARIANOS. S. Bonauentura: *Clarifica*, inquit, *de alto manum tuam: & cantent ſerui tui laudem & gloriam tuam.*

Exempla de B.V. adnotare.

Pſ. 153.

1237 Idem ſibi ad altare ad ſacrificandum eunti præſcribit illa S. Bernardi: *Per te acceſſum habeamus ad Filium &c.*

Sacrum Communio.

1238 Idem, vt alia omittam, Deiparam per hebdomadæ dies cum Sanctis colendam ita diſtribuerat, vt Dominico Reginam Angelorum coleret. fer. 2. Reginam Patriarcharum, & Prophetarum: fer. 3. Martyrum. fer 4. Pontificum, & Doctorum: fer. v. Confeſſorum: fer. vi. Monachorum, Eremitarum: Sabbato Reginam Virginum, & omnium Sanctorum. Conceptis verbis & conſcriptis ſe Deiparæ dedicabat.

Hebdomada Mariana.

1239 Arimini Collegium hebdomadariæ Sabbatini exempli narrationi hoc adiecit, vt ea narratione concitatus vniuerſæ concionis animus, ad eliciendum (impetrante id Deipara) conceptis à præeunte Sacerdote verbis, contritionis actum inuitetur. Additur formula qua ſe omnes dedicant DEI Matri. Præit ad hæc exemplo S. Io. Damaſc. ita illam orans: *Spatioſiſſima* DEI *regio facta es. Rogo, vt me dæmonum domum, & paſſionum tabernam effectum, liberare digneris.*

Exempla. Contritio.

Palàm ſe illi dedicare.

m. ſ. fer. 3. ad veſp.

In

1240 In ſuburbana Mechlinienſium tironum villa ſacellum eſt erectum, in quo nobilis ſtatua Deiparæ viſitur cum hac epigraphe: *Mater Nouitiorum*. Hic locus beneficentia Virginis inclareſcit vſque ad admirabilitatem. Vt benè conuertamur ad Deum, conuertamus cor ad cor Virginis, de quo B. Laurentius Iuſtinianus. *Ad Deum conuerſum eſt totum cor Virginis noua irradiatum luce, inſolito charitatis deſiderio liquefactum.*

Nouitios ad eius cultum accendere.

Cor. In Annunc. B V.

1241 *P. Petrus de Beye* Dunkerchæ dum regeret, Virgini Matri, magna fiducia, pauperis ærarij præfecturam tranſcripſit, adeò feliciter, vt nullis æris alieni nominibus contractis, templum à fundamentis ad faſtigium extulerit; vt de aula ſcholiſque nil dicam. B. Petrus Damiani ait, illâ *nil ſublimius eſſe, nil dulcius miſeræ mortalitati, & mortali miſeriæ.*

ob. 1652. Oeconomiæ illam præficere.

ſ. 1. in Nat. B. V.

1242 Ariæ in principe Vrbis Baſilica, noſtro apud concionem connitente, antiquata iam olim Deiparæ Virginis, quæ iſtic *Panetaria* dicitur, pietas in priſtinum florem rediјt. S. Io. Damaſcenus ad illam: *Tu portus tranquillus facta es nobis laudantibus te.*

Priſtinos B. V. honores reſtituere.

m. ſ. Dom. ode 6.

1243 Quemadmodum olim in Græcæ Academiæ limine viſebatur *amoris effigies*; ita hoc anno Duaci ſanctiore ſtudio in publica ſcholarum area *Reginæ Sapientiæ imago* à noſtris eſt collocata: vt dum frequens ac pia iuuentus ad gymnaſium affluit, flexo ad reuerentiam genu ab omnibus conſalutetur optima DEI Mater. Idem Duſſeldorpij hoc anno factum: item in Meppenſi Reſidentia celebritate ac ſupplicatione ſolenni, ſtatua MARIAna 2. Iulij pro Scholarum fronte poſita, & dedicata. Eiuſdem egregiam imaginem habet in capite

In ſcholis imagines B. V. collocare.

gra-

Digitized by Google

Pſ 92 graduum domi, & in ſcholis Collegium Romanum. S. Bonauentura: *Qui deſideratis ſapientiam Chriſti, ſeruite Matri eius animo reuerenti.*

Theatra laudum B.V. Magnificat. 1244 Veldkirchenſes noſtri hoc anno exim ia cum venuſtate, ſub literarij anni finem theatro dedêre *Magnificat* canticum MARIANUM, inſigni plauſu, & ſenſu ſuauiſſimæ pietatis. Friburgi Briſgoiæ extaticos S. Dionyſij Areopagitæ in Deiparam Virginem amores dedit ſcena nobilis, pia cum voluptate ſpectata: vti & Dilingæ *Annus Deiparæ Sacer* placuit ingenio & pietate. *In manibus tuis ſunt theſauri miſerationum Domini*, ait B. Petrus Damiani: *occaſionem quæris ſaluandi miſeros, & miſericordiam effundendi.* *ſ.1. in Nat.B.V.*

ob. 1652. Oenip. Lauretanæ ædis cultum extendere 1245 *P. Thomas Anreiter*, vt in Deiparæ honorem ædes Lauretanæ ſimilis excitaretur author fuit, fructu pulcherrimo pietatis. id quod ab alijs quoque factum. Repetamus hîc illud B. Petri Damiani: *Summa gloria eſt poſt Deum, te videre, adhærere tibi, & in tuæ protectionis munimine demorari. Audi nos: Nam & Filius nihil negans honorat te.* Prodijt hoc anno Lugduni poſthuma P. Bonifacij Conſtantini *Hiſtoria Angelorum*; cuius c. 24. multa Angelorum obſequia erga Sodales B.V. colligit. A pag. 370. probat quod *BB. Angeli SS. Deiparæ ſint Adminiſtri*. atque id eruditè. & pag. 389. inter obſequia Angelis exhibenda ponit *cultum Reginæ Angelorum*. *In fine ſerm. de Nat.B.V.*

Sanctos menſtruos colere. 1246 Sanctorum cultus ſemel quotmenſibus eſt argumentum cohortationis quam in Sodalitabus habent Præſides. ita vt cœtus illi ſint velut gymnaſia in quibus docetur ars honoris Cælitibus exhibendi. Didicit hoc Sodalis Ciuis Coloniæ, qui funebrem tumbam ſibi fabrefactam, pijs eorum

Cæli-

Digitized by Google

Cælitum, quos in B. V. Sodalitate quotmenſibus accipiebat iconibus, intus ac foris vndequaque conueſtiuit. Alius ibidem ante mortem produxit Sanctorum nomina, & patrocinia per triginta circiter annos in B. V. Congregatione collecta, contemplabaturque illum cumulum, ſecum loculo inferendum, non ſine ſenſu fiduciæ admirandæ.

1247 Fuldæ Sodalis noſter, nobilis adoleſcens hoc anno iam cubitum conceſſerat, ſomnum etiam propè auſpicatus, cùm repentè neglecti per inconſiderantiam eo die *Roſarij Mariani*, ac eorum quæ de retinenda in B. V. cultu conſtantia in Scholis ac Sodalitate audierat ſanctè memor, ſtrato extemplo exilijt, & ſe Roſario recitando accinxit. Interea ſuperior lecti tabula, ſeu cælum ligneum, magno impetu & pondere in lectum corruit, certo exitio iuuenem oppreſſura, niſi eum conſtans pietas exitio ſubduxiſſet. S. Bonauentura DEI Matri *Non deficiat*, inquit, *laus tua de labijs noſtris, nec charitas tua de præcordijs noſtris. Qui te diligunt, benedicantur à* DEO: *& qui te volunt diligere, non defraudentur à fide.*

Hortari omnes ad penſum B V.

Pſ. 135.

1248 *P. Gebhardus Razenried* edidit *Hebdomadam* MARIANAM: & dignas Deiparæ amore virtutes inædificabat ſuo erga illam ſtudio quo flagrabat.

ob. Mantuæ 1652.

1249 Hoc anno Societati nomen matura iam ætate, ac obitis magnis muneribus, dedit *Marchio Antonius Iulius Brignole* Genuenſis; qui, teſte Marraccio in Biblioth. Mariana, ſcripſit & vulgauit eleganter Italicè librum *de Sanctiſſimo Roſario Beatiſſimæ Virginis*. In eo autem libello quem anno 1636. edidit pro animabus purgatorij, toto capite quinto loquitur *de amore quo Beatiſſima Virgo proſequitur animas purgatorij*. Amemus quod amat.

Amare animas purgatorij imitatione illius.

In

1250 In Sinis, in Vrbe Yempim, templum DEI Matri à Patre quodam de Societate extructum, Mandarinis nobilibus per epigrammata docta dedicationem celebrantibus. Ibidem in alio templo ſingulis hebdomadis Sabbato confluunt Chriſtiani; ac audito de B. V. ſacro varia de rebus cæleſtibus legunt, & audiunt; adiecto ſeuero eius diei ieiunio & flagris quibus ipſi ſe vltrò affligant. S. Sabbas: O, inquit, *auro comante fulgentiſſima turris, irrigate ſolaribus radijs throne, incomprehenſum prodigium!*

Templa B. V. erigere.

Sabbato. Lectio. Menæa 30. Ian.

1251 *P. Stanislaus Phoenicius* Lublini anno 1632. edidit libellum cui titulus: *Mariæ Mancipium*, ſiue modus tradendi ſe in mancipium Deiparæ Virgini. vbi de Marino fratre B. Petri Damiani, Deiparæ mancipio, feliciſſimè moriente.

ob. 1652. Mancipium fieri B. V.

1252 Florentiæ hoc anno Italicè typis in lucem dedit *P. Ioannes Dominicus Ottonellus Conuerſationem* IESV, MARIÆ, IOSEPHI; Auguſtæ autem P. Vuolffgangus *Herman, corollam honoris B. V.* ſeu *ſynopſim teſtimoniorum de B. V.*

Conuerſatio pia. De illa legere.

1253 *Cæſar Caietanus* è Caſſari Principe, & Sortini Marchione Societatis IESV Nouitius, cùm de Societate ineunda Deiparam conſultricem optaret, præter adhibita Sabbatina & pridie feſtorum eius arcta ieiunia, Sabbato quouis ſacræ ſynaxi accubuit: poſtea in Societate quoque illi tenerè addictus.

ob. Panormi 5. Aug 1652. Illam conſulere per ſynaxim Sabbatinam.

ANNO MDCLIII. Soc. 113.

1254 Annuæ Paraquariæ in hunc annum latè exequuntur, quanto in Deiparam ſtudio populum illum accendat Societas. Nouum quendam pagum B. V. Lauretanæ pagum vocant. Ibi Beatiſs. *Virginis* Sodalitatem collegêre Patres, quam ille populus tanti facit, vt ſe in illa ſalutis ſuæ teſ-

Populum eius amore inflammare.

Digitized by Google

ſeram habere opinetur. Æger quidam cùm de ineunda illa Sodalitate cogitaret, dicitur vidiſſe aperto vltrò tecto ac cælo ipſam cæli auguſtam ad ſe deſcendere, à qua ſalutatus & bono de recuperanda incolumitate animo eſſe iuſſus eſt. Habebat vaſculum cæleſti quodam liquore plenum Virgo: & mox apprehensâ vtraque infirmi manu, illi aliquid è pretioſo illo liquore infudit, iuſſitque ori inferre. Paruit æger: & admirabilis liquoris illius fragrantia ſuauitateque ſe adeò recreatum ſenſit, vt illicò morbus omnis aufugerit. Elinguis præ gaudio, & ſui vix iam compos, ac deliciarum & lachrymarum plenus Deiparam intuebatur: quæ illi blandè iterum locuta: Eia, inquit, fili, hoc pretium ac præmium eſt illius pietatis qua ad meam Congregationem aſpiras; maiora cõſecuturus indies, niſi torpeas in incepto. Hæc ille Sodalitatis illius Præſidi narrauit, & albo inſcriptus eſt.

Sodalitates B.V. magni facere.

Morbus.

Sodalitates fouere.

1255 Fœminæ ad bonam frugem à ſocijs adductæ atque à Deipara pro tribunali Chriſti adiutæ, in agone muſica de B. V. imagine erumpente recreatæ mortem vide latiùs n. 18. in annuis ibid.

1256 P. *Ioannes Almeida* ſtupenda ſui afflictatione mirabilis, catenis, flagris, cilicijs ſe atterebat. Deiparæ, ac S. Ioſepho aram in corde conſtituit, ſæpè illud ingeminans: *Ieſus, Maria, Ioſeph; Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, & Virgini Mariæ,* Identidem ſe coram Deo Deiparâq; humi ſternebat, ibi iacens inſtar iumenti vlceribus ſcatentis, tabe pleni, ac mortui. Cùm eſſet paruulus, Vianæ in Luſitania Sabbato quouis ad B. V. templum piam peregrinationem inſtituebat cum pia fœmina à qua educabatur, quippe hoſpes ex Anglia. Sæpè officio Eccleſiaſtico perſoluto, aliud de ſanctâ illius

ob. in Braſil. 1653.

Mortificatio. Iaculatoria. Humilitas.

Sabbatina peregrinatio.

Conceptione integrum addebat. Inter iaculatorias his etiam ſæpè vtebatur: *O SSS. Trinitas! ò Domine* IESV! *O Virgo ſanctiſſima! O Mater admirabilis! O mors, o iudicium, ò æternitas.* Plura de illo in annuis, & mira.

ob. 1653. 10. Iun. Fiducia. Pſ. 92.

1257 De *P. Ioſepho Cataldino* Paraquarienſes memoriæ produnt, illi, præter alia, viſam ſæpiùs DEI Matrem; quæ etiam aliquando de ſalute anxio dixerit: *Noli timere, Fili.* Quis, inquit S. Bonauent. *quis ſatisfaciet enarrare opera tua, Domina, & quis inueſtigabit theſauros miſericordiæ tuæ?*

ob. 1653. Domum ſuam B.V dicare. Sabb. m.ſ. fer. 4. ode 5.

1258 *P. Carolus Muſart* Viennæ pluribus autor fuit; vt præ foribus domorum B. V. ſtatuas ponerent, ac præ his lampades appenderent, & Sabbato Litanias cani curarent, atque ita impetrarent illud quod petit S. Io. Damaſc. *Affulge mihi cum radio veræ pœnitentiæ; illumina me ſalutiferis ſplendoribus, ò puriſſima.* De *Franciſco Pennant* hoc anno mortuo vide annum 1639. n. 873.

Numiſma B.V. cum animabus purgatorij.

1259 Hoc anno Romæ, noſtro quodam è Domo profeſſorum adnitente, numiſma elegans curatum eſt, cuius partem ſuperiorem in cælo B. Virgo cum paruulo ſuo IESV occupat; inferiorem, anima vna manibus è purgatorij flammis ad IESVM, & MARIAM porrectis, cum inſcriptione: *Mater Miſericordiæ.* Hac arte tam B. Virgo, quàm felices illæ animæ in mentem veniunt; cùm numiſmata, è roſario, colloue pendentia longè faciliùs præ manibus, oculiſque verſentur quàm imagines. S. Bonauentura: *Miſerationibus tuis repletur paradiſus: & à terrore tuo hoſtis confunditur infernalis. Qui ſperat in te, inueniet theſauros pacis; & qui te non innocat, non perueniet ad Regnum* DEI.

Pſ. 86.

1260 Philoſophia Pragenſis Collegij cum Magiſtro

giſtro ſuos 70. Magiſtros emeritos & laureatos ad Beatiſſimæ Deiparæ *Montem Sanctum* ſeptimo Praga lapide diſſitum religiosè duxit hoc anno, ſeque illi dedicauit. Appenſum anathema fuêre Philoſophorum nomina ſerico explicato impreſſa, ac *Matri, & ſedi Sapientiæ* dedicata: calamus item argenteus, auro elegans, pendulus à catena. Imago etiam eiuſdem Virginis æri inciſa impreſſa latè ſparſa. Felicia ingenia quæ ſanctas, & nouas DEI Matrem colendi artes inueniunt, & exemplo extendunt. *Studia ſua illi dedicare. Et finem emptæ operis.*

1261 In Annuis Franciæ, hoc anno in mari ob ſæuientem tempeſtatem, iam ſpem vitæ, & clauum abiecerat gubernator. Vouit noſter, qui iſtic vnà periclitabatur, ieiunium diei Sabbati tota vita, & nouendiale Sacrificium. Mercatoribus perſuaſit varia opera pietatis: & facta eſt tranquillitas magna. *Nouendiale ſacrum. Sabbat.*

1262 In Auſtriæ Prouincia hoc anno quidam, cùm ad defectionem à Societate tentaretur, ei quæ Paſſauij *Auxiliatricis* titulo colitur Virgini Deiparæ ſe impenſius commendauit ſemel, iterùmque; & placidè conquieuit, illas voces ſibi viſus audire: Permane conſtans ibi vbi es. S. Bonauentura ad B. V. *Irradiatio gloriæ tuæ diluuidet intellectum: & lux miſerationum tuarum perducit ad ſalutem.* *In tentatione. pſ. 85.*

1263 Viennæ Auſtriæ, bonorum operum, quæ in Sodalitate quotmenſibus Præſidi dant ſinguli, catalogum Sodales aliqui ſuo ſanguine conſcripsêre, ac aræ *Virginis* obtulêre, iuxta illud S. Bernardi: *Modicum iſtud quod offerre deſideras, puriſſimis illis, & omni acceptione digniſſimis* MARIÆ *manibus offerendum tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam.* *Opera ſua in B. V. manibus deponere. in fine ſer. de Aquaductu.*

1264 Hiſpali hoc anno curru triumphali

Immaculatā B.V. Conceptionem honorare.

cum pompæ multifariam ſplendidæ apparatione, præter Sacramentum immaculatæ Conceptioni defendendæ dictum, quoad per Eccleſiam id liceat, ducta ſupplicatio ac triumphus, magna omnium (& quorundam etiam gaudio lachrymantium) exultatione; quaſi dicerent cum S. Bonauentura,

pſ.102.

Scholaſticos ad eius cultum accendere.

Benedic, anima mea, Matri IESV *Chriſti, & omnia præcordia mea glorificate nomen eius.* Sublata in altum haſtis triumphalibus formula iuramenti. In prægrandi vexillo hæc epigraphe à Theologo geſtabatur: *Pro* MARIA *Concepta ſine peccato originali Collegium, & Scholæ S. Hermenegildi Societatis* IESV. Triduum tenuit variè ſemper admirabilis, noua, & omnium plauſu publico accepta dierum, noctiũ, templi, fori, platearum, equitum, tubarum, dramatum, certaminum, ſymbolorum, carminum, Sodalitatum, nationumque iurantium celebritas, Hiſpali tota cæleſtis cuiuſdam, ac triumphatricis Vrbis magnificentiſſimam imaginem referente. S. Auguſtinus: *Quid dicam pauper ingenio? Si cælum te vocem, altior es; ſi Matrem gentium dicam, præcedis; ſi formam* DEI *appellem, digna exiſtis.*

to.10. ſ.2. de Aſſ. B.V. fol.270.

1265 Hoc anno Granatæ hoc MARIANæ coronæ auctarium eſt adiunctum, vt ad maiora grana gratia à Deo petatur ad actum veræ contritionis eliciendum; ad ſingula verò grana ſalutationis Angelicæ eliciatur actus vnus contritionis. S. Ioannes Damaſcenus ad B.V. *Cordi obductum callum ac dæmonum impetus velociter extermina.*

Contritionem à Deo per illam petere.

m.ſ. fer.4. ode 7.

ob.1653.

1266 *P. Ioannes Machuca* dolentis Deiparæ (cui à ſolitudine nomen eſt à triduo Chriſti in ſepulchro iacentis) cultum percelebrem reddidit, procuratâ illi ſtatuâ, arâ in templo, ac varijs officijs pietatis. *Me dignum fac compaſſione tua,* in-

Dolentem Virginem celebrare.

m.ſ. fer.3.

Digitized by Google

inquit idem S. Ioannes Damaſcenus.

1267 In Rheno Superiore Sodales inter coronæ, quam recitant, decades, velut intercalare carmen interponunt eius quod celebrant feſti *Mariani memoriam* v.g. in feſto Viſitationis; *Per amabilem, & lætabilem Viſitationem tuam, viſita me, & doce me vt in æternum magnificet anima mea Dominum*. Ita S. Ioannes Damaſcenus ibidem, *Matrem tuam*, ait, *ego infelix offero tibi, ò Verbum, ad intercedendum pro me; quam tu ſuſcipiens libera me*. *Feſta B.V.*

1268 *M. Leonardus Schaffers* ad Deiparæ cultum voti Sacramento ſe obligauit; idque agebat aſſiduè quod vouerat. S. Bonauentura: *Nibil abſcondas mihi de amore tuo. Quid retribuam tibi niſi me totum? Domina, ſuſcipe me*. *ob. 1653. Voto ſe illi obſtringere. pſ. 119.*

1269 Sunt de Societate qui ſacra, coronas, ieiunia, cilicia, & cætera quæ animabus purgatorij donant liberaliter, omnia deponunt in manibus B. Virginis, vt illa de illis applicandis arbitratu ſuo diſponat: ſunt qui animas illorum potiſſimùm adiutas volunt qui in hac vita B. Virgini ſingulari ſtudio fuêre addicti. Cortraci primæ notæ Sodales Sacramentum dixêre, quo ſe ad pias illas animas cùm alijs pietatis officijs, tum verò communionis menſtruæ indulgentijs, precibus, pietate, ac Sabbatino ieiunio enixiùs adiuuandas liberaliter obſtinxêre. Mexici hoc anno 2. Nouembris initus eſt numerus mortualium ſacrificiorum, è datis quatuor in ſingula ſacra regalibus, ſiue iulijs (quorum ſeptem ac decem faciunt vnum aureum, quem Vngaricum vocant) procuratorum à noſtris Sodalibus: & numerata ſunt id genus ſacrificiorum tredecim millia quingenta triginta nouem; omnia Sodalium pietate curata, aliquot ſcutorum millibus *Purgatorij animas iuuare.*

eam

eam in rem piâ liberalitate impenſis. S. Bonauentura: *Intellectus bonus omnibus honorantibus te: & ſors illorum inter Angelos pacis.*

pſ. 110.

1270 Annus meus Angelicus hoc anno pro Tyrnauienſi B. V. Sodalitate datus in lucem ait Angelis perplacere in nobis cultum Deiparæ. Affert autores qui dicant Regiam, olim in Vngaria infantem, dum naſceretur, claro ſermone Vngarico hæc protuliſſe: *Aue Regina cælorum: Mater Regis Angelorum.*

Angelos eum illa colere. vid. hebd. 14. 31. 43. 50.

1271 Annus meus pueri IESV hoc anno, in eorundem Sodalium gratiam Antuerpiæ typis datus, ait viſam eſſe Deiparam *Salue Regina* canentium ſanctimonialium ſingularum *corda* in aureo vaſculo collegiſſe, diſtributè diſpoſuiſſe, ſuo Filio obtuliſſe. Hoc meditationis horâ agendum, & aliàs: cor tuum cum omnium per vniuerſam Societatem orantium *cordibus* Beatiſſimæ Virgini attentè commendandum; vt illa omnia noſtra corda offerat DEO IESV.

hebd. 24. Piorum corda illi offerre.

1272 *P. Ioannes Bourghesius* edidit anno 1620. Duaci libellum laude dignum, cui titulus: *Societas Ieſu Mariæ Deiparæ Virgini ſacra*. Mihi certè illum in tirocinio voluenti ſingularem attulit voluptatem. Vtinam & hic meus proſit omnibus.

ob. 1653. Domeſticis exemplis illam colere.

1273 Lugduni hoc anno *P. Honoratus Nicquetus* eruditum, ac pium librum edidit de S. Gabriele Archangelo: vbi de illo explicat etiam ea quæ ſpectant ad B. Virginem ab eo ſalutatam: aitque illum eius Angelum Cuſtodem fuiſſe. Per illum petendum eſſe amorem erga Chriſtum, & eius Matrem.

S. Gabrielem colere. Vid. pag. 85. 187. 190.

1274 Capuæ in more poni cœptum, vt B. Virginis peruigilijs omnibus, pauperibus, quotquot

con-

confluxerint; prandium detur ſumptibus eius Collegij; eiſque Patres, ac fratres miniſtrent. *Felix religioſus ille*, inquit Thomas à Kempis, *qui Dominam noſtram elegit ſibi in Matrem conſolantem, & totius vitæ ſuæ cuſtodem protegentem*.

Eleemoſyna in Virg. feſtorum B. V. Partis. 3. ſerm. 2.

1275 P. *Chriſtophorus Vega* Tubalenſis edidit hoc anno Lugduni in folio *Theologiam* MARIANAM; hoc eſt, *certamina literaria de* B. V. Eamque ipſi Deiparæ dedicauit proœmio luculento. Dicendum illi ait id quod olim dixit Philoſophus: *O abyſſe, cùm te capere non poſſim, tu me recipe!* Penetrandum illud Euthymij dicentis: *oportet habere linguam Theologicam ad loquendum de Matre* DEI.

Scholaſtico etiam ingenio illam celebrare. orat. 2. de de Zona.

1276 Prodijt hoc anno etiam *P. Bohuslai Balbini Sodalis Parthenius*, Olomucij: Pariſijs autem *P. Laurentij le Brun Veſperæ* MARIANÆ.

1277 Hoc anno in Paraquaria Sacerdote noſtro ad peccata confitenda Indum ægrum exhortante, dæmon ægri aures occludebat. Sed vocata in opem Deipara dæmonem abegit: & æger Patris exhortatione tandem audita expiatus deceſſit. Hoc ſacris Oratoribus noſtris, hoc Confeſſarijs eſt agendum, vt Beatiſſima Virgo & nobis linguam ad appoſitè loquendum, & ijs quibus loquimur aures ad ſanctè audiendum aperiat, & perficiat.

Confeſſionis impedimenta per illam ſubmouere.

ANNO MDCLIV. Soc. 114.

1278 Etiam ea quæ S.P. Ignatius laudauit & in vſu habuit æſtimare diſcimus à DEI MATRE; illamque hac etiam arte benè colimus, ſi illam habeamus Conſultricem. Hoc anno Veteris Oetingæ Senex quidam antiquæ probitatis, ſine fuco vel dolo, à Patre quodam è Societate, apud quem peccata depoſuerat, petijt; quid illi de quadam orandi formula videretur, quam ipſe aiebat ſe ab ipſa

Orare attentè ad Crucifixum.

Dei-

Deipara didiciſſe. Iuſſus illam edicere, antiquam illam, & S. P. Ignatio magnoperè dilectam precandi formulam; *Anima Chriſti ſanctifica me &c.* totam idiomate vernaculo pronunciauit; candore ingenuo aſſeuerans, quicquid id eſſet, ſibi ab alio nemine vnquam auditum, niſi à Sanctiſſima DEI Matre, quam ſibi, per quietem, adſtantem, hortantemque audire ſit viſus, vt eam precandi formulam deinceps quotidie illo temporis interuallo recitaret, quod inter ſacræ hoſtiæ, atque calicis eleuationem eſt interiectum. *Gerardus Dominique* Coad. de Beatiſſima Virgine, ac de diuinis alijs rebus perlibenter loquebatur, aliàs quoque Deiparæ cultui eximiè addictus. Hunc tertio poſt mortem die Patri Theologiæ tunc iſtic Magiſtro quocum de diuinis rebus ſæpiùs fuerat collocutus, noctu oranti ſpectandum ſe in veſte Societatis obtuliſſe perhibet ipſe ille Pater, vir fide dignus. Collucebat illi caput, & in ore micabat ſtella illuſtris, præmium frequentis de ſpiritualibus rebus colloquij. Roganti num DEO frueretur, annuit capite modeſtè inclinato; & Patri commendauit ſermonem de diuinis rebus, vt quid inferis amarum, ſuperis verò gratiſſimum. Vtinam MARIA ſtella in ore noſtro micet.

Alios ad orandum inſtruere adhortari. In ſacro. pag. 56. ab. 1654. 14 Iulij. Muſſiponti De illa ſæpè colloqui.

1279 Viennenſis Profeſſorum Domus in Auſtria, hoc anno, permagna populi approbatione, ac pari fructu conſtituit, vt in templo per omnes quadrageſimæ Dominicas poſt prandium cohortatio habeatur qua ſacroſancti Deiparæ Dolores, velut in viuo emblemate præ oculis frequentiſſimæ concionis à ſacro explanatore ponantur. S. Germanus Patriarcha: *Beata Virgo in morte Chriſti adeò amarè fleuit, vt poſt plerrimum lacbrymarum effuſum imbrem*

Cultum dolentis B. V. propagare. In Mariali Marraccij Romæ edito. pag 147. & 256.

imbrem, tandem ſanguineas lacbrymas ſuderit.

1280 Tergeſti initâ inter 150. Sodalium lectiſſimos pactione ſtatutum eſt, vt generales communiones inſtituerent, atque omnes indulgentias, & quicquid animarum purgatorij commodo iſtic dari poteſt, illis applicarent; vt eò animas illas eueherent quò aſpirat S. Io. Damaſcenus DEI Matri ſic loquens: *Ad mundum illum locum, ad gaudium illud immortale deduc me, ò caſtiſſima, vbi eſt illa pulchritudo ſpecioſiſſima, & vbi fulget lux illa ſempiterna, atque excellentiſſima Filij tui.* *Purgat.* *m ſ. ſer. 6.*

1281 *P. Arnaldus de S. Maria* Niuernenſis è nobili familia Rapinorum, vt illuſtre ſuum nomen pietate ac humilitate honoraret, illud exuit, & *de S. Maria* cognomentum accepit. *O celeberrimi nominis Maria*, inquit S. Bonauentura, *quæ etiam deuotè nominari non potes ſinè nominantis vtilitate.* *ob. 1654. Humilitas. Nomen B. V. honorare. Spec. B. V. fol. 44. col. 2.*

1282 Aldenardæ Scholarum noſtrarum diſcipuli, noſtrorum ductu, ſupplicabundi, ac labaris aliquod B. V. elogium præſeferentibus inſignes, ſtellam ex argento Matri Virgini obtulêre hoc anno. *Scholaſticos ad eius cultum excitare.*

1283 Bethuniæ die feſto *Viſitationis* B. V. & per octo ſecutos dies quotidie oblatum eſt B. Virgini, Noſtris adnitentibus, *cor argenteum* ſub Litanijs per octo illos dies decantatis, vel inter ipſam diuini ſacrificij celebritatem. Additi verſus idiomate vario. *Cor illi dedicare.*

1284 Leodij Patrum quidam homini irato, & ad dandam neſcio cui veniam peruincere ſe nolenti conſilium dedit, vt ad B. V. noſtræ *conſolatricis* dictæ aram adiret, ae peteret ab ea in qua triennio vixerat cordis duritate atque ſceleribus liberari. Paruit; & ſibi iſtic oranti cor ſenſit remolleſcere; ſimul ad Deiparæ cultum, & veniam inimico *Obſtinatos per B. V. mitigare.*

 dan-

Digitized by Google

dandam, ac à Deo petendam accenſus.

Confeſſio. 1285 Oetingæ quidam dixit ſe cuidam de Societate peccata confeſſum, & illicò viſa ſibi læta omnia, lucida, & amœna; cùm tamen ante confeſſionem viſus ſibi ſit videre totum Deiparæ ſacellum obſcurum, ac ipſam B. Virginis effigiem ſqualidam ac rugoſam.

Theatra, & Scena Mariana. 1286 Hoc anno à Rottenburgenſibus noſtris dato publico dramate propenſiſſimus Deiparæ erga ſuos clientes animus; in deſertores verò, & contemptores potens indignatio eſt oſtenſa. Bellizonæ iuuenis à Deiparæ cultu relangueſcens in ſcena ſpectatus alios accendit: & in Reſidentia Rotuuilana Marinus B. Virginis *Mancipium*, placuit. *Solue,* inquit S. Thomas à Villanoua, *ſolue cogitationibus habenas, dilata intellectui fimbrias, & deſcribe apud te in animo Virginem quandam omnibus chariſmatibus decoratam, Deo gratiſſimam. Quantum potes tantum aude: maior eſt iſta Virgo; excellentior, ſuperior eſt Virgo iſta.*

Tepidi.

ſ. 2. de Nat. B. V.

1287 In Reſid. Kaufburana hoc anno, pio Præſidis hortamento, Sodales ita in morem recepêre, vt cùm è cœtu illo aliqui ad vitæ ſupremam deueniunt, conſuetam ſe Deiparæ ritè deuouendi formulam ante ſuſceptum ſacrum viaticum, accenſum in manu habentes cereum, quanta poſſunt pietate proununcient; vel ſi id per virium imbecillitatem haud liceat, eam ab alio audiant recitari. *Tu Virgo nos dirige,* inquit idem S. Thomas, ibidem; *tu nos ad Ieſum deducito: tu ipſum nobis oſtende gloria & honore coronatum, Angelis ſtipatum,* regnantem.

Per illam ſe morti felici parare.

ob. in India Carthagene 1654 8. Sept. 1288 *P. Petrus Clauerus* cùm Maioricæ ſtuderet, ab Alphonſo Rodriguez, inter alia documenta hoc etiam in ſcripto commentariolo accepit: *Sit deuotus*

erga

erga Sanctiſſimam Virginem: non perdat vllam occaſionem illi in re quapiam gratum obſequium exhibendi. Quoties ad concionem dicebat, ſemper pro animabus purgatorij ſemel pronunciabat Angelicam ſalutationem; & mancipijs roſaria diſtribuebat, vt ea pro animabus fidelium defunctorum DEI Matris honori perſoluerent. Memoriæ proditum eſt in eius vita impreſſa Hiſpanicè, quendam ab anima è purgatorio apparente ad P. Petrum fuiſſe miſſum, vt ab illo B.V. coronam peteret, eamque pro mortuis recitaret. *Purgatorij animus roſarijs iuuare.*

1289 Idem *P. Petrus* diuino ſacrificio operaturus, à Beatiſſima Virgine ſupplex eleemoſynam flagitabat, quâ locuples factus, eius Filium pro dignitate acciperet. *Stipem ab illa petere ante ſacra.*

1290 Biduo, triduoue ante feſta B.V. exibat in vicos & plateas, omneſque ad feſtum imminens Sacramentis obeundis religiosè celebrandum inuitabat. Aiebat; gratiſſimum DEI Matri præ celebritate omni feſtum eſſe, ſi corde mundo reciperetur Filius Virginis. *Feſta B.V.*

1291 Ipſis Deiparæ feſtis idem ſub meridiem epulum pauperibus inſtruebat, iiſdemque miniſtrabat, mox & ipſe cum illis (tanquam cum B. Virginis filijs) accumbens veſcebatur; muſicâ quoque adhibitâ cantatis ſelectis laudibus DEI Matris. *Eleemoſyna feſta.*

1292 Roſarium B. V. integrum quotidie recitabat; idemque vt alij facerent autor erat. E certo granorum in montibus iſtic naſcentium genere plurima Roſaria ſcitè conficiebat, & diſtribuebat, inter egentiores rudioreſque potiſſimum. *Roſaria conficere, donare.*

1293 Sodalitatem B.V. inſtituit; in qua Mauros, mancipia, & plebem infimam erudiebat in cultu, & amore Deiparæ. *Rudes docere.*

Poſt communionem.

1294 Sabbato ſemper ad miraculis claram B.V. imaginem, quæ eſt in templo Collegij, diuinis operabatur. Reddendis poſt ſacrum gratijs finem imponebat coram eadem imagine.

Domo exire, ac redire illius ductu.

1295 A Deiparâ in illa imagine viſitatâ opem, conſilium, benedictionem flagitabat quoties exiret, eique omnia offerebat quæ erat acturus. ad eandem redibat domum redux, gratiaſque agebat pro ijs, quæ foris peregerat.

Accendendo B.V. amori vtilia adnotare. Lectio.

1296 Conſcripſerat plura in ſuo commentariolo apta concipiendo igni cæleſti hauſto è virtutibus DEI Matris meditatè ponderatis. Legebat perquàm lubens libros de cultu illius conſcriptos; quæque legerat, narrabat alijs, vt eos inflammaret.

Hora quauis illam ſalutare.

1297 Horologij ſono audito, *Salue Regina* recitabat; & ſæpè iaculatorijs precibus ad eam anhelabat.

Preces ad illam concipere.

1298 Compoſuerat ſibi ad vſum quotidianum ſimplicem quandam precandi formulam, quam ex Hiſpanico hîc pono ad verbum: *Domina mea, Virgo* MARIA, *plena gratia & miſericordia, ego indignus humillimè te rogo, vt non ſinas me mori morte repentina; nè anima mea migret ex hoc mundo ſine integra confeſſione, & ſatisfactione pro omnibus peccatis meis. O Virgo ſanctiſſima, ora pro me peccatore. Amen.*

Pro morte, ab illa petere benedictionem.

1299 Cùm mortem vicinam opperiretur, deſcendit ad templum, & ibi pane Angelico pro viatico munitus eſt. Tum adijt aram *B. Virginis de miraculo* dictam, & ſupplex ab ea flagitauit vt breui morituro benè precaretur. In cubiculo demum ipſo naſcenti Deiparæ ſacro die ad felicem, vt optimè ſperamus, æternitatem conceſſit.

1300 Herbipoli hoc anno cùm virum acatho-

licum

ticum longa febris tabefeciſſet, is qui Catecheſi præerat Pater ei Deiparæ coronam dedit, & ſuaſit; vt ſe in Dei Matris fidem daret. Annuit æger conſilio; & ſanitate illicò donatus, Catholicæ fidei manus dedit. S. Ioannes Damaſcenus: *Concede mihi, Domina, quæ Deum peperiſti, vulnerum animæ, morborumque carnis ſanitatem.* *Hæreticos ad eius cultum al licere.* *m ſ. fer. 2. ode 4.*

1301 In Rheno Superiore dæmon cuidam vigilanti certo pulſu præſentiæ ſuæ clara dabat indicia: dormientem verò turpibus imaginibus libidinosè inceſſebat. Huic perſuaſum à noſtro, vt ante quietem, Beatiſſimæ Deiparæ, ac trium Angelorum Michaëlis, Gabrielis, & Raphaëlis, præſidio ſe commendaret. Paruit, & hoſtem abegit. Verùm id vbi omiſit, vetera terriculamenta iterùm rediêre. At remedio eodem repetito dæmon ita fugatus eſt, vt nec vigilem deinceps, nec dormientem afflixerit. S. Ioannes Damaſcenus: *Incomparalibi fortitudine tua contere omnes arcus hoſtium inuiſibilium; vt cum tranquillitate animæ magnificem te.* *Caſtitas. Veſperi.* *Conſtantia.* *m. ſ. fer. 3. ode 8.*

1302 *Ioannes Baptiſta Lechner* Coad. Sabbatina, & alia Deiparæ ieiunia conſtanter ſeruabat, in quemcunque die feſtum Deiparæ incidiſſent. Mancipium ſe Deiparæ, geſtatâ è collo catenâ fatebatur; cum qua voluit etiam ſepeliri. S. Ioannes Damaſc. *Peccatorum meorum catenas diſſolue: & Chriſti charitatis vinculo liga me, atque à ſempiternis & horribilibus catenis libera me.* *ob. 1654. Viennæ. Mancipium.* *m. ſ. fer. 5. ode 4.*

1303 Puellæ de templo reduces Grupnæ in Bohemia adoleſcentibus ad templi fores corollas ſuas, procaci ad petulantiam inuitamento, porrigebant. Nunc, noſtrorum ſuaſu, illæ Virginum Virgini gratificaturæ, modeſtiam illi ſuam omnes (aliquæ corollas quoque ſiue ſerta) dedicant, *Morum leuitatem abijcere.*

cant,

cant, leuitatem priſtinam execratæ.

Singulis menſis diebus illam colere.

1304 Hoc anno cum recuſa Coloniæ meâ MARIA *Matre Agonizantium* prodijt meus item, *Menſis* MARIANUS; in quo exhibentur variæ ad benè moriendum præparationes è *Marianis* benè morientium exemplis excerptæ, ac in menſis dies ſingulos diſtributæ: qui menſis etiam Romæ poſtea Italicè in lucem venit, interprete P. F. S. Flexiæ *P. Caroli Paiot Epitome Perfectionum B. Virginis* Gallicè eſt impreſſa.

Dolentem B.V. colere.

1305 Antuerpiæ in lucem hoc anno exijt pars II. *Lucis Euangelicæ P. Henrici Engelgraue*: vbi Dominica infra octauam Natiuitatis ponit emblema, & *horologium afflictiſſimæ Chriſti Matris*; cui condolendi praxes adducit lectu dignas, & feriâ ponderatione.

Victoriam ſui Deiparæ dedicare.

1306 Monaſterij Eiffliæ iuuenis nobilis ab ignobili puella fœdis amoribus illigatus, aiebat ſe à DEO potiùs quàm illi nuncium remiſſurum. Noſter, *implorato Virginis Matris auxilio* fretus, perſuaſit illi tandem, vt armillam quandam, quam ab illo geſtari videbat, *inter Deiparæ anathemata* pro donario appenderet. Faſſus eſt lachrymans iuuenis, eam armillam è ſceleſtæ illius capillis textam eſſe; ſibique per eam ab illa furorem iniectum. Auulsâ ergò è manibus, & B. Virginis honori appensâ armillâ, reſtinctum eſt in inſano hactenus iuuenis pectore infame incendium; gratiæque actæ Virgini, cuius ope iuuenis perwictus eſt vt ſe peruinceret: adeoque ipſum anathema teſtatur victoriam Deiparæ manibus partam eſſe. S. Ioannes Damaſcenus: *Aue; reſeratrix viarum pœnitentiæ; aue, lapſorum erectio; aue, thronus igneus Regis Chriſti. Aue, mundi commendatrix; aue, antemurale*

m.ſ. vide in Dominica.

innu-

inuocantium te; *aue*, *diuina habitatio*; *aue*, *mons ſanctus.*

1307 P. *Franciſcus Aguado* in ſuo *Sapiente Chriſtiano* ſolidum planè Deiparæ colendæ modum tradit; nempe, vt illius imitatione omnia noſtra opera emendatè, accuratè, perfectè agamus; iuxta illud S. Gregorij Nazianzeni, quem laudat: *Illa tibi ſit omnis operis, & verbi ſpirans imago*. *ob. 1654. 15 Ian. fol 354. Accuratè agere omnia.*

1308 Idem Deiparæ ope ſe ad Societatem appuliſſe aiebat, cùm horam faciendæ hac de re deliberationis illi dedicaſſet. Per illam ſe perniciosam cuiuſdam tepidi conſuetudinem abieciſſe. Vide plura in Annuis Toletanis. *Vocatio.*

1309 Villaregij pro ſuis Nouitijs erexit idē ſacellum Deiparæ. Eiuſdem imaginem in ærea lamina pictam ſemper geſtabat in pectore, quæ illi conſultrix fuit, & pro ſuſpirijs argumento. Sabbato in triclinio fixis humi genibus *Aue Maria* recitabat, & pedes oſculabatur accumbentium ſeruorum DEI Matris. *Imaginem illius geſtare.*

ANNO MDCLV. Soc. 115.

1310 Chilenſes Annuæ aiunt hoc anno in Collegio noſtro Bonæ Spei repertam in direptione barbarorū, Deiparæ imaginem loco ab illis moueri non potuiſſe; manum barbari quâ imagini colaphum inflixerat, illicò exaruiſſe: apud Boroanos Deiparæ imaginem toties cum Chriſti effigie ſudore maduiſſe quoties Chriſtiani (ſinguli ad B. V. imaginem à noſtris adducti, expiati, & Deiparæ dedicati) cum barbaris confligebant; & Chriſtianos victores è prælio reuertiſſe, licèt hi paruâ manu cum illis conflixerint. Oeconomiæ quoque præfecta eſt Virgo Mater: ideòque Sabbatum delectum quo foras erumpebant obſeſſi, & annonam abundè in- *Imago B.V.* *In bello.*

inter tot pericula referebant. De victorijs latiùs agunt annuæ: adduntque Deiparam Indo cuidam fideli conſpectam noſtræ in templo imagini ſimilem, prædixiſſe fore vt breui in libertatem aſſererentur obſeſſi, ab ijs qui ex Vrbe Conceptionis venturi eſſent Hiſpani. Venêre illi ſalui: & Boroanos ſecum incolumes eduxêre, ac abduxêre; cæſiſque per iter hoſtibus plurimis non pauciores in Vrbem Conceptionis quàm inde abierant rediêre.

Sabb.

1311 Hoc anno ſuauiſſima illa Eccleſiæ Antiphona *Salue Regina* &c. pium argumentum fuit *P. Bobuslao Aloyſio Balbino*, vt felix inde, ac vndequaque integrum anagramma educeret, Deiparâ veluti reſpondente, ac dicente:

Anagrammata Mariana.

Salue Regina.

Me ſaluere cupis? Venio tua Virgo, Sodalis.
Sic te claudo ſinu Mater: lac accipe noſtrum.
Vbere cæleſtes deſtillo mellis honores.
Et tergo lachrymas, & vultum amplector amatum.
Arbor ego vitæ, ſpes ſi in me fixa reclinet.
Fide Deo! Iuuat ingenuos mea cura Sodales.
Dein vultu oſtenſo mea maxima gloria Chriſtus
Te foſſum (ò iocunda dies!) in ſidera condet.

1312 Idem pari felicitate duxit hoc anagramma è fonte totius ſalutationis Angelicæ; *Aue* Maria &c.

Aue, Maria.

Chare Sodalis, ama! vt non te peccata morentur.
Ingrediare ſinum: tuus eſt: clauderis in iſto.
Totus ibi Matrem bibe: ſæpiùs vbera prenſa.
Nam tibi nectar erunt cordi: fauus omnia vincet;
Vincet amor.

1313 Hoc item anno Pragæ idem autor in lucem edidit *Diuam Virginem Vvartenſem*, miraculis inclytam.

Miracula illius conſcribere.

1314 Huius anni Iunio eidem autori contagione

Digitized by Google

gione peſtiferè afflato, & depoſito, eadem Vuartenſis Virgo, voto implorata, reddidit ſanitatem. *In morbis.*

1315 P. *Franciſcus Camacho* ſe DEI Matri dabat in victimam: ſub eius feſta ieiunijs, & ſex aſperis cilicijs, ac mirâ ſomni breuitate in ſeipſum ſeuerior. S. Elizabethæ filiæ Regis Vngariæ Beatiſſima Virgo dixit: diuinorum donorum affluentiam, *orantibus & carnem ſuam affligentibus aperiri*. *Feſta. Cilicium. S. Bonauent. c. 3. medit. vitæ Chriſti.*

1316 Hoc anno Romæ à noſtro quodam typis data ſunt duodecim *Conſilia* B.V. *conſultricis*, & ſingula ſingulis exemplis Marianis, ſententijſque firmata. Idem tibi dicit MARIA, quod Rebecca olim (eius vmbra) filio ſuo dixit: *Fili, acquieſce conſilijs meis.* *Conſilia illius conſcribere, ac ſequi. Gen. 27. 8.*

1317 Omnes Vrbis in qua habitas (imò orbis totius) B. Virginis ædes, ac imagines corde inuiſere diſce ex illa quæ Romæ hoc anno, eodem autore, typis data eſt, ac dono diſtributa induſtria, omnibus Deiparæ templis in LII. Sabbata, quibus viſi poſſint, digeſtis, cum hac ad B.V. ſalutatione ibidem Italicè impreſsâ: *Aue*, MARIA. *Viſito; te ſaluto te: gratulor Tuæ maieſtati, gloriæ, granditati, ò* MARIA *Mater Dei, viuentium, ac morientium pia Mater! Omne id quod ego facio, & quicquid factum eſt, aut fiet, fieriue poteſt vnquam in cælo & in terra pro tuo amore, & gloria à* DEO, *à Sanctis, ab omnibus omninò tibi deuotis, ab omnibus denique quæ condi poſſunt creaturis, totum illud offero tibi per manus Sanctorum illorum qui tibi præ alijs omnibus magis fuere addicti; ad honorem SSS. Trinitatis, ac tuum; ad impetrandam per te ab illa mortem pretioſam. Gratias tibi ago, Deus meus, mi Ieſu; & vobis, omnes Angeli ac Sancti & Sanctæ* DEI, *quòd* MARIAM *hanc honore tantò, amore tanto proſequamini. Facite me, facite bonum* *Omnia B.V. templa corde viſere.*

ſeruum, bonum diſcipulum, bonum filium MARIÆ *Reginæ cordis mei, Magiſtræ actionum mearum, Matris animæ meæ. Domina, per omnes tuos honores, per omnem illum amorem quo amas SSS. Trinitatem, & quo illa te amat, quoque te complectuntur omnes electi, obſecro te; offer cor meum (ah toties rebelle* DEO, *ſed iam pœnitens!) & omnia corda omnium amicorum & inimicorum meorum vna cum cordibus omnium electorum, & cum corde tuo ſancto, cordi* IESV. *Inuito te, vt quemadmodum ego nunc te corde viſito habitantem in cælo, & vbicunque coleris per omnia templa, altaria, & imagines totius mundi; ſic me tu viciſſim reuiſas, iuueſque potentiſſimo tuo auxilio in hora mortis meæ: vt ingrediar illam Eccleſiam triumphantem, in qua te amabo, & honorabo, non iam in tuis imaginibus, verùm coram; & gratias tibi reddam æternas pro omnibus beneficijs quæ mihi à tuo Filio impetraſti, ad viuendum & moriendum in gratia, & ad laudandum illum vnà tecum in gloria. Rogo te per ſanctiſſimam mortem tuam, per pretioſam mortem omnium filiorum tuorum, atque ſeruorum, per omnia miracula quæ Romæ, quæ Laureti, & in orbe vniuerſo patraſti; fac mecum hoc vnum, vnicum, pretioſum, æternumque miraculum, vt ſaluer; & hoc vnum ſufficit mihi. Aue* MARIA.

Feriam 3. Litgaræ celebrare.

1318 Barienſes noſtri hoc anno effecêre, vt in templo B. V. Conſtantinopolitanæ tertiâ cuiuslibet hebdomadæ feria, poſt hymnos de B. V. à muſicis decantatos, coram populo hiſtoria de B. Virgine narretur; id quod facit vnus è noſtro iſtic Collegio.

Morientes iuuare.

1319 Laureti verò, noſtris etiam adnîtentibus perfectum eſt, vt pro omnibus animam agentibus preces horariæ in templo *Mariano* ſemel quotmenſibus celebrentur; & ære campano quotidie altera ante

ante Solis occaſum horâ ſignum detur in templo Deiparæ, quo ad comprecandum pro iis qui in agone laborant ciuitas admonetur. S. Bonauentura ad Deiparam; *Erue me in die mala: & in die mortis ne obliuiſcaris animæ meæ. Deduc me ad portum ſalutis: inter iuſtos ſcribatur nomen meum.* *Pſ. 139.*

1320 Brunæ *Henricus Vlrich* Coad. noctes non rarò integras peruigil ducebat in Sacello coram S. MARIÆ Maioris imagine olim à B. Borgia iſtuc miſſa. *ob. 1655. Noctu.*

1321 *P. Hyacinthus de Magiſtris* hoc anno in Vrbe, Prouinciæ Malabaricæ Procurator, ait; Coccini templum noſtrum eſſe ac dici *templum Matris* DEI: ſingulis diebus Sabbati multos in eo diuinam Synaxim frequentare; eſſeque illis conceſſam indulgentiam plenariam ſingulis menſibus pro aliqua die Sabbati cuiuſuis arbitratu eligenda: iucundum eſſe ſpectaculum videre populum in diuinæ Matris amore adeò ſedulum, & ardentem. *Sabbati Communio.*

1322 *P. Ioannes Ludouicus Minius* Venetus, religiosè omninò colebat DEI Matrem. Moriens *Aue, maris ſtella* &c. ſibi cani voluit; atque ipſe quoque ſupremis, quà poterat, vocibus reſpondebat; quaſi diceret cum S. Bonau. *Excita ſpiritum meum ad amandum bonitatem tuam: excita mentem ad extollendam nobilitatem tuam.* *ob. 1655. Morti ſe per illam parare.* *Pſ. 94.*

1323 *Oeniponti* hoc anno datus eſt in theatro ſpectandus *Ramirus* Hiſpaniæ olim Heros, qui ope *B. Virginis de Atocha* Mauros vicit: & duas filias paterna manu immolatas DEO (ne in impuras barbarorum manus inciderent) ſaluas recepit. *Friburgi Briſgoiæ* ſpectatus eſt *S. Ioſeph boni Mariani Sodalis idæa optima; Lucernæ* adoleſcens Deiparæ videndæ quàm *oculorum* ſuorum retinendorum amantior; *Amorem Deiparæ per theatra & ſcenas promouere.* *Oculi.*

Conſtantiæ, & *Straubingæ*, *Theophilus*; *Landishuti*, expiari gemini ſceleris, & veniæ per B. V. obtentæ ſpectaculum admirandum, *Ioannes Guarinus*. Et vix annus elabitur ſinè hac huius amoris inflammandi induſtria.

Illam etiam terræ oſculis honorare.

1324 Vnguarini quidam Sodalium toto hoc anno quotidie terræ ſexaginta tria oſcula imprimebat, honori amorique Deiparæ, quam tot annis vixiſſe audierat.

Elogia B. V.

1325 Friburgi Heluetorum, Sodalitas coronam Marianam centum Beatiſſimę Virginis elogijs contextam ſparſit pro xenio in Sodales.

Recta intentio.

1326 Tyrnauiæ, ac Landiſhuti ſingulari ſtudio edocti Sodales, vt quicquid micat in venis, & quoties micat, ſingulæ ſpiritus reciprocationes, oculorum nictus, &c. offerantur Deo ad eius amorem & gloriam per Chriſti merita, & per manus Mariæ: quæ, S. Iſidoro dicitur *vita interminabilis, globus ſplendidiſſimus, alabaſtrum odoris nunquam defuturi pleniſſimum*. *orat. 4.*

Sodal. Mancipiorum B. V. Sabb. Hora. Domus.

1327 In Angrenſi Inſula principe Tertiarum, inſtituta ſeruorum Deiparæ cultui ritè mancipatorum hoc anno Sodalitas quæ, inter alia, hoc habet pro more perpetuo vt Sabbatinâ inediâ colat Deiparam; horæ ſono audito *Aue* Maria pronunciet, idque ſemper; neque pedem domo efferat vllus niſi exeundi veniam priùs ab hac Domina poſtularit.

Se illi dedicare.

1328 Hoc anno Burghuſij Marianus qnidam 70. annorum ſenex, conſuetam Sodalium dedicationem quâ ſe Deiparæ addicunt, aureo annulo inſertam in Sodalitate Dei Matri donarium vnà ſecum dedit. Demus nos illi ſacros cui Eccleſia in feſto S. Mar. Magdalenæ ita canit: Dei *Parens* piſ-

pyſſima; Eia nepotes flebiles de mille vitæ fluctibus ſalutis in portum vehas.

1329 Limæ Sodales quouis menſe, quinta hebdomadæ primæ feria ducuntur ad pedes pauperum in Xenodochio abluendos, multa Vrbis nobilitate iſtuc exemplo pertracta. In Auſtriæ Prouinca hoc anno octoginta Sodalitates MARIANÆ ſunt numeratæ. *Humilitate & charitate illam colere.*

1330 Badenæ de gymnaſio noſtro Sodalis iam deſperanter æger, Noſtri, à quo viſebatur, ſuaſu, erecto quà potuit, corpuſculo, aperto ad reuerentiam capite, *S. Maria Mater* DEI &c. attentè pronunciauit; ſpoponditque; ſe, ſi diſcrimen euaderet, per menſem quotidie recitaturum hymnum *Aue maris ſtella*. Audijt, vt piè creditur, clientem Patrona: nã è mortis ereptus faucibus reſtitutus eſt ſanitati. *Ægris illam, illi ægros commendare.*

1331 Græcij quoque noſter fœminæ in brachio apoplexia ictæ pauculas Lauretani olei è lampade B. Virginis accepti guttas dedit: & brachium illo vnctum, vſui priſtino eſt reſtitutum. Plura id genus vide hoc anno in annuis. *Oleum B. V.*

1332 In Auſtriaca Cæſaris miſſione, noſtri 323. Neocatholicos in Vueiſſenburgenſi agro conuerſos *Marianis* corollis inſtructos ad B. Virginem Cellenſem ſupplicabundos duxêre; vt gratias agerent DEO per illam de qua S. Bonauentura: *Ex ipſius acceſſu remeabitis deuotiores, ex ipſius tactu mundiores, ex ipſius amplexu virtute & gratia profuſiores, & nitidiores.* *Gratias illi agere pro conuerſis.* *In Præfat. ad Pſalmos.*

1333 Seleſtadij noſter ad B. V. Foyenſis aram ſacrificauit pro felici litis inter duos coortæ ſucceſſu; cùm alter alteri negaret ſe debere pecuniam quam debebat, iurare iam paratus. Sed ceſſit alter coram magiſtratu, ne mendacem illum ad pe- *Pro felici litis exitu illam orare.*

ieran-

ierandum compelleret, Vix è curia diſceſſum eſt, cùm ille mendax, veluti arcanâ vi perculſus, pedem refert: fatetur palàm debitum, pecuniamque promittit. id quod Deiparæ acceptum retulit is pro quo noſter *in* Dei *Matris honorem* ſacrificio fuerat operatus. S. Bonauentura: S. Maria, inquit, *quæ tuos ſeruos exaltas*. S. Maria, *ſuper omnes diligentiùs amanda*.

In Litan. B. V.

1334 Moguntiæ noſter Sodali vindictam in alium meditanti perſuaſit, vt hoc amori Deiparæ daret, ac veniam ipſe peteret à lædente. Fecit id ille vi tanta ſibi illata, vt lachrymæ illi ab oculis vbertim caderent à memoria recentis iniuriæ. Fecit tamen: & ingenuo candore faſſus hilarè poſtea eſt, ſe illius victoriæ ingens pretium à Deipara retuliſſe. Ab eo quippe temporis articulo, præcipuâ quadam pietatis experrectæ ſuauitate totum ſibi pectus exarſiſſe. S. Bonauentura: *Compatere animæ meæ, & dirige illam: dignare beneplacitum tuum inſinuare illi: ſtatue illi teſtamentum pacis, & dilectionis tuæ.*

Vincere ſe in honorem B.V. & id aliјs perſuadere.

pſal. 115.

1335 Pragæ hoc anno in lucem exiêre *P. Chriſtophori Vratislau Stimuli cæleſtes*, vbi explicantur Litaniæ Lauretanæ à noſtris pluribus illuſtratæ. Romæ lucem aſpexit *P. Martini de Eſparza Artieda* tractatus breuis, cui titulus: *Immaculata Cenceptio B. M. Virginis deducta ex origine peccati originalis.* Ibidem *P. Ioannes Rho* Italicè edidit *Sabbata* templi Domus Profeſſę Romanæ, ſeu 110. hiſtorias de B. V.

Lit. Lauret. Immac. Concept.

1336 Antuerpiæ *P. Martinus Philippus de Conuelt* (vir qui ſuæ virginitatis theſaurum ſe Dei Matris cultui debere faſſus eſt confeſſario ſuo) hoc anno impreſſit in folio tomis duobus *Theatrum excellentiarum SS. Deiparæ ex conſociatione excellentia-*

cb. 1658. athı. 86.

tia-

tiarum ſui Filij. Dedicat opus *Virginum ac Matrum maximæ*. Ibi de illa oracula erudita omnium ſeculorum, & ingentia nomina; ibi opulentæ origines nominis *Mariani*; & denique *conſociatio* illa mirabilis inter Filium Deum, & Matrem Dei. Olim Laureti fuit pœnitentiarius. De Deipara libenter, & ſuauiter loquebatur. *Pia eruditione illam celebrare.*

1337 Athi imago B. V. *Conſolatricis* Luxemburgenſis, pompa nobili in templum Societatis, & inſigne ſacellum illata, theatris per plateas erectis, in quibus exhibebatur expugnatio malorum, peſtis, famis, belli ad conſpectum *Conſolatricis* noſtræ. Sodales ciues ad quotidianas B. Virginis Litanias veſperi decantandas, faceſque præferendas conuenêre frequentes. Ad hanc Virginem *nouendiali prece* ac ſacrificio ſupplices parentes extorrem filiam recepêre, quæ cùm inter hæreticos verſaretur, licèt manere iſtic poſſet, ſe tamen arcano inſtinctu ſentiebat inuitari ad redeundum: id quod, collatis temporibus, tunc factum eſſe compertum eſt, cùm pro illius recuperatione nouendialis illa comprecatio fuit ad *Conſolatricem* Deiparam inſtituta. Qui eam verè colunt, in ærumnis *Inundationem* huius *maris quaſi lac ſugent*. *Eius imagines pompa ſolenni celebrare. Theatra. Nouendiales preces. Deut. 33. 19.*

1338 *P. Michael Apathi* in Deip. Aſſumptæ feſto pro ſacro tribunali ab ijs quos expiabat peſtem hauſit, & mortem. In ſcheda quæ illius manu ſcripta, poſt mortem reperta eſt, ita ſcripſit: IESV *patientiſſime, da mihi bonore, & amore tui, tuæque ſanctiſſimæ Genitricis mori*. Eccleſia Græca: *Omnes quidem*, inquit, *te ò Deipara, vt interuentrice valida & efficaci apud Filium Deumque tuum fruuntur; ſed nos religioſi præ omnibus, vtpote Filio tuo in Cruce confixi*. *Ob. 1655. Scripto quoque ſe per illam morti felici parare. Menæa 9. Iulij.*

1339 Conſtantiæ quidam à ſcrupulis agitatus, ne-

Illam contra ſcrupulos inuocare. Menæa 24. Aug.

neque ſomni, ac iam vix etiam mentis compos, noſtri ſuaſu, ad Deiparam *ſpei* cognomento inſignem abijt; & ibi fuſis flagranter precibus, demitigatam ſibi à Matre ſanctæ ſpei conſcientiam miratus eſt. *In te*, ait Eccleſia Græca, *ò Virgo, repono ſpem ſalutis meæ: abſterge me. Mentis meæ euagationes corrige: & ſalua, & cuſtodi me ab ijs qui per ſingulos dies crudeliter inuadunt me.*

Ob. 1655. Noctu corona B.V. Pſ. 117.

1340 *P. Adrianus Horn* DEI Matri vnicè addictus Coloniæ, cum Deiparæ corona in manu (vti aliàs dormire ſolebat) repertus eſt in lecto extinctus; quaſi diceret illud S. Bonauenturæ: *Conuertere anima mea, in laudem ipſius; & inuenies refrigerium in nouiſſimis tuis.*

Ob. 1655.

1341 *P. Philippus Turiſſer* Nouædomi in id impensè ac feliciter intentus erat, vt ſi quem hoſpitem è mechanicis in Vrbem adueniſſe audiret, eum omni arte atque induſtriâ in Sodalium cœtum pelliceret, inſigni operæ pretio, & Sodalitij incremento.

Sodales.

Ob. 1655. In Rheno Sup. Lauretana domus. Ode 9.

1342 *P. Iacobus Baunach* DEI Matris ſanctuarium Lauretanæ Domui vndequaque ſimillimum, corrogatis impenſis extruxit, annuâque dote inſtruxit pro miſſæ ſacrificio iſtic quothebdomadis celebrando. Stabiliamus aliquid honori Virginis, *quæ* S. Ioſepho hymnographo, *ſtabilimentum, & illuminatio noſtra facta eſt.*

Aulicum eſſe B.V.

1343 Hoc anno Lugduni editus typis eſt à *P. Ioſepho Filere Aulicus Beatiſſimæ Virgini deſeruiens.* Et certè magnum operæ pretium fecerit qui nobilitatem ad cultum Reginæ cæli pertraxerit. Eſt in Domo Profeſſa Romana Sodalitas nobilium perantiqua, quæ quotmenſibus Sanctum toti cœtui communem ſorte capit; quotannis 40. horarum preces

appa-

Digitized by Google

apparatè inſtruit in templo Profeſſorum triduo ante cineres poſtremo: & alia multa habet argumenta nobilis pietatis.

Tentatio. Imago B. V. Oſculari terra.

1344 Cuidam in Flandrobelgio conſilium dederat noſter, vt contra dæmonem, cui ſe addixerat, ope Deiparæ vteretur; & coram eius imagine ſupplex terram ſæpiùs exòſcularetur quotidie. Id aliquando cùm ageret, coram illa B. V. imagine, reperit humi chirographum, quo ſe dæmoni obligarat.

Examen particulare.

1345 Kauſburæ perſuaſum eſt pluribus patribus matribuſque familias, vt corona B. Virginis domi palàm è clauo pendeat; quam recitare debet, ſi cui per inconſiderantiam verbum parùm modeſtum aut decens elapſum eſt.

Illam ſupplicationibus honorare.

1346 Gandaui hoc anno prodigioſa Deiparæ, quæ *Mater Gratiæ* dicitur, ſtatua in throno excelſo ſupplicatione ſolenni in templum noſtrum, inde diu exul, magno omnium ordinum comitatu plauſuque eſt deportata, faſſo ex energumena dæmone, ſibi ab ea vires haud parùm infractas, ex quo eò eſt reportata.

ANNO MDCLVI. Soc. 116.

ob. 1656. Pragæ 25. Aug.

1347 *P. Ioannes Nerouius* poſt multas preces ad Deiparam fuſas didicit, S. Dorotheam ea dote pollere in cælo, vt ſuos clientes à rebellatricis carnis ſordibus victores ſeruet, atque defendat. Virgineo ſuo pudori ſeruando, & DEI Matrem, & eius inſtinctu, S. Dorotheam impensè coluit virginitate ſemper illibatâ; quam tamen ita cuſtodiebat, vt nunquam bibendo ſibi tantum indulſerit quantum ad hilaritatem eſt ſatis; & nullam diem per ipſos 40. annos ſinè cilicio geſtato, inflictiſque ſibi flagris immunem abire permiſerit; etiam à

S. Dorotheam colere.

Mortific.

purgatorij animabus adiutis mirabilis.

1348 Chriſtophoro Auerſano Coad. aliquando ſpectabilem Dei Matrem auguſtiſſimâ ſpecie adfuiſſe fama eſt conſtans. quâ de re interrogatus ipſe, ecqualis fuiſſet illa quam vidiſſet Deipara Virgo, ſimplici candore quærebat quid ad explicandum auguſtiùs poſſet inuenire; dicebatque diuinitatis ſimile quiddam, ac velut iſtar Deæ neſcio quid ſibi in ea viſum.

De hoc vide n. 1375

1349 Hoc anno (qui à S. P. Ignatij ex hac vita deceſſu ſancto centeſimus eſt, ſiue ſecularis) Lugduni editus eſt Gallicè *P. Pauli Barry* liber de B. V. in quo Paulinus, & Alexius de B. V. dialogiſmum texunt. Iucundum eſt illud quod obſeruat in nomine Maria. Hoc Gallicè dicitur *Marie* cuius anagramma eſt *Aimer*, id eſt, *amare*. Maria quoq; Latino anagrammate vertitur in *Amari*: tum ſubdit:

pag. 101. Amorem Dei per illam petere.

O felix nomen, quod ſolum dicit Amorem!
Quodq; aliud nihil eſt niſi ſēper Amare, & Amari.

Deinde huius nominis literas vocabulis integris concinnè præficit, vt illam laudet: v.g.

Singulis anni diebus præficere aliquem Marianum.

Mater Admirabilis Redemptoris Iesv *Amātiſſimi*. Multum Amabilis Regina Inclyta Angelorum. &c. Ibi laudatus Philippus Abbas pag. 142. ait: *Cliens* Mariæ *nullus æternùm perit*. Tertiam libri partem dat anno, ſeu 12. menſibus amantium B. Virginem, ſingulis in dies ſingulos aſſignatis. Imitemur ſeruos Dei in obſequijs Matris Dei. S. Ildephonſus: *Vt*, inquit, *comprober ſeruire Deo, dominium Matris eius ſuper me in teſtimonium quæro*.

lib. de vig. B. V. c. 12. col. 263.

1350 Hoc anno Ingolſtadienſis B. V. Annunciatæ Sodalitas in lucem dedit meas *Aſpirationes*, quarum hebdomada 52. tota Deiparæ cultum ad

Deum

Digitized by Google

Deum refert: tota è primo fonte haurit amoris actus erga B. Virginem diuino amori illigatos, eorumque motiua, modos, finem oſtendit: gratulatur DEO, & Virgini, gratias agit, amat, petit plus amare, obſecrat omnes qui excelſiùs amarunt, vt nos in eo iuuent. Deum, illam, & quicquid ad illum ac illam ſpectat, arctè complectitur. *B V. colere ex motiuo amoris Dei.*

1351 *P. Petrus le Brun* cùm per ipſos 50. annos incredibili animi tædio ac mœrore fuiſſet afflictus, totas aliquando noctes orando ducebat vigil ad B. Virginem; ne illa clientem ſuum tam diu affligi permitteret. Sub mortem timens, ne dolores patientiam ſupergreſſi, aliquam crucis amatore atque diſcipulo indignam vocem exprimerent, duos è ſocijs rogauit vt ſuo nomine ad celebre Deiparæ ſacellum Virduno quatuor ferè leucis diſſitum peregre abirent, ibique morienti lauamentum vltimum ab ea poſtularent. Abiêre, ac rediêre voto potiti. Nam fuſis ad B.V. precibus continuò remiſit calculi dolor: & P. Petrus placidè requieuit. S. Bonauentura: *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea inimici mei: libera me, Domina, & vindica me ab ipſis. Ne des illis poteſtatem in animam meam.* *ob. 1656. Virduni. In mœrore.* *Alios ad illam ſuo nomine deſtinare.* *Pſ. 138.*

1352 Lucernæ religioſa Virgo, ægra eòque ad labores inutilis, conualuit roſario B. Virginis in honorem S. Xauerij recitato. A Roſarij recitatione perpetuâ cùm Patrum comes domo exiret *Thomas Creſcentinus* Coad. vulgato paſſim nomine vocabatur *Ieſuita qui ſemper Roſarium recitaret.* Etiam ſi ad campos exiret, non priùs loquebatur quàm corona B. V. priùs recitatâ. *In morbo.* *ob. Arimini 1656.*

1353 *Franciſcus Pereira* Scholaſticus, nunquam Patris ſpiritualis, vt vocamus, cubiculum ingre- *ob. 1656. Conimbricæ.*

P. Spiritualis. diebatur quin ante omnia Deiparæ imagine ſalutata, ab illa integram corporis & animi puritatem tenere flagitaret. Nec vana eſſe creditur quæ de illo percrebuit perpetuæ innocentiæ ſeruatæ opinio. S. Bonauentura ad B. V. *Cuſtodi omnia interiora, & exteriora mea*. *Pſ. 138.*

Supplicationes ad B. V. ducere. Statuæ B. V.

1354 Solutâ Valencenarum obſidione, noſtri Sodales omnium Sanctorum titulo inſignes hoc anno Duaco Valencenas ad B. Virginem à *funiculo* dictam, ſupplicationem duxêre, gratias reddituri. Ab Inſulenſibus noſtris celebritate ſummâ quâ potuit reſtitutæ ſunt priſtino cultui per pagos B. Virginis ſtatuæ, quas paſſim profligârat licentia militaris.

In calamitate publica.

1355 Valencenis ſub obſidionis quâ Vrbs cincta fuit initium, erectum eſt altare in medio templi noſtri, & impoſita illi ſtatua B. V. *Conſolatricis*, ac Litaniæ Lauretanæ quotidie veſperi in magna populi frequentia decantatæ. Olla incendiaria militaris octoginta librarum eò per tectum & fornicem templi irrumpens, ablato, citra vllam fiſtularum noxam organi tegumento, in pauimentum cecidit: & ibi ad aram vſque B. V. *Conſolatricis*, velut ad eius pedes, eſt prouoluta, nulli mortalium damno illato, cùm tamen iſtic tunc eſſent homines circiter 400. Hæc deinde à populo Marianæ *protectionis miraculum* appellata, argento illigata, & ad aram Deiparæ, in grati animi teſſeram eſt appenſa. 16. Iulij ſoluta eſt obſidio: & 12 eiuſdem B. Virginis imago in ſupplicatione publica ſuccolantibus noſtris Patribus, vnà cùm alijs templorum variorum Sanctorum reliquijs eſt deportata; vt Sanctis etiam gratiæ redderentur; atque ipſi quoq; ad reddendas cum Vrbe *Conſolatrici* glorioſæ

rioſę gratias inuitarentur: inuitante nos ad id S. Bonauentura: *Ad ipſius laudem innocabitis choros Angelorum, & Sanctorum, nationes hominum, inſulas gentium, cælum, & pulchritudinem luminarium, ac totum orbem terrarum.* — *In Præfatione ad Pſalter.*

1356 *Ingolſtadij Annunciatæ* Deiparæ feſtum hoc anno publicâ decem horarum comprecatione in templo noſtro celebratum. *Neoburgi* Mariophilus cantato dramate in ſcena ſpectatores ad Virginis Matris amorem incendit: vti & *Landishuti* S. Emericus Princeps Vngariæ Deiparâ conſultrice vſus placuit; & B. Virgo Exhilaratrix: *Tridenti* autem, *Dies Parthenius*. — *Feſta B.V.* — *In ſcena.*

1357 Faciles ad bona conſilia capienda Namurci Sodales, Præſide adnitente, anno ſuperiore *Cor argenteum*, hoc autem anno *argenteum* item *diadema* & *ſceptrũ* Reginæ gloriæ obtulêre in feſto Sodalitatis præcipuo & ſolenni. Sed & pro Roma ac Neapoli è lue liberandis, B. Virginis ſtatuam per Vrbem in ſupplicatione portauêre: illius nempe Reginæ, quæ apud S. Germanum Patriarcham eſt *proœmium gaudij, maledictionis finis, gratiarum corona*. Pro vrbibus autem implorandam eſſe Deiparam docet idem; *Tuam*, inquiens, *hanc Ciuitatem, quæ te velut turrim & fundamentum habet, triumphis coronato*. — *Feſta B.V. Gratias Deo per illam reddere.* — *In Nat. B.V.* — *orat. 1. in Præſent. B.V.*

1358 *P. Gaſpar Vullthein* Magdeburgũ ſeu MARIÆburgum, à Catholicis captum ingreſſus, omnes, quæ in S. Mauritij æde, velut in aſylo, congregatæ erant, puellas & fœminas, à militum iniuria ſeruauit illæſas, cùm ipſo iubente, ac verba præeunte, omnes *Aue*, MARIA palàm recitarent ad opem Matrum, ac Virginum ter optimæ, terque maximæ implorandam. Ibidem marmoream — *Rebus perturbatis, ad illam confugere.*

Statuas B.V. honori priſtino reſtituere. ſ.4. in Aſſ. B. V.

B. Virginis ſtatuam, quæ multis iam annis neglecta iacuerat, excuſſo puluere colendam propoſuit; effecitque, vt nemo eſſet qui templum ingrederetur vel egrederetur, quin Deiparam ſalutaret. *Potentiſſima*, teſte Bernardo, *& pijſſima B. Virginis charitas, & affectu compatiendi & ſubueniendi abundat effectu, æquè locuples in vtroque. Ad hunc igitur fontem ſitibunda properet anima noſtra, ad hunc miſericordiæ cumulum tota ſolicitudine miſeria noſtra recurrat.*

ob. 1656. Coloniæ. Morti ſe per illam parare. In laude ad B. V. fol. 403.

1359 *P. Hermannus Bauing* per ambulacra ipſa Litanias B. Virginis, & quotidie terna minimum eiuſdem roſaria recitabat, quaſi ſupremæ vitæ octoginta iam annos ſupergreſſæ tempora eius honori & amori libans, atque id agens quod olim ad illam S. Bernardus dixit: *Mentem, & oculos pariter cum manibus ad te, Regina mundi, attollimus; & coram tuæ celſitudinis gloria genu flectimus, ceruicem inclinamus, ac plenis ſuſpirijs ad te preces in cælum tranſmittimus.*

Mors. Templum.

1360 Hoc anno Turocij in Hungaria Sodalitas MARIÆ *Matris agonizantium* inſtituta: Varaſdini in Croatia templum Aſſumptæ in cælos Deiparæ pro noſtris erectum, & dedicatum: Zagrabiæ imago Dei Matris è veteri templo in nouum Collegij templum illata magno plauſu, mox ægris mirè opitulari cœpit.

Ingenium ab ea petere.

1361 Clagenfurti hoc anno adoleſcens cùm ſe in ſcholis inter poſtremos doleret, ingenium pietate ſuppleuit, frequentibus ad Matrem Sapientiæ fuſis precibus, aſſiduitate tantâ, vt etiam cùm alterâ manu librum teneret, Roſarium ex alterâ non dimitteret. Hac felici cote pietatis acuto ingenio, breui plures ex ijs quos ſuſpiciebat antecelluit.

1362 Duſſeldorpij equeſtri ſignifero præſentiſ-

tiſſimam leuamenti occaſionem dedit eius à quo viſebatur è Societate Patris pietas erga Dei Matrem. Cùm enim is reus capitis ageretur, & animi anxius variè fluctuaret, vidit pendentem è collo Patris Deiparæ imaginem, eamque ſibi tantiſper concedi petijt, atque obtinuit. Mox illâ manibus in altum elatâ, *Domina*, inquit *ſi huic me periculo ſubduxeris, Lauretanas honori tuo Litanias ſpondeo quotidie recitandas*. Tum imagine illâ velut armatus ad cauſam dicendam prodijt: ac tam diſertè, fortiter, feliciter pro ſe perorauit, vt liber abire ſit iuſſus. Mox gratias Virgini egit; faſſus, illi ſe ſuum caput, ac libertatem debere. *Tu altitudo cæli*, pergit ibid. laudatus Bernardus, *beatos oculos tuos, quibus incomprehenſibilem gloriam illam lucis æternæ cum deſiderio ſemper intueris, ad tuos ſupplices in hanc mundi miſeriam proiectos de alto inclinare non deſpicias*.

Imaginem illius è collo geſtare.

Illam pro tribunali patronam eligere.

1363 Nouesij, templi noſtri Sanctus Ioſeph, gymnaſij Beatiſſima Virgo Præſes electa eſt hoc anno. Ad ingreſſum, ceu thronus Cælorum Reginæ in muro collocatus, & vario ingenio exornatus eſt, die Natali Deiparæ; mox *V*irginis icone iſtuc pompâ celebri, longâque iuuenum paulò ante pane cæleſti refectorum ſupplicatione deductâ, & ibi collocatâ. Clero demum, & Vrbis Conſulibus ac Senatoribus, mox Virginibus, & matronis coram illa in genua prouolutis. Tum iacti flores, & herbæ; factæ feſtiuæ acclamationes, ſalutationes vernaculâ linguâ cantatæ, diſploſæ ferreæ fiſtulæ; ac vſque ad S. Michaëlis feſtum, ideſt per dies omninò 22. veſperi continuata celebritas. Ad ſingulas quoque Vrbis portas Beatiſſimæ Dei Matris imago eſt collocata, vt cuſtos; ad quam, clau-

Gymnaſio illam præficere.

Vrbes ad cultum illius inflammare.

ſis

ſis portis, feſtis Dominicisſque diebus, innocens paruularum ætas deducitur, & Lauretanis litanijs decantatis Reginæ gloriæ gratulatur. *Aperi*, ait ibidem Bernardus, *aperi itaque tu, Mater miſericordiæ, benigniſſimi cordis tui Iannam deprecatibus filiorum Adam*.

Domi eius imaginem in loco publico venerari.

1364 Viennæ Auſtriæ in Collegio à Scholaſticis Societatis, vetuſta, & elegans Deiparæ Statua pro gradibus collocata, & Sabbatinâ lampade adornata, quæ in peruigilijs etiam feſtorum B. V. accenditur. Colitur contra peſtem, atque incendium: eſtque Socijs illac tranſeuntibus incitamentum nobile pietatis. Aiunt; voto ad hanc olim nuncupato, iuuenem lethaliter ſaucium anno 1644. perſanatum.

Orationes de illa typis edere.

1365 Ibidem hoc anno *P. Nicolaus Auancinus* Orationes octo impreſſit; quarum ſextâ conficit MARIAM *Matrem noſtram eſſe*; octauâ *Aduocatam*.

Deiparæ familiam colere.

1366 Conſtantiæ Sanctorum IESV, MARIÆ, IOSEPHI conſanguineorum ſyllabus, & ad illos preces in lucem datæ Sodalibus ad nouum inuitamentum pietatis.

Inſtrumenta Mariana pietatis venerari.

1367 Honoranda ſunt ipſa etiam inſtrumenta pietatis, quibus maiores noſtri Matrem DEI honorarunt. Fecêre id hoc anno Colonienſes Patres, cùm *S. Franciſci Xauerij roſarium* de quo anno 1642. dixi, thecæ argenteæ incluſêre. quaſi pro Colonienſi Collegio adhuc è roſario illo Deiparam oret Xauerius, dicatque illud S. Sabbæ: *Poſſeſſum à te gregem, ò Deipara, vbi vbi neceſſitas fuerit, incolumem ſerua, patrocinio tuo nulli vnquam repulſæ obnoxio Deum exorans*.

Menæa 5. Ian.

ob. 1656. Mechliniæ.

1368 *P. Otho Zylius* Beatiſſimæ V. Syluæducenſis miracula eleganter conſcripſit, ac edidit Antuer-

tuerpiæ anno 1632. Hoc illi perpetuum fuit in cultu Deiparæ, vt quicquid precum ad illam vocem depromeret, id faceret morâ attemperatè adhibitâ. Coronam eiuſdem recitans, quò attentum animum attineret, alijs diebus alijs nominibus illam appellabat: habebatque in promptu quibus ſe accenderet. S. Hieronymus de B. Virgine: *Noli ceſſare à laude. Omninò prætermittendum non eſt quod impleturi ſumus quandoque.*

Miracula eius conſcribere.

Attentè orare.

In feſto Aſſumpt. B. V.

1369 Dedicare libros Beatiſſimæ Virgini, pars eſt erga illam eximiæ reuerentiæ, ac amoris. Hoc anno *P. Emmanuel Maſcarenhas* ſuum de Sacramentis librum MARIÆ *Virgini Sanctiſſimæ, Immaculatæ* DEI *Genitrici*, epiſtolâ egregij amoris indice dedicauit. Faciunt id & plures alij de Societate autores.

Libros illi dedicare.

1370 *P. Ioannes Baptiſta Maſculus* venam ſuam Poëticam haud vulgariter piam & ingenioſam, etiam diuinæ Matris laudibus nobilitauit, toto octauo Lyricorum libro, illius feſtis & gloriæ pangendæ dicato.

Illam carmine celebrare.

1371 *P. Antonius Braem* ſcripſit libellum pium & vtilem, eòque ſæpiùs recuſum, quo MARIANUM Sodalem vnumquodque opus rectè inſtituendi modum perfectè ac paucis docet. *P. Franciſcus Daix* vt feſtum *Concept.* B. V. in templo noſtro per triduũ auguſtiùs coleretur, pro eo 40. horarum indulgentias impetrauit.

Mortui 1656.

Id quod agis agere accuratè.

1372 *P. Franciſcus de Hollandre* dignus eſt cenſeri in catalogo Mariano ob varia eius honori facta: inter quæ illud etiam eſt, quòd varia Deiparæ beneficia perdiligenter in commentariolum retulerit, quibus tenerum erga illam ſtudium per pia colloquia in omnium animos inſerere nitebatur.

Ob. 1656. Athi.

De illa colloqui.

Illam imitandã proponere.

1373 Hoc item anno Lugduni lucem aſpexit

Digitized by Google

à *P. Ioſepho Filere* Gallicè editum B. Virginis, ac S. Ioſephi coniugium, omnibus coniugibus omnium virtutum exemplar.

1374 Prodijt & Valentiæ *P. Ioannis Euſebij Nierembergij Theoria compendioſa de ſolida veritate concepta Deiparæ abſque labe originali, ex canonicis, atque Orthodoxis fundamentis.* Item eiuſdem *Sacroſyllabus de explicata ab Eccleſia & Patribus ſcriptura pro immaculata Conceptione.* ad Alexandrum VII. Pontificem; qui hoc anno Philippo IV. Hiſp. Regi conceſſit vt ad agendas Dei Matri pro beneficijs in Hiſpania collatis gratias *vnum feſtum particulare Patrocinij B. V. nuncupandum* quotannis celebretur. idque fit ſecundâ Dominicâ Nouembris. Non deſunt qui pro beneficijs à Deo per B. Virginem Societati vniuerſæ conceſſis crebrò per eandem gratias Deo agant.

Martyrol. Hiſp. 7. Dec. pag. 367.

Gratias agere per illam Deo

1375 *Chriſtophorus Auerſanus* Coad. inter charitatis heroës & victimas à me hoc anno deſcriptus quartâ qualibet feriâ (præter alia ieiunia) ieiunabat; Deiparæ dedicabat quicquid per officij labores liceret, viſus à precibus vultu totus accendi. Hæc illi Virginitatis cuſtos, hæc ad omnem quæ optimos Coadiutores deceat virtutem illi dux fuit, & magiſtra. Hoc eſt quod ab illa petebat S. Ioſeph hymnographus: *Inueniam te ſemper, ò caſtiſſima, manuducentem me ad virtutes, & ad pœnitentiæ vias inducentem.* Vide plura de illo n. 1348. hîc.

Vide hic nu. 1348. Ieiunio feria 4. illã olere.

Menæa 22. Maij.

1376 Hoc anno Romæ typis edita eſt è R. P. *Hippolyti Marraccij* è Congregatione Clericorum Regul. Matris Dei calamo eruditè Parthenio *Diua Virgo Copacauana*, vbi cap. 16. pag. 86. Cùm, inquit, P. *Ferdinandus de Monroy Societatis* Iesv apud Peruanos ægroti cuiuſdam peccata pro confeſſione audi-

Eius opem pro Sacramento pœnitentiæ implorare.

Digitized by Google

audiret, quædam quæ ab eo dicebantur, ob linguæ minùs exactam peritiam, nullâ ratione capiebat. Quamobrem Pater, qui D. Virginem in Copacauanenſi æde miraculis coruſcantem eius linguæ Magiſtram ſibi delegerat, ad eam tum ipſe, tum ægrotus confugerunt; vt ei neceſſitati pro ſua clementia conſuleret. Nec mora, illa annuente, omnis euanuit locutionis obſcuritas, tamque bene ſacerdos Indi loquentis verba ſenſuſque percepit, quàm ſi Hiſpanus cū Hiſpano colloqueretur. Quod quidem beneficium quàm opportunum fuerit, mors ægri ſtatim conſecuta ſatis oſtendit. Hæc Marraccius. Nempe in hac vna P. Ferdinandi MARIANA induſtria, & læto ſucceſſu, eluxêre omnia illa Dei matris elogia quæ ibidem pag. 5. affert idem Marraccius, dum illam cum antiquiſſimis Græcis, & Latinis ibi laudatis vocat *originem omnium amœnitatum, originem verarum mundi hilaritatum, originem lucri, miraculum præcipuum in Sacrario diuino repoſitum*. quæ teſte S. Iſidoro Archiep. Theſſalonicenſi, *eſt iucunditas noſtra incomparabilis, & quæ neminem ſibi obſequentem, ac ſeriò ſeruientem abire aliquando permiſit indonatum*.

Zelo animarum illam proficere... Moribundos illius fidei committere.

Orat. 4. ib. pag. 34.

1377 Patres Romanæ Prouinciæ qui hoc anno tertiæ probationis annum egêre Florentiæ, ad ſacras expeditiones pro more, miſſi, cultum Dei Matris inter præcipua habuêre quæ populis perſuaderent. Sublani in Hetruria, & alibi, Roſarij pius vſus vnicè commendatus, & ad mores probè formandos accommodatus. Inſtitutum enim eſt, vt, quia hactenus rari admodùm extra Paſchæ tempora ad SS. Synaxim accedebant, deinceps ſingulis diebus Dominicis, in honorem totidem myſteriorum *Roſarij* MARIANI quindecim deligerentur quà

Cultum B. V. in miſſionibus propagare.

Digitized by Google

Et ſimul Sacramẽtorum frequentem vſum.

De excell. Virg. M. c.4.n.10.

viri, quà fœminæ pro SS. Euch. Sacramento percipiendo poſt Roſarium ab omnibus in templo publicè recitatum: nempe vt in bonis mentibus amor Matris, & Filij viciſſim creſcant; cùm ipſa filium adeò amârit, vt S. Anſelmus dicat: *Superat omnes omnium rerum creatarum amores & dulcedines magnitudo amoris iſtius Virginis in filium ſuum; & dulcedinis immenſitas qua exultabat, & liqueſiebat anima eius in eundem Dominum Deum ſuum. Itaque cui conceſſum fuerit ſæpè dulci ſtudio poſſe cogitare de illa, magnum promerendæ ſalutis indicium eſſe coniecto.* Sic Anſelmus.

ANNO MDCLVII. Soc. 117.

Imagines B. Virginis ab aliquo Sanctorum cultas æri incidere.

1378 Pertinet ad egregium Dei Matris cultum, eiuſdem imagines à Sanctorum quopiam cultas curare, vt æri incidantur, quò pietas latiùs porrigatur. Factum id hoc anno 1657. Romæ cum *Imagine Beatæ Virginis à Corde*: quam à S. P. Ignatio acceptam, vt hîc num: 240. dixi, P. Araozius in Hiſpania petenti eiuſdem S. P. Ignatij nepti Eleonoræ tantiſper conceſſit dum rediret inde quò iter adornabat. Quia verò Araozius non rediјt; Eleonora vſque ad ſenium illam penes ſe habuit: & ne tam pretioſum pignus periret, per fideles manus Cæſarauguſtano Collegio deſtinauit. Huius imaginis ectypum datis in Hiſpaniam literis impetraui. Nam *Dominicus Langa* nunc Hiſpaniæ Aſſiſtens, nuper Cæſarauguſtani Collegij Rector, illam Cæſarauguſtæ peritâ imitatricis manus arte ita depingi curauit, vt archetypo ſuo nec maior eſſet, nec minor, atque vt imago tota Ignatianæ illi Beatiſſimæ Virginis imagini vndequaque reſponderet. Eam ego ab eodem P. Langa Romam in Ianuario huius anni appulſo allatam, A. R. P. N. Goſuuino

no Nickel Præpoſito Generali oſtendi: quam ille attentè contemplatus, ac pio demum oſculo veneratus, mihi reſtituit. Gratum verò tam Deiparæ Virgini, quàm S. P. Ignatio, ac Socijs omnibus me facturum exiſtimaui ſi eam æri incidi curarem ad ſpargendam latiùs in ſocios cum ea pietatem; vt à Patre Matrem amare diſcamus. Annuit, probauitque conſilium dictus Noſter P. Præpoſitus Generalis; & imago Cæſarauguſtanæ illi ſimillima; nec longior, latiorùe (ſubſcribente quoque pro more, vt incidi poſſet, Sacri Palatij Magiſtro) æri inciſa eſt. Sed omne artis ingenium in eo volui collocari, vt ſculptor non quàm pulchra ſecundum artis regulas eſſet imago attenderet, verùm quàm ſimilis primo ectypo Cæſarauguſtanum prototypum penitus referenti, vt ipſe P. Aſſiſtens, eiuſque ſocius conteſtantur qui Cæſarauguſtæ tam prototypon quàm ectypon alterum cum altero, attentè cōtulêre. Et feliciter ceſſit imitatio, affirmantibus ijſdem hanc Romæ ſculptam imaginem Cæſarauguſtanæ illi primariæ ac Ignatianæ ſecundùm omnia eſſe ſimillimam. Nomen, S. Maria *à corde* obtinuit; quòd gladius doloris illi cor penetrârit, quòdque à S. P. Ignatio tot annis, per tot Hiſpaniæ, Galliæ, Belgij, Italiæque itinera vſque ad Romanam in hac Profeſſorum Domo habitationem, & extremos ferè vitæ annos, fuerit in pectore geſtata ad cor: id quod inciſa ſub imagine epigraphe breuiter explicat in hæc verba: S. Maria a corde, *illi ſimillima quæ in Cæſarauguſtano Soc.* Iesv *Collegio aſſeruatur: quam S. P. Ignatius eiuſdem Societatis fundator, à primo ſuæ conuerſionis die vſque ad ſenium in pectore ſemper geſtabat ad cor; per illam ſe à* Deo *vbique miris modis adiutum teſtatus*. Neque nimiùm feceri-

cerimus, ſi cum Ignatio id obſequij Reginæ huic noſtræ ac Matri optimæ præſtiterimus, quod apud Cromerum Patri ſuo præſtabat Boleslaus III. Poloniæ Rex, qui geſtabat è collo ſuſpenſam in pectus auream laminam, in qua *nomen* & *imago* Patris inſculpta erat; quâ ſubinde memoriam eius ſibi refricaret, & quicquid vel faceret vel loqueretur, ſic ageret, quaſi inſpiciente omnia, & exaudiente Patre. Legi apud alios, illum eandem imaginem oſculo etiam ſæpiùs honoraſſe, atque dixiſſe: *Abſit, ò abſit, mi Pater; vt à me vnquam aliquid indignum Regio tuo nomine ſtatuatur*. Dicamus S. MARIÆ à Corde illud Hermanni Ioſephi Ord. Præmonſtratenſis: *Gaude feſtum Cordis mei, ò ſolennis ſponſa* DEI: *Quod de Corde meo meat In cor tuum fac vt eat*.

de rebus Polon. lib. 5. mihi pag. 105.

Ex hymno veteri in cod. m.ſ.

P. Gulielmus Roſe catenam qua ſe cingebat, iuſſus in morbo extremo deponere, illam de collo appendit, *in ſignum*, vt inquiebat, *ſuæ in obſequio Deiparæ captiuitatis*. Ad Ceſtochouienſem in Polonia Deiparam, nouendiales preces ſibi indixit cùm valeret, ad veram humanarum rerum deſpicientiam inpetrandam.

ob. 25. Iul. 1657.

Cilicium.

1379 Vt coram nobis, dum orationi, ſtudijs, alijsùe in cubiculo operam damus, ſit aliqua B. Virginis imago, ad quam identidem oculos, & noſtra conſilia referamus, per quam diuino amori omnia quæ agimus offeramus, aptè ſuadet S. P. N. Ignatij exemplum; cui familiarem olim Deiparæ paruulum Filium ſinu complexæ imaginem hoc anno in menſa coram A. R. P. Noſtro Præpoſito Generali Goſuuino Nickel vidi, & ad aliquot dies vt illam in cubiculo habere poſſem obtinui. Fama eſt, quæ à veterrimis Patrum ad nos vſque peruenit, hanc imaginem S. P. Noſtro Ignatio præ oculis fuiſſe in

In cubiculo habere familiarem B. V. imaginem.

Digitized by Google

in cubiculo, coram qua Conſultrice, ac adiutrice agebat omnia ſeu oraret, ſeu alijs occuparetur. Subſcripta illi ſunt hæc verba: *Monſtra te eſſe matrem Sumat per te preces Qui pro nobis natus tulit eſſe tuus*. Magnitudo imaginis ferè palmaris eſt: & ipſa Filij ac Matris effigies in campo, ſeu fundo aureo magis emicat in oculos intuentis. Quanto magis diſplicet dæmoni, & eius aſſeclis, ſi B. Virginis imagines honoremus, par eſt, vt nos tanto eas honoremus magis. Diſplicere verò ſibi dæmon diſertè id faſſus eſt ſeni Eremitæ; cui ſuaſit, ne quam habebat B. V. imaginem, honoraret. *Habebat autem hæc imago*, inquit Pratum Spirituale, *expreſſam figuram Dominæ noſtræ S. Dei Genitricis* MARIÆ, *ferentem D.N. Ieſum Chriſtum*. Ita ibi: quæ verba etiam de familiari hac S. P. Noſtro Ignatio Deiparæ imagine dici poſſunt. Oelenbergæ reſtituta hoc anno, ſeu erecta Sodalitas Deiparæ auxiliatricis animarum in purgatorio gementium. *cap. 45.*

1380 Hoc anno 1657. Romæ prodijt meus liber *de imitatione* DEI: in quo, lib. 3. c. 11. oſtenditur modus imitandi Deum in amore erga B. Virginem. & cap. 12. *Imitationem B. Virginis eſſe viam ad imitationem Dei.* afferuntur quidam docentes MARIÆ nomen idem eſſe ac DEI *imitatrix*. *Imitemur*, inquit Hugo de S. Victore, *Beatam* MARIAM *ſub breuitate temporis; vt cum ipſa gloriari mereamur in diuturnitate æternitatis*. Ratisbonæ hoc anno narrant annuæ; Sodali veſperi conſcientiam examinanti, & ſe ſacro Sodalium cœtu indignum iudicanti viſam Deiparam cum puero IESV in ſinu: quæ iubebat pergere in benè cœptis: viſurum etiam in morte ſub cuius præſidio viuerent Sodales MARIANI.

Deum in amando B. V imitari. pag. 589.

ſer. 55. in feſt. B. V.

1381 Valentiæ autem *P. Ioannes Euſebius Nierem-*

rem-

Feſtum Concept. B.V. *rembergius* Latinè in lucem dedit librum cui titulus: *De ſanctitate inſtituti feſti certa, & neceſſaria ad cultum ſingillatim in feſto Conceptionis precepto à ſummis Pontificibus*. Zagrabiæ Deipara quæ in templo noſtro colitur, hoc anno puellam à proco violento, fœminam ab infamia, aliam ab inſidiatore dæmone nobilis viri perſonam mentito, liberauit voto ſupplici implorata.

Internis actibus illam colere 1382 Neapoli prelo dedit *P. Thomas Auriemma* Italicè *Affectus mutuos inter Beatiſſimam Virginem, & ei addictos*. Goritiæ Sodalitas Conuerſationis Iesv, Mariæ, & Iosephi libellum vulgauit, ad ſanctam conuerſationem in familias introducendam.

Academias ad eius cultum excitare. 1383 Tyrnauiæ hoc anno 17. Iunij Rector Academiæ, & facultates (ſacris ritu ſolenni operante *Georgio Lippai* Archiepiſcopo Strigonienſi, ac Regni primate) pro aſſerendo (quantum per Eccleſiam id licet) Immaculatæ Conceptionis myſterio iurauêre; id quod Vienna, Græcium, & in Bohemia Praga iam ante præſtiterant. Mos verò eſt Academiarum Prouinciæ Auſtriæ votum illud de tuenda Immaculata Conceptione quotannis ſub feſtum Sanctorum omnium in ſtudiorum initio inſtaurare. Habeo penes me literas Ferdinandi III. Imp. ad P. Franciſcum Pizzonum Collegij Græcenſis Rectorem ea de re datas, vt id Græcij quoque fiat quod Viennæ iam antea factum eſſe laudat; adnitente tum Viennæ, tum in Comitijs Poſonij P. Zacharia Trinckellio tunc Domus profeſſæ Viennenſis, poſtea Prouinciæ vniuerſæ, Præpoſito: quæ omnia latè vide in ijs quę de hoc argumento ab Imperatore ſcripta, & poſtea typis mandata ſunt.

ob. 21. Oct. 1657. 1384 Viennæ *P. Otto Pontenreiff* cum ea qua ſe Deiparæ dedicare ſolebat formulâ petijt ſepeliri.

In-

Digitized by Google

Ingolſtadij lucem aſpexit hoc eodem anno *P. Guilielmi Gumppenberg* (cuius operâ Lauretanas Domos erectas aliàs dixi) *Atlas* MARIANVS : ſiue liber de imaginibus Deiparæ per orbem Chriſtianum miraculoſis. Dedicat illum Deiparæ Virgini Lauretanæ. Ait pag. 26. eam quæ ſub titulo *Matris ter admirabilis* Ingolſtadij in Conuictu colitur S. MARIÆ Maioris imaginem, olim P. Iacobo Rhem adeò familiarem (vbi etiam dicitur certior factus diuinitus Deiparæ *Matris admirabilis* titulum maximoperè placere) ſumma in veneratione haberi eo etiam nomine quòd ij qui deliberabundi conſilia vitæ inſtituendæ ponunt cum anima ſua, iſtic de diuina voluntate certiores ſe reddi ſibi perſuadeãt. Benè illa conſulitur quæ S. Andreæ Archiepiſcopo Cretenſi, *eſt arcanorum incompreher ſibilitatis diuinæ profundorum manifeſtatio; ſeculorum ſcopus quo tendebat prouidentia, diuinorum oraculorum coronis.* Benè in celebrandis eius quà ſtatuis, quà imaginibus deſudant calami plurium Sociorum, quæ eidem Sancto Antiſtiti eſt *excellentiſſima pulchritudo, ſtatua à Deo ſculpta, bene deſcripta ad priſtinam archetypi ſimilitudinem imago, omnis contemplationis & aſcenſionis fulcimentum, indeprædabilis cella vitæ.*

Imaginũ B.V. origines eruditè, ac piè inueſtigare.

Mater admirabilis

in m. ſ. orat. 5. in dorm. B.V. apud Marraccium.

1385 Romæ item hoc anno typis mandatæ ſunt *pretioſæ occupationes morientium in Societate* IESV: in quibus permulta ſunt de B. V. cultu. Dicamus omnes, etiam cùm ægri iacebimus, illud S. Germani ad illam: *Experientia didicimus, te eſſe vehementiſſimam noſtram defenſionem: Ad te confugimus tuus populus, tua hæreditas, tuus grex qui tui filij appellatione exornatur, & gloriatur.* Ita ille: & nos cum illo. Ibidem ab eodem calamo, ſuperiore anno, prodijt *Dies S. Ioſepho* ſacer;

c. 10. 12. 24.

Encomio in adorat. zonæ p. 140.

Digitized by Google

S. Ioſephū colere. hoc verò *Hebdomada S. Ioſepho ſacra*: vbi præter alia Deiparæ cultui apta ſuggeritur Praxis Sabbatina de cultu B. V. & S. Ioſephi; vt alter ab altero inflāmetur.

Rotuuilæ ruſticus viſus ſibi eſt per ſomnium ab ea quæ apud nos colitur Deipara increpari, quòd conſcientiam pridem iam minimè expiaſſet. Iuſſus ab illa ad noſtrum ire, ac id facere: paruit.

Vitā eius piè, ac erudite expendere. 1386 Mediolani hoc anno approbata, poſtea edita in lucem eſt à P. *Hortenſio Pallauicino magnæ Deiparæ Vita Encomiaſticè, & hiſtoricè deſcripta*: cuius parte 1. inter alia veluti prolegōmena ponit elogia *de faſcia qua Deipara Virgo diuinum filium ex Ægypto è collo inter brachia ſuſpenſum peregrinum in Iudæam retulit*. Ait; quòd textilis hic theſaurus ſit Mediolani in Eccleſia Collegij Braydenſis Soc. IESV, toti *Mediolanenſi vrbi beneficia cæleſtia largè impertiens*; parientium præſertim Matrum, & naſcentium fætuum fœlicitatem ſoſpitans. In Bohemia, Deipara noſtra in ſacro monte hoc anno miracula multa; & peregrinorum ferè 47. millia numerauit.

Origines ædium B. V. perſcribere. 1387 Hoc anno Panormi, operâ *P. Petri Salerni* prælo datum tandem eſt Opus poſthumum P. *Octauij Caietani* de vitis Sanctorum Siculorum: vbi tomo 2. adiectæ ſunt *Origines illuſtrium ædium SS. Deiparæ* MARIÆ *in Sicilia, ad promouendum illius cultum, & pietatem*. Ibi, præter alia lectu longè digniſſima, Deipara dicta *Sicula* Neapoli; quæ Ladislaum Regem à ſciatica perſanauit, quam Ioanna eius ſoror Sabbatis ſingulis inuiſebat; à qua ſani redibant qui eam adibant ægri. Ibi Imago B. V. diuinitus picta in valle montis Ætnæ, quæ ſcit ignibus, & niuibus ſeruare fidem: ibi Rauenoſæ Virgo militibus aquam in ſiti & victoriam impetrauit: ibi *Sabbat.*

ima-

Digitized by Google

imago B.V. ab Angelo Panormum deportata, ædes B. V. Meſſanenſis volatu columbæ deſignata, Deipara dæmonem fuſte pellens. Ibi feſtum B. V. in monte Meſſanenſi: & Tyndaritanæ 8. Sept. feſtum B. V. à *catenis* 18. Auguſti: Syracuſanæ à miraculis 18. Aprilis: inuenta B. V. imago Lilybœi 20. Ianuarij: Deiparæ imago ſudore ſanguineo manare viſa in oppido S. Angeli 23. Aprilis: Thermis Himæorum memoria Deiparæ miraculis claræ 14. Ian. & 20. Iunij: item Panormi 10. Maij: Aleamenſis B.V. imago in vepreto mirabilis 19. Iunij: Salernitana 13. Maij; eiuſdem feſtum 25. Martij: imago ad Modicam admiranda anno 1515. 4. Maij reperta: & 10. Maij patratum nouum miraculum die Sabbati ſub Litanijs B. V. 22. Octobris à S. Conone deportata B. V. Imago, & 29. Octobris in turri depoſita, quem 24. Martij viſus erat S. Conon luſtrare. Denique 30. Martij anni 1564. celebratū initium miraculorum B. V. Panormitanæ à crypta in ipſo littore.

Feſta B. V. per annum.

Ian. 14. 20 *Martij* 24. 25. 30. *April.* 18. 23. *Maij* 4. 10 13. 16. *Iun.* 19 20. *Aug.* 18. *Sept.* 8. *Octobr.* 22. 29.

1388 Muſſiponti Immaculatæ Conceptionis B. V. Congregatio hoc anno, quatuor, & viginti; Veldkirchenſis, tres, & viginti Sodales tranſcripſit varijs religioſis Ordinibus, illic Deiparæ addictiùs ſeruituros. Darem hîc, ſi haberem, numerum eorum qui è Duacenſi, Pragenſi, Viennenſi, Græcenſi, Tyrnauienſi, &c. Sodalitatibus ad Sacros Ordines conuolarunt plurimi atque lectiſſimi; quibus etiam dedicata ſunt mea *Incitamenta*, *& Praxes cultus B. Virginis*, vt patet è Dedicatione libello præfixa Græcij.

Sodales B.V. facti religioſi.

1389 Lucernæ nouum noſtrum tricliniũm Deiparæ dedicatum hoc anno, celebri Chriſtophori Schuuarzij manu pictâ DEI Matris imagine principe loco poſitâ, quam domeſticæ Societatis res geſtæ cir-

In menſa eius honori omnia dedicare.

cumſtant. Etiam in Dom. Prof. Romanæ triclinio portæ imminet magna imago Deiparę expanſo pallio Societatem tam triumphantem quàm adhuc militantem complexæ.

Noua induſtria pro feſto Aſſumpt.

1390 Bellizonæ trigeſimus à B.V. obitu dies apparatu longè maximo celebratus. Eiſtadij editæ *prærogatiuæ Sodalitatum* B. V. In Breſſuirenſi Collegij Pictauienſis miſſione, nobilium fœminarum Sodalitas inſtituta, quæ aris cultiùs exornandis, & viſendis ac procurandis ægris pauperibus operam ſanctam nauent.

ob. 1657.

Noctu.

1391 *Leonardus Amman* Coad. noctu à ſomno experrectus, illicò B.V. roſarium recitabat. Belliloci diſertè affirmauêre ex energumenis dæmones, ſe à Beatiſſima Virgine, & S.P. Ignatio prohibitos ne per adoleſcentem quendam maleficio ſacris vrceolis miſto, Patres Societatis perimerent; adoleſcente quoque poſtea idem faſſo.

Hymnus B.V. in Scena.

1392 Veldkirchenſes Sodales dramate Mariano celebrem illum S. Caſimiri hymnum *Omni die dic* Mariæ *mea laudes anima &c.* dedêre ſpectandum amabili ad B.V. cultum inuitamento. Lincij ſtatua Foienſis Virginis in Sacello S. Xauerij poſita, & diſtributi de B. V. miraculis libelli, eiuſdemque lapilli, incitant Lincenſium pietatem.

1393 Caluomontanum in Gallia Collegium à Deipara Virgine Matre habet inſigne beneuolentię pignus beneficientia nobili conteſtatum. Eſt ibi auguſta Deiparæ Matris ædes, in cuius altari, S. Ioſephi titulo celebri ad dexteram ingredientium (vt ferunt literæ hoc anno inde perſcriptæ) conſpicitur ſub capſula auro inſigni icuncula lignea Beatiſſimæ Virginis Matris puerum Iesvm complexu tenero geſtantis, à Fide vulgo nuncupata; ad quam per-

Miracula B. V. celebrare,

mul-

Digitized by Google

multa diuinæ erga ægros miſericordiæ ſigna eduntur, miraculis proxima, ſeu vera miracula: quæ non nemo iam ritè firmanda, & conſcribenda ſuſcepit. Et rectè. Sic enim dum accepta grati narramus, nos ad accipienda noua diſponimus. Imò hoc ipſum grati amoris eſt ſignum, quòd nolimus taceri non ea tantùm quæ ipſi à DEI Matre accipimus, verùm & quæ alij apud nos ab ea acceperunt. *Laudamus*, inquit de B. V. S. Bernardus, *laudamus virginitatem, humilitatem miramur; ſed miſericordia miſeris ſapit dulciùs; miſericordiam amplectimur chariùs; recordamur ſæpiùs, crebriùs inuocamus.* *ſer. 4. in Aſſ. B. V*

ANNO MDCLVIII. Soc. 118.

1394 *P. Iudoci Andries* de B. V. doloribus dicentis faciē fama eſt viſam ſplendore illuſtrem radios vibraſſe. A P. Ioanne Euſebio Nieremberg (vt de illo Celada, Andrade, & Igarza in impreſſa Hiſpanicè eius vita teſtantur) quidam de Societate è purgatorio ſuffragia expetijt; dixitque ſibi vt ad petendum auxilium venire poſſet, à DEO id conceſſum, *Beatiſſima Virgine impetrante*. Poſt dies aliquot, peractis pro anima illa omnibus quæ promiſerat Ioannes magnum quendam ſplendorem, citra vocem vel ſtrepitum vllum, vidit in eodem loco in quo anima illa preces poſtulans apparuerat. *ob. 1658. Bruxellæ. ob. 1658. Madriti. 7. April. Orare pro defunctis.*

1395 Quidam ærumnoſam vitam exoſus, atque à patibulo, cui ſe iam alligare inceperat, redux, dixit ſe à Beatiſſima Virgine ad ignotum ſibi P. Ioannem Euſebium miſſum eſſe. Adfuiſſe ſibi morti iam vicino auguſtam illam Virginem, ac dixiſſe: Tu quidem in eo ſtatu es qui te ad æternum exitium ducit: at quia Roſario meo quotidie recitato mihi addictus fuiſti, Filius meus tui miſertus eſt, ne moriaris. Vade illicò ad Societatem illius nomi- *Item pro exiſtentib⁹ in peccato mortali.*

mi-

minis;& quære P. Euſebium, qui te ſolabitur. Mox, aiebat, apprehenſo arboris ramo me ſuſtentans à laqueo expediui. Tum ad quæſiti, & reperti P. Ioannis Euſebij pedes abiectus, apud illum ita vt Beatiſſima Virgo prædixerat, ſolatium luculentum inuenit.

1396. Alius quidam dicebat, ſe in teterrimis facinoribus volutatum animo iam deſtinaſſe, vt Sacramento conſcientiam nunquam expiaret. Verùm adfuiſſe, ſiue adeſſe viſam, ſibi ſpectabilem DEI Matrem, quæ nihil omninò locuta, coram ſteterit, modeſtiſſimèque apertis oculis ſe intuita, videri deſierit. Dicebat; illo aſpectu ſibi cor liquefactum, ſeque totum in lachrymas vbertim erumpentes effuſum: eo tempore quo à Virgine aſpiciebatur, omnia totius vitæ anteactæ peccata (etiam illa quæ obliuione longâ exciderant) velut in catalogo diſtinctè particulatimque vidiſſe, vnà cum vivâ quadam imagine ſibi obiectâ de enormi illorum fœditate, ac ſimul ſpe veniæ obtinendæ. Ad hæc affirmabat; eodem ipſo articulo ab auguſto illo amabilique Matris miſericordiæ aſpectu impreſſum ſuæ menti nomen P. Ioannis Euſebij è Soc. IESV, tanquam eius per quem eſſet adiuuandus. Accito ergò (nam æger erat) P. Ioanni Euſebio omnia percenſuit; & peccata ita confeſſus eſt, vt P. Ioannes dixerit, nihil ab vllo Theologo expectari poſſe magis accuratum, ac expeditum, etiam poſt longam plurium menſium diſquiſitionem. Adiuit eidem quinto poſt die morienti P. Ioannes; & dixit, illum inter ſelectiſſimos exquiſiti erga DEVM amoris actus extinctum; idque videri fuiſſe præmium conſtantiæ quâ ille per omnem vitam, etiam inter peccata, DEI Matrem coluerat, cuius ope tandem è peccatis emerſit.

Modeſtia.

P. Ioan-

Digitized by Google

1397 *P. Ioannes Euſebius Nieremberg* ad virtutum adeptionem vtebatur eâ quâ DEI Matrem colebat pietate. Optabat olim optimum quorundam ſelectiſſimæ virtutis adoleſcentum contubernium; ſed vt erat verecundus, rem diſſimulabat ſilentio. Quare ad eam quæ Madriti *Incluſa* dicitur B. Virginis imaginem ſupplex adijt; & ab illa ſocios petijt, quorum conſortione ad illam impenſiùs colendam proficeret. Poſt preces prolixè iſtic fuſas, cùm pedem ex templo efferret, famulum ad portam reperit, qui illuſtrium illorum, & virtute ſingulari præſtantium adoleſcentum nomine illum ad lectiſſimum illum cœtum accerſebat, atque vnà Salmanticam ad ſtudia inuitabat. Hoc erat quod impensè optabat Ioannes: & mox à limine ad B. V. imaginem redux illi gratias reddidit pro beneficio impetrato. Poſtea Societati adſcriptus eſt. *Ab illa bonos ſocios petere.*

1398 Deiparæ feſta colebat, pridie pane tantùm frigidâque contentus. Ad eos quorum peccata Sacramento expiabat dirigendos DEI Matrem habuit pro admirabili cynoſura, vt habent fuſiùs annuæ, ac eius vita. *Ieiunare arctiùs.*

1399 Scripſit de B. Virgine plura, quæ reddidi ſuis annis. Edidit anno 1635. libellum de affectu erga B.V. Hiſpanicè, qui nunc alijs quoque linguis loquitur. Illius ſunt & eę quæ Antuerpiæ anno 1655. typis datæ ſunt *Exceptiones Concilij Tridentini* pro omnimoda puritate Deiparæ Virginis MARIÆ. Item *Diſſertationes Epiſtolicæ de Immac. Concept.* B.V. Hoc extremo vitæ anno ibidem exiêre in lucem eiuſdem *Trophæa* MARIANA; ſeu de Victrice Miſericordia Deiparæ patrocinantis hominibus, vbi lib. 1. Patres producit de B. V. vigili, potentiſſimâque miſericordiâ loquentes; Ethnicos, Reges, Prouincias *Legere de illa, & ſcribere.*

cias

Digitized by Google

cias illi honorandæ intentas. lib. 2. agit de B. V. patrocinio in Hiſpania: tertio, de varijs victorijs per orbem vniuerſum eius ope obtentis: quarto, de ſpiritualibus victorijs: quinto, de Trophæis B. V. aſylis, imaginibus: ſexto, de templis, miraculis, eiuſque erga nos amore. Laudat ibidem pag. 305. & aliàs *P. Ioannem de Alloza* è Societate, qui ſcripſit *de cælo ſtellato* B. MARIÆ. Ibidem ad calcem adiecit Apologeticam Diſſertationẽ de Virginitate Sanctiſſimæ DEI Matris ſuperadmiranda, ſuperexcelsâ, & DEVM decente, vltra leges naturæ & virtutis moralis, comprobante Immaculatam Conceptionem Virginis, etiam paſſiuam.

ob 1658. Iudenburgi. Sabbatum. Mortificatio.

1400 *P. Georgius Hrobizki* religioſæ ac amabilis modeſtiæ, atque erga omnes reuerentiæ vir, adibat ſæpiùs chorum templi *Sabbatinis noctibus*, atque iſtic poſt diuturnam iteratamque ſui verberationem orabat ſuſpirijs in voces ab alijs quoq; auditas erumpentibus, pro ijs qui mortali peccato tenentur obnoxij. Reliquas eius laudes loquuntur Annuæ Auſtriæ: quæ etiam hoc anno Badenæ ad Viennam in thermis, quò magna vis mortalium confluit quotannis, in morem inductum aiunt adnitentibus noſtris, vt palàm corona, & encomia Deiparæ piè recitentur; atque ad hanc pietatem accendendam nobilis eiuſdem ſtatua in thermis erecta eſt, magno virtutis non rarò iſtic periclitatæ compendio. Sabbato ſpontanea ſui verberatio Goritiæ in Seminario hoc anno in morem abijt: vbi etiã iuuentus non priùs in triclinium deſcendit veſperi quàm Immaculatæ Conceptionis B. V. officium recitârit.

In thermis eius cultum promouere

Sabbato.

1401 Dum hæc typis parantur, accipio à Tyrnauienſi B. V. Viſitantis (vti etiam ſæpiùs à Vien-

nenſi

nenſi S. Barbaræ) Sodalitate literas impreſſas, quibus inuitor ad ſolenne feſtum Deiparæ celebrandum. Eſt enim in Auſtriæ Prouincia etiam hæc reperta induſtria ad cultum DEI Matris latiùs extendendum, vt quotannis Sodalitates Academicæ imminente ſui cœtus feſto epiſtolam eiuſdem exempli typis vulgatam ad Sodales abſentes mittant, vnà cum Catalogo Sodalium intra eius anni circulum mortuorum. Hoc anno in Actis SS. Februarij Antuerpiæ editis à P. Ioanne Bollando, & P. Godefrido Henſchenio, 2. Februarij *P. Godefridus Henſchenius*, è S. Methodio, aliiſque ex antiqua eruditione appoſitè atque copiosè erutis argumentis luculenter oſtendit, elucubrato hac de re *Commentario hiſtorico*, longè antiquiorem eſſe quàm Baronius exiſtimauerit *Purificationis* B. V. celebritatem, etiam cum cereis, in Palæſtina, Phœniciâ, Syria, Cypro, Aſia, &c. ponitque è m. ſ. Græco Latinam S. Sophronij de hoc feſto orationem, eamque notis illuſtrat: omnia curatè, diſertè, ac eruditè.

Inuitare alios ad feſta Sodalit.

Geſta illius erudite illuſtrare.

1402 *P. Paulus Belli* luculentum commentarium ſcripſit de aſſertâ epiſtola B. Virginis ad Meſſanenſes. Collegit è varia lectione auguſtiſſimos, ac tenerrimos quoſque Deiparæ titulos; & in ſingulos adiecit meditationes, ſermones, ac ſymbola. Item conquirebat vnde vnde poterat, tot quot poterat libros de B. V. conſcriptos vbicumque terrarum; & confecit egregiam Bibliothecam MARIANAM è libris ac libellis de hoc ſolo tam pretioſo & amabili argumento conſcriptis, vnde ſuam aliorumque pietatem locupletaret; annuentibus ijs quorum eſt prouidere, vt hæc fiant citra iniuriam paupertatis. Illo adnitente multùm celebri-

ob. 1658. Meſſanæ 15. Ian.

Deiparæ titulos meditari.

Bibliothecam Marianam condere.

tatis accepit feſtum quod vulgo dicitur *Beatiſs. Virginis à littera*.

ob. 1658. Antuerpiæ.

1403 *P. Laurentius Ghiſſletius* cum nullo extrariorum agebat familiariùs quem *Matris Miſericordiæ* cultu non imbueret. Fecit idem pluribus libellis editis variâ pietate. Sed & ipſe coram eadem pro peccatoribus pronus & ſupplex quotidie illos humi ſtratus eidem demiſsè ac vnicè commendabat.

De illa colloqui. Peccatores illi ſæpiùs quotidie commendare.

pag. 29. 96. 97. 152. 153.

1404 Romæ lucem hoc anno aſpexit *P. Chriſtophori Schorrer* Germaniæ Aſſiſtentis, poſtea Vicarij Generalis, *Theologia Aſcetica*: in cuius Syſtemate collocat Beatiſſimam Virginem: & poſt alia plura, tractat ea quæ faciunt ad ſummam de illa opinionem concipiendam; deinde ad amorem; denique quoad externam, vt ait, habitudinem erga illam. Vocat illam Matrem Amoris, & ſalutis noſtræ ſtudioſiſſimam, ad iuuandum promptiſſimam: illam poſſe, ac liberaliter velle opitulari. Huic opinioni inniti ſummum erga illam amorem propter Deum; gratiarum actionem Deo dandam pro bonis quibus illam ornauit; deſiderium illam colendi, & vt colatur in cælo ac in terra ab omnibus creaturis; odium ſanctum in eius Filij inimicos; fiduciam in eius præſidio; ſubmiſſionem ſummam internam, & externam; promptitudinem ſe illius cultui penitus impendendi; ſtudium ſe formandi ad eius exemplum; votum cum illa fruendi Deo; defenſionem gloriæ illius, &c. Externo cultu comprehendit eiuſdem Deiparæ laudes voce, ac ſcriptis; publicè, ac priuatim; ſingillatim, vel vnà cum alijs, celebratas; reuerentiam palàm, ac priuatim exhibitam ipſi, & ijs quæ ad illam ſpectant, imaginibus &c. ſeruitutem, implorationem præſidij, exaltationem illius

Cultum illius ad certa capita reuocare.

per

per colloquia, conciones, per narrata beneficia &c.

1405 Bononiæ hoc etiam anno edidit *P. Iacobus Paſinettus* Italicè ſeptem dies itineris ad Sapientiam Chriſtianam. Seſſione 8. latè agit de B.V. protectione, vt in ſanctitate ac iuſtitia conſeruemur. Conſideratione 2. diſſerit *quid ſit agendum, vt ab ea protegamur.* Amandam eſſe, quia Chriſto coniunctiſſima, pulchra, excellens, Mater noſtra, & ſe amantium amantiſſima eſt. Sed addit è S. Bernardo dicente: *Obſecro vos filioli, ſi MARIAM diligitis, ſi ei placere contenditis, æmulamini modeſtiam eius.*

Praxim pietatis erga illam docere.

1406 Eodem hoc anno Romæ Italicè in lucem exiêre *P. Ioannis Rho* centum affectus erga B.V. Gallicè verò impreſſit *P. Georgius Faultrel* Hiſtoriam B.V. de miraculis in Vrbe Rhedonenſi in templo S. Saluatoris; Conſtantiæ autem *P. Iacobus Reiſs* centum elogia S. Ioſepho Deiparæ Sponſo data; vbi eum etiam *Societatis Patroni* elogio laudat.

pag. 288.

1407 Monaſterij in Weſtphalia, cùm hoc anno nouus Domus cuiuſdam incola coram quodam de Societate quereretur domum illam ſpectris eſſe obnoxiam, ſuaſu illius, ibi Deiparæ imaginem collocauit, & ſenſit omnia tranquillata.

Imagines B.V. domi contra ſpectra affigere.

1408 Ibidem ſacer noſter Orator cùm explicandis DEI Matris doloribus conciones aliquot impendiſſet, ac Belgij, Bauariæ, aliarumque Prouinciarum, & Vrbium pietatem in erigendis per campos Deiparæ dolentis imaginibus diſertè commendaſſet, propenſos etiam aliàs ergà Deiparæ cultum animos feliciter inflammauit, vt eas quas vocant ſtationes collato ære honori DEI Matris erexerint, vbi mysteria dolentis Virginis picta viſuntur in erectis ad id piis ædiculis, certo interuallo ſeorſim inter

Stationes illi erigere.

Digitized by Google

ter Vrbem, Telgetum vſque interiacet: ita vt euntibus dolores Virginis, redeuntibus verò eiuſdem gaudia in ædiculis illis picta occurrant.

Vide hic nu. 1378.

1409 Hoc etiam anno Monachij maior B. V. Sodalitas Ignatianam Deiparæ à *Corde* dictæ imaginem Romæ æri inciſam & iſtuc miſſam æri denuò incidit, Sodalibuſque diſtribuit. Quidam hanc penes ſe geſtabat, & cùm vnà cum equo in aquas fuiſſet delapſus, eius quam ſecum habebat imaginis recordatione ſenſit ſe ad fiduciam vehementer accendi, ſic è periculo eius ope emerſit, & ſuam incolumitatem S. MARIÆ *à corde* adſcripſit. Auguſtâ quoque literæ ita habent: Senſit & è noſtris Patribus vnus piam ac thaumaturgicam Matris potentiſſimæ Matrum opem; qui eius auxilio implorato, adhibitâque imagine MARIANÂ (quam *à corde* vocant) graui morbo ſolutus eſt.

Imaginem B. V. ſecum geſtare.

1410 Exeunte hoc anno, in Nouembri celebrata eſt Romæ in Domo Prof. Congregatio Patrum quam Procuratorum à Prouincijs miſſorum vocant. Ab his quædam accepi, quæ lubet hîc breuiter adnotare circa cultum Deiparæ à Societate in varijs Prouincijs variè cultæ.

1411 Burdigalæ Nouitij ab annis aliquot hoc in morem induxêre, vt quothebdomadis cùm ad recreationem conueniunt, colloquendi exordium ducant ab aliquo exemplo vel miraculo Chriſti aut Beatiſs. eius Matris. Ita mihi retulit Procurator Aquitan. P. Guilielmus Ricard Rector, & Mag. Nouit. Burdigalæ. Quid hâc in re fiat in Auſtriaca Prouincia, dixi ſuo loco.

De illa colloqui.

1412 In Aragoniæ, ac Boeticæ Prouincia (vt retulit P. Petrus de Oiea Proc.) diebus Sabbati datur ſignum ære campano poſt prandium ad verten-

dum templum. Tum P. Prouincialis, Rector, & Patres, ac alij, ad verrendum deſcendunt. *Humilit.*

1413 In eadem Aragonia is qui manè ſocios à ſomno excitat, more iam recepto hac vti.ur formulâ ſalutandi dum cub.cula ſingulorum ingreditur, vt lumen accendat: *Gloria Patri &c. Laudetur SS. Sacramentum, & puriſſima Conceptio Beatiſſima* V. MARIÆ. *Manè.*

1414 In vigilijs maiorum feſtorum B. V. ibid. ſparſi per plateas ſocij populum docent actum contritionis; breuem allocutionem habent; & omnes ad B. V. feſtum ac diuina myſteria obeunda inuitant. *Feſta B. V.*

1415 Prouincia Rheni Superioris (teſte P. Ricquino Gelrgens) habet ab annis plus quàm 30. ſtatã conſuetudinem poſt meridiem Lit. B.V. Lauretanas recitandi (id quod Toloſæ quoque audio à Nouitijs factitari) cum oratione: *Defende quæſumus &c.* Spiræ Profeſſores ac Magiſtri quotidie ducunt totam Scholaſticam iuuentutem ad templum: vbi *Salue Regina*, & *Aue Maria gratia plena* cantatur, coram illa B.V. ſtatua quæ fertur S. Bernardo dixiſſe: *Salue, Bernarde.* Hic mihi in mentem venit illa imago (alia ne ab hac, non diſputo) quæ S. Bernardo dicenti Aue MARIA, reſpondit: *Salue, Bernarde.* Eius lapideæ imaginis partem Bruxellis eſſe in Collegio Soc. IESV affirmat Menologium Ciſtercienſe 18. Octobris. *Poſt meridiem.*

1416 *P. Stephanus Turturetus* miſſus è Sicilia Procurator ait, noſtris adnitentibus, Meſſanæ 3. Iunij adiunctam celebritati feſti B. V. de *littera* communionem generalem, tantâ populi è Sicilia & Calabria eò confluentis celebritate, vt cenſeantur ſæpè plus quàm octoginta millia capitum diuinæ menſæ accumbentium. Ità feſtum illud redditur *Feſta B. V.*

tur longè celeberrimum, ac longè vtiliſſimum. Per menſem integrum longè ac latè ſparſis per Vrbem ſocijs miſſio Vrbica celebratur; vt populus ad feſtum illud, & S. Synaxim præparetur. Certis annis etiam ducitur ſupplicatio paruulorum & paruularum eo feſto ad Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum primò percipiendum accedentium longâ pompâ cum corollis ornatuque inſigni; accuratâ priùs inſtitutione præmiſsâ, quâ docentur quomodo debeant tunc primò ac deinceps per omnem vitam, cæleſte hoc myſterium frequentare.

Poſt ſcholas.

1417 *P. Remundus Baile* miſſus à Prouincia Toloſana, teſtis eſt iſtic moris eſſe vt ſub finem Scholarum veſpertinarum eatur ad templum ab omnibus Scholaſticis, & Magiſtris, ſigno ad id dato campanâ claſſicâ; ſicut manè ſignum datur ad ſacrum: ibique cantari tono (vt vocant) figurato, præcinentibus duobus, alijs verò accinentibus, Antiphonam de B. Virgine, cum aliquot orationibus, ſeu collectis. Alia de alijs Prouincijs dedi ſuis locis paſſim; & dabo vbi plura accepero.

1418 Friburgi Briſgoiæ Henrici Mayr S. I. libellus prodijt, cui titulus: *Felix piæ mortis hora quàm Chriſti ſanguine redemptis omnibus, præſertim verò magnam Dei Matrem eximiè colentibus optat Henricus Mayr S. I.*

1419 Viennæ mirè increuit pietas erga Deiparæ ſtatuam in gradibus Collegij expoſitam, de qua dixi anno 1656. Nuncius Apoſtolicus, adeóque Sereniſſimus quoque Archidux Carolus Ioſephus cum duabus ſororibus, ac alijs, illam prolixè ac piè de geniculis ſalutarunt. Item in thermis Badenſibus poſita Deiparæ ſtatua, & mos inductus

Ll

Litaniarum, ac Roſarij recitandi, Viennenſibus ſocijs adnitentibus, vt nuper dixi.

1420 Bononiæ recuditur meus *Annus cæleſtis* olim Viennæ impreſſus: in quo ad ſingula Deiparæ feſta, etiam ea quæ in Breuiario non ſunt, meditatio, ſeu oratio expendenda, proponitur. Ponuntur ibidem *Anni cæleſtis dies* MARIANI cum Aſpirationibus ad B. V. è proprijs cuiuſuis diei geſtis à Deipara memorabilibus in anni dies ſingulos diſtributis. Item Pragæ impreſſum *Diurnum quotidianæ virtutis è varijs* IESV *&* MARIÆ *Sodalium, clientum, ſociorum exemplis, & ephemeridibus concinnatum, atque quotidianæ Sodalium quà lectioni, quà commentationi dedicatum*, vno alteròue ad meditandum de Deipara puncto in dies ſingulos aſſignato, & ex ipſis præſentis diei geſtis deprompto.

1421 P. *Alphonſus Mendez* Æthiopiæ Patriarcha, in ea quam hiſce annis Romam miſit narratione, cùm de viſitatis Chriſtianis agit, affirmat ab aliquo è Societate habitam ad eos qui ſacro criſmate confirmandi erant adhortationem de fide, ſpe, charitate &c. Tum addit; *Aliquam etiam de Beatiſſimæ Virginis laudibus vel miraculis narrationem ſubijciebat: tam quòd gens hæc vniuerſim in illius cultum quàm maximè ſit propenſa, quàm quòd peruicaces quidam, ad conflandum nobis odium, imperitæ multitudini perſuaſerint, illius nos hoſtes eſſe capitales; cùm tamen ipſius cultum ac honorem & in cordis fibris, & in oculorum pupillis altè impreſſum habeamus. Hanc doctrinam opus erat iterùm, ac tertiò repetere &c.* Ita Patriarcha. Probatam ait ibidem mirificè doctrinam Societatis à Præfecto quodam, quippe qui ſe Deiparæ verè amantes oſtendant, contra quàm dixerant impoſtores.

m.ſ. lib. 2. c. 7. c. 25.

1422 Lugduni exiêre in lucem poſthuma quæ-

dam

dam P.Ioannis Euſebij Nierembergij in tomo cui titulus: *Opera Parthenica*.

1423 Templis quoque noſtris Deiparæ cultum, quà licet, inferre, argumentum eſt egregiæ in DEI Matrem pietatis. Accepi literas à P. Martino Palkouichs Collegij Tyrnauienſis bis Rectore; quibus perſcribitur; Eſzterhaſianum iſtic Societatis templum per ſacella diſtributè habere titulos Beatiſſimæ Virginis; vt in ſacello quouis, præter Sanctum cuius nomine dedicatum eſt, etiam Deiparæ memoria oculis & animis obuerſetur. Templum fuit dicatũ iam olim S. Ioannis Baptiſtæ memoriæ. In ara maxima ſupra principem Chriſti à Ioanne baptizati imaginem eſt imago Beatiſs. Virginis Elizabetham S. Ioannis Matrem viſitantis, vbi Ioannes ad MARIÆ vocem in Matris vtero exultauit. Sacello S. Patriarchæ noſtri Ignatij imminent duo Angeli cum ſcuto, cuius epigraphe aurea eſt: *Reginæ Patriarcharum*. Sacelli S. Xauerij Indorum Apoſtoli, inſcriptio eſt:

Reginæ Apoſtolorum.

S. Stephani Protomartyris, ac Martyrum,

Reginæ Martyrum.

Sacelli S. Ioſephi, *Reginæ Virginum*.

Sacelli S. Angeli Cuſtodis: *Reginæ Angelorum*.

Sacelli MARIÆ Reginæ dolorum mortuum Chriſtum ſinu complexæ: *Deiparæ Doloroſæ*. Atque hæc in honorem & amorem Reginæ Sanctorum omnium; cui S. Ioſeph Græcus: *Gaude, gaudium* *26. & 28. Iulij.* *Angelorum, titulus honorificus Apoſtolorum: efficias nos templa Filij tui*.

